NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
24 F
8

Digitized by Google

12-24.F.8

QVAESTIONVM VNIVERSALIVM IOAN. DVNS SCOTI

Expoſitio eruditiſsima, & accurata,

F. IRENÆI BRASAVOLI FERRARIENSIS

ORDINIS MIN. OBSER. DIFFIN.

Generaliſq; Sacræ Theol. Lectoris.

IN QVA DOCTORIS LITTERA EXQVISITE enucleatur, ac quàm plures perpulchræ difficultates examinantur, & diluuntur.

Cum Indice rerum magis notabilium.

AD ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. Cardinalem Aldobrandinum.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Marcum Variſcum. M. D

12 24 F 8

Gli Eccellentiſs. Sig. Capi dell'Illuſtriſſimo Conſeglio di X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua per relation delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitor, del Circ: & fedeliſſimo Secretario del Senato Lorenzo Maſſa,& di Domino Baldo Antonio Penna Dottor Lettor publico, che nel Libro Fr. Irenæi Braſauoli Ferrarienſis de Obſeruantia Quæſtionum Ioannis Scoti ſuper Libro Porphyrij, &c. non vi è coſa contra le leggi, & è degno di Stampa, concedono licenza, che poſſi eſſer ſtampato in Venetia.

Data die 26. Maij 1599.

D.Piero Michiel.
D.Marco Antonio Erizzo.
D.Andrea Minoto.
} Capi dell'Illuſtriſſimo Conſeglio di X.

Illuſtriſſimi Conſ.X. Secretarius Cęlius Magnus.

1599. à 29.Maggio

Regiſtrato in Libro.

Antonius Lauredanus officij Con.Blaſp.Coad.

ILL.MO AC REVERENDISS.MO
D. D. PETRO ALDOBRANDINO
S. R. E.
Diacono Cardinali Ampliſſimo,

FRATER IRENÆVS BRASAVOLVS
Sacræ Theologiæ Lector generalis S. P. D.

NVLLAM iucunditatem, neque utilitatem maiorem Illuſtriſſ. Cardinalis, quàm, quæ ex litterarum, præcipuèq; Philoſophiæ, aut Theologiæ oritur ſtudio, reperiri poſſe, obſcurum eſſe neutiquàm arbitror. Tantus namque cum maxima utilitate coniunctus iucunditatis lepos, ac tantum diuini decoris refulgens ornamentum, diuinarum, humanarumq; rerum inueſtigatrici Philoſophiæ ineſt; ut contemplationis dulce-

dine, ac ui quadam, diuinitus ſibi inſita, omnium animos à uitijs (quibus omnibus officiunt, & quamplures incommodant) dimouendo; uelut Orphei Lyra, ac Lypparea gemma, ad ſe allicit, trahit, rapitq́; ita ut eius dulciſono, aſpectu, uel amore irretitus, ſeſe ex illius blanditijs auellere nullo modo queat. Eſt enim Philoſophia laudatarum artium omnium procreatrix, & quaſi parens. Propter quod ipſam tanti eſſe dicimus, ut his, à quibus eam accepimus, nec honorẽ, nec mercedem ullam parem referre poßimus, ſecus Dijs, ac parentibus. Ideò ueteres non iniuria nullum ſapientiæ, ueluti certaminibus ſtatuiſſe præmium perſpicimns: propter enim eximiam eius præſtantiam, nec idoneus iudex eius reperiri, nec ſatis dignum præmium conſtitui poteſt. Hæc enim eſt gnomon uitæ, animi cultura, uitiorum expultrix, uirtutum indagatrix, legum inuentrix, actionum regula, morum, ac diſcipline magiſtra. Ex quo fit, ut quo maiorem in eius ſtudio progreſſum aliquis feciße uideatur, tanto & eam colat honore, ac reuerentiæ cuiuſdam cõplectatur obſequio. Huic præſtabili Philoſophiæ, necnõ et ſacræ Theologiæ, ut diuinarũ, humanarumq́; rerũ animum meum exornarem, ab incunabulis impigrè inuigilaui. Ac multorum vtilitati conſulendi deſiderio allectus, impar humeris meis onus ſuſcepi. Et ad nonnullas Ariſtotelis Peripateticorum principis, ac

Io. Scoti, in arduis nidum ſuum ponentis, per maximas difficultates enucleandas: nec non ad quoſdam eorum libros voce, ac ſcriptis exponendos animum meum accomodaui. Inter autem ea quæ exorſus ſum, expoſitionem ſuper Vniuerſalium Scoti Quæſtionibus pertexere iam olim inchoaram: his enim uigilijs meis Philoſophiæ operam nauantibus, precipuèq; ſubtiliſſimam Scoti doctrinam profitentibus paratū lucrum offerre mecum ipſe cogitabam: quia tamen lucubrationes aliæ in Logicā, Philoſophiam, ac Theologiam me interpellauere, eius textum ſæpe numero intermiſi. Ac vt verum fatear, quia opus hoc longe acerbius fuit, quàm ab initio conceperam, propterea magnitudine rei deterritus, nonnunquàm manum contraxi, pedemque rettuli: frequenter tamen illud reſumendo, Deo auſpice ad finem perduxi. Multorumque doctiſſimorum uirorum, quibus huius expoſitionis, & quarundam aliarum lucubrationum mearum copiam feci; præcipuèq; Eccellentiſſimi Federici Pendaſij, cuius uirtutum præconia neminem latent, ſententiæ ſtimuloque parerens, eam in apricum profero, impreſſoribuſque depromendam trado. Quoniam uerò eos, qui uigilias ſuas litteris prodere conſtituunt, aliquem magni nominis uirum (& præcipuè quem beneficum eſſe ſibi ipſis conſcij ſunt) deligere, cuius auſpicio in publicum prodeant, ac cuius ſingularis au-

ctoritas

ctoritas ipſas foueat, tueatur, ac protegat, nequaquam ignoro: quem omni uirtutum, & morum genere cumulatiſſ. Illuſtr. Dominatione tua deligerē magis, mihi, tuæ erga me humanitatis non immemori, nunquàm perſuadere potui. Tē namq; ob inſignē tuam humanitatem, ſummā integritatem, eximiā prudentiā, magnam pietatem, incredibilem morum ſuauitatem, nulli non obuiam, atque expoſitam comitatem, qua fit, ut quocunque te conuertis, protinus hilareſcant omnia; ac demum ob laudabiles tuas uirtutes (propter quas, & non modo propter agnationem, Beatiſſimo Clementi VIII. Pontifici Maximo es chariſſimus) ſummopere mirantur omnes. Ad hæc admirari licet, ac lubet ingenium tuum mirè dexterum, ac in omnia verſatile, ad res quaſlibet obeundas idoneum. Iudicium in omni rerum genere ſingulare, quod ſuapte natura feliciſſimum, felicius reddit plurimarū rerum vſus. Ac tandem mirificas animi dotes; Quarum haud ambiguam fidem præſtant ea, quæ feciſti. Tu enim non militum armis, ac robore, non bello aut prælio; ſed virtute, prudentia, ac arte tua duce, comiteque fortuna Ferrariæ Ducatum Eccleſiæ recuperaſti. Nec ideo mirum, ſi Sanctiſſ. Chriſti Vicarius (cui iam dudum templi virtutis penetralia te penetraſſe, & ad honoris ædes aditum tibi patere notum erat) Cardinalatus honore te inſigniuit, toto Eccleſiæ

ſtatui

ſtatui præfecit, Ducatuſq; Ferrariæ, nec non totius Italiæ legatione ornauit. Cum igitur tot præclaris virtutibus, tamq; ſublimi dignitate ſis decoratus, vt has lucubrationes meas contra impiorum calumnias, & conuicia præmunirem, vtq; mihi potentiſsimum pararem patronum, illas Illuſtriſsimo tuo nomini dedico, ac conſecro. Eia ergo te, munuſculum hoc, mei in te obſequij, & obſeruantiæ, gratiq; animi argumentum, ac ſempiternum monumentum, exiguum quidem, ſi tuæ conſeram Amplitudini, permagnum verò ſi meum æſtimas animum, ne deſpicias, & contemnas, ſed benigne lætoq; animo ſuſcipias, humiliter rogo, atque obſecro. Quod ſi factum ſenſero, immortali beneficio me à te affectum fuiſſe iudicabo. Vale. S. R. E. columen, ac lucidiſsimum iubar: Neſtoriſque annos feliciter viue. Ac patrocinium meum ſuſcipe: tibi enim in clientelam me commendo, ac dedo.

ANGELI PAGNONII
Carmen.

CVm caput æquoreis nitidum ſol exerit vndis,
Cuius fulgenti lampade cuncta micant:
Pictæ lætantur volucres, nidiſque relictis,
Huc volitant illuc, aeræque dulce canunt.
Lætatur paſtor, pecudeſque in paſcua ductat,
Et curans ſeptem fallit arundinibus.
Haud ſecus Aonij fontes Heliconis amænos
Qui colitis, ſenſus exhilarare datum.
En micat hæc alter per ſacra uolumina Titan,
Ingenij poſſit qui irradiare ſinus.
Pellere qui nubes, ſolemque inducere menti
Expetit, hucuirem dirigat, hæcque probet.
Hæc per grandiloqui ſalebras, ſenſuſque repoſtos
Scoti firmabunt, expeditantque niam.

INDEX LOCVPLETISSIMVS VERBORVM, SENTENTIARVM,

difficultatum, quæſtionumvè inſigniorum,

QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR,

Ordine Alphabetico digeſtus.

Cuius numeri paginas. Litteræ verò a, b, c, d, columnas primam, ſecundam, tertiam, & quartam indicat.

A

A, & ab quotupliciter, fol. 133.b
Abeſſe multipliciter, 172.c
Abeſſe ſecundum intellectum dupliciter, fol. 174.d
Abſoluti an ſint plures definitiones? fol. 113.d
Abſtractio quotuplex, 5.c
Abſtractio cognitiua quotuplex, 5.d
Abſtractio diſcurſiua quid, 6 a
Abſtractio diuiſiua quid. ibidem
Abſtractio factiua quid, 5. c
Abſtractio intellectus quotuplex, folio 5.c
Abſtractio mathematica quid, 5.d
Abſtractio metaphyſica quid, 5 d
Abſtractio phyſica quid, 5.d
Abſtractio præciſiua quid, .d
Abſtractio ſenſus quotuplex, 5.c
Abſtractio in ſubſtantia duplex, folio 93.c
Abſtractio a ſuppoſito quotuplex, folio 5 d
Abſtractio non ultimata quid, 6.a
Abſtractio vltimata quid, & quare ſic appellatur, 5.d
Abſtrahi a ſingulari, & a ſuppoſito differunt, 91.a
Abſtractum quotuplex, 87.d
Abſtractum, & concretum, non ſemper conueniunt in principio uocis, folio 144 b
Abſtractum, & concretum quomodo differunt,

ferunt, 55.c, & 72,b, & 81.b
Abſtractum, & concretum an ſint in eodē prædicamento? 81.a
Abſtractum, & concretum habent idem genus, ac eaſdem ſpecies, 81.c
Abſtracto ab eodem denominatiua plura accipi poſſunt. vide Denominatiua plura, &c.
Abſtractum, & concretum uariantur terminum logicè, 90.b
Abſtractum vltimate non abſtrahit a proprio ſingulari, 91.a
Abſtrahere quid, 5.d
Abſurdum quid, 12.a
Abundare quotupliciter, 133.b
Abundare a genere quid, 143.a
Accidens abeſſe quid, 177.c
Accidens, quomodo abeſſe dicitur præter ſubiecti corruptionem, 174.c
Accidens quomodo æquiuocum, folio 163.c
Accidens applicari non poteſt huic albo, vt eſt vniuerſale, 170.b
Accidens applicari non poteſt cuilibet qualitati, 171.d
Accidens an applicari poſſit ſubſtantiæ, 170.d
Accidentia communia quare ſic dicantur, 162.d
Accidentibus concretorum pluralitas quare ineſt. vide Concretorum pluralitas, &c.
Accidens confert magnam partem ad cognoſcendum quòd quid eſt exponitur, 75.c
Accidens copulatum quid, & quotuplex, 78.b
Accidentium definitio declaratur. folio 173.c
Accidens quomodo definitionem habet. 19.b
Accidens quodlibet an definiatur per ſubſtantiam? 78.b
Accidens an definiatur per ſubſtantiam qa effectiuè eſt ab ipſa? 79. d
Accidens definitur per ſubiectum, & quare, 78.c, & 79.d, & 165.a
Accidentis dependentia ad ſubiectum duplex, 43.b
Accidentia quare quandoque differentiarū loco ſumuntur, 153.b
Accidentis diuiſio, 160.d
Accidentis indifferentia ratione cuius attenditur, 174.b
Accidens inſeparabile quomodo dicitur ineſſe, & non ineſſe ſubiecto, 173.d
Accidens inſeparabile a proprio quomodo differt, 174.b
Accidentis inſeparabilis ſubiectum quomodo ſub eius oppoſito intelligi poteſt, 178.b
Accidens quomodo eſt prædicatum per ſe 170.b
Accidens quomodo prædicatur de plurib. vt eſt vniuerſale, 170.c
Accidens quare prædicatur in quale accidētale, 147 b
Accidens quotuplex, 19.b, & 158. c
Accidens quotupliciter, 158.c, & 169.b, & d, & 177.d
Accidentia ſubiectum non denominantia habent duplex ſubiectum. 176.d
Accidens quomodo ſubiectum ultimatum accidentis eſſe poteſt, 43.b
Accidens eſt vniuerſale 170.b
Accipi ut quid, & ut modus quid, 42.b, & 101.a
Accipi ut quid, & ut modus grammaticè quid, 49.a
Accipi, & ſignificari ut quid differunt. fol. 71.c
Actio quomodo eſt in motu, 177.a
Actiones ſunt ſingularium quomodo intelligitur, 149.d
Actiones quomodo ſunt circa uniuerſalia, 150.b
Actiuum quandoque ponitur pro paſſiuo, 6.d
Actus collatiuus quid, 39.a
Actus quomodo diſtinguntur per obiecta, 154.a
Actus idem finitus non poteſt eſſe obiectorum diſparatorum, 104.d
Actus primus, & ſecundus quid. folio 147.a
Actus quotuplex. 130.c
Actus quotupliciter, 147.a
Actus rectus quid, 38.d
Actus reflexus quid, 39.a
Actui conuenit habere terminum. folio 33. b
Actui conuenit tranſire in aliud, 33.b

Adeſſe quotupliciter,171.c
Adeſſe, & abeſſe non opponuntur. folio 175.d
Adeſſe,accidere,& prædicatum non eſſentia le ſunt ſynonima,173.c
Adeſſe quid,172.d
æquiuoca æquiuocata quomodo poſſunt eſſe uniuoca, 28.c
æquiuocum æquiuocans poteſt ſumi vt vniuocum,128.c
æquiuocum aggregato ex ſuis ſignificatis non æquipolet,163.d
æquiuoca ambigua quæ,24 d
æquiuocis conſequentia quare non ineſt, 127.c
æquiuocis conſequentia quomodo ineſſe poteſt,19.d,& 128.c
æquiuocum, quomodo contrahi poteſt per terminum immediate ſequentem, 130.b
æquiuocum nec definit, nec definitur. fol. 127.c
æquiuoci diuiſio quomodo conducit ad cognitionem, & ad definitionem. fol. 126 c
æquiuocum logicum quid, 66.c
æquiuocationis modus primus,127.a
æquiuocationis modus ſecundus,127.a
æquiuocationis modus tertius,127.a
æquiuocum quomodo multiplex. folio 169 c
æquiuocum prædicari non poteſt. folio 66.d
æquiuoca pura quæ,24 d
æquiuocum quotuplex, 24 d.
æquiuocum quotupliciter. folio 44.c, & 153.d
æquiuocis in ſcientia quomodo uti poſſumus.vide in ſcientia,&c.
æquiuocum quomodo uniuocum. folio 153.d
Affirmatio ſi cauſa affirmationis, & negatio negationis, quomodo intelligitur. 94.a
Aggregatum eſſe quotupliciter, 31.c
Analogata quid,45.a
Analogia in ente non eſt.45.d
Analogiam logicus quomodo concedit, 45.d
Analogia non eſt in genere ſecundum logicum,45.c
Analogia unde accipitur,45.c
Analogia uniuocationem non impedit, 45.b
Analogia non eſt in uoce,45.c
Analogum ad quem æquiuocationis modum reducitur,127.a
Analogum non mediat inter æquiuocum, & vniuocum,44.c, & 45.b
Analogum quomodo ſtat pro ſignificato famoſiori,130.b
Analogum quotuplex,130.b
Angeli an ſint animalia rationalia? folio 149.a
Angeli quomodo dicuntur animalia rationalia,149.a
Angeli an cognoſcant omnia per ſpecies concreatas? 152.a
Angelus diſcurrit,152.b
Angeli quomodo irrationales.vide Intelligentiæ,&c.
Anima ſeparata non poteſt unire ſe corpori,135 d
Animal an ſit æquiuocum ambiguum? 25.a
animal definitur per ſenſum,83.c
animal quid,& cui ſimile, 83.c
animal quid ſecundum Platonem. folio 150.d
animal unde dicatur,83.c
antecedens non diſtinguitur a conſequente quomodo intelligitur,97.b
Appetitus ſenſitiuus quomodo potentia rationalis,148.c
appropriatè conuenire alicui quid. folio 90 a
aptitudo eius eſt per ſe, cuius eſt terminus aptitudinis,110.b
aptitudo entis in actu rationem non habet.
aptitudo quomodo non eſt ratio entis in actu,166.a
aptitudo in uno extremorum non neceſſario exigit aptitudinem in alio extremo, 106.a
aptitudo quare impeditur a potentia. fol. 106.a
aptitudo & potentia differunt,102.d
aptitudo ſine potentia eſſe poteſt,non è cōuerſo,103.a
aptitudinem eſſe ſine potentia quotupliciter intelligi poteſt,103.b

aptitudo quid, 103.a
aptitudo quotuplex, 150.b
Aqua pura non poteſt calefieri. 179. c
Argumentatio quomodo genus ad ſyllogiſmum inductionem, enthymema, & exēplum. 19 a
argumentatio, & argumentum quid. fol. 25.b
argumentatio quotupliciter, 19 a
argumentum a permutata proportione quomodo fieri debet, 39.a
argumentum a permutata proportione quando tenet, 89 b
Artifex quotupliciter, 13 c
Aſinus eſt cauſa uniuoca mulæ, 69.b
Attributa propriè quę, 146.b
Attributio accidentis ad accidens non eſt eſſentialis, 43.c
Attributio quid, & quotuplex, 23.b

B

BArgij errores, 53. c

C

CAdere in vnum aliarum ſcientiarū, ac eſſe eis applicabilem an ſint idē, 18.a
Caliditas quare qualitas actiua, ibi.c
Caliditas ignis poteſt remitti, non autem omnino ſeparari ab igne. Vide Ignis caliditas, &c.
Caſus in denominatiuorum definitione quomodo capitur. Vide in denominatiuorum definitione, &c.
Categorema quid. vide Terminus categorematius, &c.
Cauſa per accidens quotuplex, 10. c. & 70. a
Cauſa quando effectu eſt perfectior, 10 c
Cauſarum genera quot, 69.c
Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud; quomodo intelligitur, 162.b
Cauſarum modi quot, 69.c
Cauſa quotuplex, 22.b
Chimera quomodo terminus communis, 53.a.
Cęlo inſunt dimenſiones interminatæ, ibidem b
Cęlo qualis potentia paſſiua ineſt, ibidem b
Cęlo quantitas an inſit ratione materiæ, ibid. a
Cognoſcere aliquid ſub propria ratione dupliciter, 38.d
Colores ſequuntur elementa, ibid. d
Commune aliquid dicitur dupliciter, 16.b
Commune quotupliciter, 155.d
Communitas quotuplex, 16.b
Communiora quare præponenda, 16.a
Comparatio multipliciter fieri poteſt, 100.b
Comparatiuum quando non confundit, nec diſtribuit terminum ſequentem, 121.c
Comparatiuum quotupliciter accipi poteſt, 121 c
Complexio duplex, 178.b
Compoſitio actualis quæ, 112.c
Compoſitionis modi quot ſunt, 112.c
Compoſitio potentialis quæ, 112.c
Compoſitum formam à quo habet, 135.c
Compoſitum formam quomodo ab agente habet, 135.c
Compoſitum formam a materia quomodo habet, 135.c
Compoſitum formam actualiter habet a fine, ab agente, & a forma, 135.c. & d
Conceptus dicitur determinatus, vel indeterminatus dupliciter, 86.c
Conceptus quotupliciter, 20.a.
Concluſio quomodo ex proprijs, 7.d
à Concreti ad abſtracta conſequentia quādo tenet, 5.b. & 6.a. & 91.b
Concretum & abſtractum quomodo differunt. vide Abſtractum, & c.
Concretum & abſtractum an ſint in eodē prædicamento. vide Abſtractum, &c.
Concretum accidentale an ſit per ſe in genere? 80.d
Concretum accidentale non ſemper dicit ens per accidens, 51.c
Concretum accidentale non importat ſimul ſubiectum & formam, 81.a
Concretum accidentale quotupliciter, 30.d

Con-

Concretum quandoque poteſt eſſe æquiuocum, & eius abſtractum vniuocum, 180.c
Concreta ſunt per ſe in genere, 8 r.c
Concretorum pluralitas quare eſt in ſubſtantia, & in accidentibus, 93.b
Concretum quotuplex, 87.d
Congelatio non opponitur igni abſolutè, 179.c
à Coniunctis ad diuiſa quando tenet conſequentia, 132.d
Connotatio nõ facit nugationem. vide Nugationem, &c.
Connotatiuum, vide Concretum, &c.
Conſequens quotupliciter ſequitur ad antecedens, 97.c
Conſideratio actualis dupliciter capitur, 105.c
Conſtructionis principium eſt intellectus, 93.a
Conſtructionis principium eſt modus ſignificandi, 93.a
Conſtructionis principia quot, 93.a
Conſtructio vna habet tantum duo conſtructibilia, 93.a
Contradictio ad veritatem & falſitatem inquirendam eſt aptiſſima, 136.b.
Contradictoria incomplexa quæ, 136.b
Contradictoria quomodo ſint intelligibilia, 32.c
Contradictoria quotuplicia, 136.b
Conuerſio quid, 117.d
Conuerſio quotuplex, 42.c.& 117.c
Conuerſio terminorum quid, & quotuplex, 42.d
Copula quotuplex, 11.d
Copulatio non confundit, 121.b
Copulatio quotupliciter, 121.b
Corruptibile eſt poſterius homine, folio 150.c
Corruptibile quotupliciter, folio 95.c.& 149.b
Corruptio quomodo adeſt præter ſubiecti corruptionem, 176.d.& 177.a
Corruptionis cauſa per ſe eſt motus. vide Motus, &c.
Corruptio quotuplex, 177.a
Corruptionis ſubiectum duplex, 176.d

D

DE, & ex in quo differunt, & conueniunt, 7.c
Decoctionis cauſa, ibi c
Definitio cauſam omnium accidentium definito inexiſtentium reddere debet, 41.a
Definitio per coniunctionem quare dari non debet, 159.d
Definitionem per coniunctionem diſiunctiuam dari non debet, 159.c
Definitio conſtat ex materia & forma, vel ex genere & differentia, 110.d
Definitionem per copulationem dari non debet, 159.d
Definitionem per copulationem dari contingit dupliciter, 159.c
Definitio definito non ineſt per aliud ab ipſa definitione, 71.d
Definitio formalis & finalis demonſtrari poteſt, non autem propter quid, 21.d
Definitionis partes debent eſſe in plus quã definitum, exponitur, 160.a
Definitionis partes quare rationis partes vocatur, 110.b
in Definitione phyſica ponitur materia, 110.d
Definitio quare prædicatur conuertibiliter, 65.a
Definitio prædicandi nullum modum habet, 63.b
Definitio prędicandi quare vnum modum non habet, 116.c
Definitio quare ex prioribus conſtat, fol. 159.b
Definitio proprium vocatur, 154.d
Definitio quid, 71.a
Definitionis quidditatiuæ propria, folio 71.a
Definitio quidditatiua quotuplex, 74.d
Definitio quotuplex, 78.c. & 110. d. & 113.d
Definitio quotupliciter accipitur, 71.a
Definitio quotupliciter conſideratur, folio 14.b
Definitio an in ſcientia præmittenda ut principium, 23.d

Defini-

Definitio quare eſt ſubſtantiæ primo & per ſe,19.b
Definitio quomodo ſubſtantiæ ſolius, folio 14.c
Definitio venari poteſt multipliciter, 4 b. & 71.a
Definitio vnde dicatur,70.d
Definitio non eſt vniuerſale diſtinctum a ſpecie,116 b
Definitum per quamlibet partem definitionis differt ab aliquo.76 b
Demonſtratiua & dialectica ſunt æquè ex communibus,7.b
Demonſtratiua eſt de communibus, & ex proprijs,7.d
Demonſtratio in logica an fieri poſſit? folio 4.c
ad Demonſtrationem quæ requiruntur, fol. 6.c.
Demonſtrationis vſus a dialecticæ vſu differt,7.c
Demonſtratio quid,6.c
Demonſtratio quotuplex,12.b & 16.d
Denominationis fallacia an detur? folio 127.b
Denominatiuorum definitionis expoſitio, 87.d
in Denominatiuorum definitione quomodo accipitur caſus,87.d
Denominatiua plura ab eodem abſtracto accipi poſſunt,150.a
Denominatiua quotuplicia,145.c
Deſcriptio quid,75.b
Determinabile non contrahit determinationem,122.c
Determinatio diminuens & diſtrahens an diminuat quod ponitur in extremo? folio 122.a
Determinatio diſtrahens quotupliciter, folio 179 c
Determinatio poſita in vno extremo quando poteſt determinare, vel diminuere aliquid poſitum in altero extremo, folio 122.a
Deus attributionem ad creaturas quomodo habet,23.c
Deus an diſcurrat? 152.b
Dei eſſentia quomodo habet rationem primæ ac ſecundæ ſubſtantiæ,36.c
Dei eſſentia an terminus communis? folio 52.d
in Deo ſunt plures quidditates,62.b
Deus eſt terminus communis,52.d
Dialectica dupliciter dicitur eſſe ex communibus,7.c
Dici de quid,158.c
Dici de quotupliciter,172.d.& 173.b
Dictio quid, 92.a
Differentia eſt aliquo modo abſtractum intentionale,144.c
Differentia an ſit abſtractum vt eſt vniuerſale? 145.a
Differentia eſt æquiuocum vt eſt nomen ſecundæ intentionis,143.d
Differentia eſt concretum nomen, folio 141.c
Differentiæ correlatiuum quod,133.d
Differentiæ definitiones declarantur, folio 143.a
Differentia an definiri poſſit vt eſt prima intentio?137.c
Differentiæ definitio (ſcilicet eſt qua ſpecies abundat &c.) an conueniat differentiæ ſumptæ pro ſecunda intentione, 133.c
Differentia eſt qua differunt ſingula quomodo intelligitur,145.b.
Differentiam diuidere genus, & conſtituere ſpeciem quid,142 d
Differentia quomodo forma dici poteſt, 138. b
Differentia formaliter quid,143.d
Differentia generica an detur, 144. c
Differentia & genus non idem primo important, Vide Genus & differentia, &c.
Differentia de genere non prędicatur per ſe,134.b
Differentia inferior an includat ſuperiorem,108.c
Differentia intermedia quare ſic dicatur, 137.d
Differentia intermedia & ſpecifica eſt prædicatum annexum,65.a
Differentia magis propria quare ſic dicatur,126.d
Differentia an ſit multitudinis ſpecies, 141.a
Differens ſic habet ut nugatio,97.c
Differentiæ nomen a quo ſumitur,141. c
Differens numero an ſequatur ad differens ſpecie,97.c
Differentia originatiuè quid,144. a

Differentia non eſt in potentia, nec indeterminata, 146. d
Differentia prædicatur per modum totius, 86. d
Differentia prædicatur in quale, 145. c
Differentia quaſi prædicatur in quale eſſentiale, 147. b
Differentia quomodo prior & poſterior natura ſpecie, 126 b
Differentia propria quare ſic dicatur, 126. d
Differentia quæ dicantur, 95. d
Differentia quid primo importet, 86. c
Differentia quotuplex, 100. c.
Differentia quotupliciter. 38. c. & 83. a, & 100. b. & 108. c. & 133. d. & 143. d
Differentia ad quid refertur, 142. c
Differentia quomodo refertur primo ad genus, & ad ſpeciem, 142 c
Differentiam, quæ eſt relatio realis, ratio fundandi. 144. a
Differentia quæ eſt relatio realis, non habet eandem rationem fundandi quam habet differentia quæ eſt ſecunda intentio, 144. a
Differentia quæ eſt relatio realis, & quæ eſt ſecunda intentio ab eodem originantur, 144 a
Differentia eſt qua ſpecies abundat a genere, 143 a
Differentia ſpecifica eſt prædicatum annexum. Vide Differẽtia indiuidualis & ſpecifica, &c.
Differentia ſpecifica quotupliciter, 67. d
Differens ſpecie quaſi infert differens numero & non è conuerſo 97. b
Differens ſpecie eſt ſpecies, uel genus, 100. c
Differentia a quo ſumitur, 86. a
Differentia a quo ſumitur ut eſt intentio, 141. c
Differentia vltima quare prædicatur conuertibiliter. 65. a
Differentia ultima quare ſic appellatur, 137. d
Dimenſiones interminatę &c. vide Quantitates interminatæ, &c.
Diminutum reſpectu cuius dicitur diminutum, 122. b
Diſcurſus in incomplexis non reperitur, 152. a
Diſcurrere quotupliciter, 152. b
Diſparatum in accidentis genere quare de alio diſparato poteſt prædicari, 48. a
Diſparata intelligi nequeunt per eandem ſpeciem, 104. d
Diſparatum quomodo definiri poteſt per diſparatum, 159. c
Diſparatum quomodo prædicari poteſt eſſentialiter de diſparato, 47. b
Diſparata quæ, 47. a
Diſtractum reſpectu cuius dicitur diſtractum, 122. b
Diuerſitas multiplex, 95. d.
Diuerſitas quid importet, 139. c
Diuiſio per accidens, quæ, 127. d
Diuiſio per accidens quotuplex, 61. b. & 127. d
Diuiſio non ſemper eſt bimembris, eſt tamen reducibilis ad bimembrem, 129. b
Diuiſionis bonæ conditiones, 129. b
Diuiſio logicalis quid, 142. d
Diuiſionis membra debent eſſe poſitiua, 129. b
Diuiſio per ſe quotuplex, 61. a. & 127. d
Diuiſio quotuplex, 127. c. & 142. d. & 143. b
Diuiſio quotupliciter, 128. a
Diuiſio rationis quotuplex, 127. d
Diuiſionibus in ſcientijs quare vtendum. 126. c
Diuiſionum ſpecies, 127. c
Diuiſio ſpeciei in indiuidua quomodo diuiſio per ſe 123. a
Diuiſio ſpeciei quare reducitur ad diuiſionem totius, & non ad diuiſionem generis, 128 a
Diuiſio ſtrictè ſumpta quid. 128. a
Docens dupliciter aliquid dicitur, 6. d

E

Elementorum qualitates conſequuntur materiam totius, 179. d
Elementi qualitas non eſt proprium eius, 179. b.
Enim quotupliciter, 125. a
Ens aggregatum quotupliciter. Vide Aggregatum, &c.
Entis per accidens modi, 31. d
Ens per accidens quotupliciter, 31. c

Ens

Ens non eſt analogum. Vide. Analogia non eſt in ente
Ens non definitur, nec deſcribitur, folio 32.b
Ens de differentiis ſpecificis non prædicatur vniuocè,67.d
Ens diuidi poteſt diuerſimodè,77.d
Entis diuiſio per quantum & non quantum non eſt ſimpliciter prima, folio 77.d
Ens reſpectu intelligibilium omnium quã primitatem habet,30.a
Ens naturæ quid,58.d
Entis paſſio quomodo non eſt minus ens ſuo ſubiecto,43 d
Ens quotupliciter,32.b
Ens rationis quotupliciter, 20.d.& 24.a.& 43.c
Ens rationis an propriè ſit ſcibile,14.d
Ens ſpeciei, magis quam generis rationem habet,98.d
Enti in ſubſtantiæ genere an poſſit applicari vniuerſale? 68.b
Ens vt eſt ſyncategorema quid,32.b
Ens vnde imponatur,32.a
Ens vnum poteſt dici minus ens alio dupliciter,43.d
Eſſe cognitum quotupliciter, 53.d
Eſſe eſſentiæ, & exiſtentiæ nunquam ſeparantur,32.b
Eſſe formaliter idem dupliciter, 56. b, & 112.a
Eſſe in, quid,158.c
Eſſe in intellectu quotupliciter, 52.c.
Eſſe obiectiuè in intellectu quotupliciter, 52.c
Eſſe occaſionaliter ab aliquo quid, folio 37.c
Eſſe in plus quotupliciter, 134.c
Eſſe quiddi tatiuum quid,53.b
Eſſe reale completum quotuplex, 169.d
Eſſe rei per ſe, intentionibus uerò per accidens conuenit,72. d
Eſſentia quid,62.b
Eſſentia quotupliciter,62.b
Eſſentiam ſignificare per modum eſſentiæ, uel denominantis, quid,62.b
Eſſentiale diſtinguitur contra accidentale, 170 b
Eſſentiale quid 170.b.
Eſſentiale quotupliciter, 170.b
Eſt ſecundum adiacens quid,34.c
Eſt tertium adiacens quid,34.c
Et quotupliciter,16.c
Excludo quotupliciter, 73.b
Exiſtentia actualis cui primo conuenit. fol. 34.d
Exiſtentia, & eſſentia non ſeparantur, 34.c
Exiſtentia quotuplex, 35.a
Exiſtentia quotupliciter conſideratur. fol. 34.c
Extrancari alicui quotupliciter,170.a

F

Fallacia accidentis quando fit, folio 57.c
Figmento quomodo nihil correſpondet ad extra.37.c
Figuræ dictionis multiplicitas. vide Fallaciæ,&c.
Figuræ,& modi definitio quomodo intelligenda,27.a
Finis perfectior his quæ ſunt ad finem, folio 1.d
Finis quotuplex,1.c
Finis ſcientiæ quotuplex, 1.c
Forma intelligibilis quid,53.c
Forma quotuplex,84 d,& 138 b
Forma eſt ſubſtantia quidditatiuè. vide Subſtantia prædicatur,&c.
Forma ſubſtantialis diffinitur per additamentum,78.c
Formæ ſubſtantiales cum auferuntur, auferuntur etiam materiæ ipſarum,177.b
Formaliter dupliciter,134.a
Frigiditas quare eſt qualitas actiua. folio 161 c
Frigiditas quomodo cauſa generationis, 161.c
Fruſtra quid,105.a

G

Generationis definitiones diuerſæ, 69.a
Generatio quid, 68.d
Generatio quotuplex,68.d

Gene-

Generaliſſimum & ſubalternum quomodo differunt, 63.d
Generaliſſimum hoc, & ſubalternum hoc quomodo differunt tantum numero, 101.b
Genus analogum non eſt ſecundum logicum. vide Analogia non eſt in genere, &c.
Generis conceptus quomodo eſt neuter formaliter, 135.a
Generis conceptus quomodo vnus, & quo modo non, 94.c
Generis correlatiuum an ſit ſpecies? 96.b
Genus entitatem ac intelligibilitatem minorem habet quam ſpecies, 104.b
Genus quodlibet entia tria continet, folio 67.d
in Genere eſſe quotupliciter, folio 80.c. & 109.a
in Generis definitione, differentibus ſpecie, quare conuenienter ponitur, 96.a
in Generis definitione, in quid, quare conuenienter ponitur, 106.d
in Generis definitione quomodo accipitur ly quod, 76 a
in generis definitione, ſpecies quomodo accipitur, 75.d
Genus differentias an contineat actualiter? 134.c
Genus differentias an contineat fomaliter? 135.a
Genus ſine differentia quare non poteſt eſſe, 135.d
Genus & differentia an idem ſint formaliter? 111.a
de Genere differentibus in quantum talia nihil prædicatur per ſe, 76.d
Genus & differentia rem eandem diuerſimode important. 111.c
Generis diuiſio ab alijs diuiſionibus quomodo differt, 85.d
Genus quid importat primo, 86.c
Genus non importat primo idem, quòd differentia, 86.d
Genus quare indifferens & indeterminatum, 89.d
Genus & materia differunt, 111 d
Genus non eſt materia propriè, 84.c
Generis natura quotupliciter accipi poteſt, 45 d
Generis naturam participare quid, 46.a
Generis naturam participare perfectius vnam ſpeciem quam aliam quotupliciter poteſt intelligi, 46.a
Genus an perfectius alijs vniuerſalibus, folio 46.a
Genus quomodo eſt in potentia contradictionis reſpectu differentiæ, 135.d
Genus an ſit in potentia ad differentias? 135.d
Genus quomodo prædicatur de differentibus numero immediatè, 98 a
Genus quomodo prędicatur de differentibus ſpecie, 100.a
Genus prædicat eſſentiæ partem, 62.d
Genus an prædicetur de ſpeciebus æquè? 128.a
Genus an prędicetur de ſpeciebus vt indifferens? 94.c
Genus prædicatur per modum totius, folio 86.d
Genus eſt principium & principiatum, 111. d. & 112.b
Genus quomodo principium ſpeciei, folio 109.d
Genus formaliter ſumptum quomodo principium ſpeciei dici poteſt, folio 109.d
Genus non eſt prius cognitione, vel definitione alijs vniuerſalibus, 46.c
Genus quotupliciter poteſt conſiderari, & accipi, 85.c. & 135.a
Genus eſt relatiuum diſquiparantiæ, ſimiliter & ſpecies, 96.d
Genus ſi eſt relatiuum, ſeu ad aliquid, & ſpecies erit ad aliquid, 157.a
Genus quare ſimilitudo tenuis ſpecierum, 136.d
Genus ſpecies multas quomodo requirit, 102.b
Genus ſpecies multas quomodo requirit actu, 106 b
Genus ſpecies multas quomodo non requirit actu, vel potentia, folio 102. c. & 104.a
Genus, ad hoc vt ſpecies multas actu habeat, quot conditiones requiruntur, folio 106.b
in Genere quolibet an ſit ſpecies aliqua, quæ perfectius participat naturam generis, quam alia, 45.d
Genus de ſpecie ſecundum quem conce-

c ptum

prium verificatur,94.c
Genus a quo ſumitur, 86.a
Genus quomodo eſt totum, eſt pars. folio 112.b
Genus totum quare uocatur, 102.c
Genus virtutis,80.b
Genus eſt vniuerſale maius,quam ſpecies, 49.b
Genus quomodo vniuocum ad differẽtias oppoſitas.68.b.

H

HAbere multipliciter, 157.b
Habitudo relationis ad fundamentum quotuplex. vide Relationis habitudo,&c.
Habitudo relationis ad fundamentum eſt paſſio relationis. At habitudo ad terminum eſt eius quidditas,99.c
Habitus principiorum quare uocatur intellectus,178 b
Homo an ſit abſtractum media abſtractione? 93.b
Homo an ſit intentionale? 57.d
Homo quid,55.c,& 110.d
Homo quotupliciter conſiderari poteſt, 110.c
Homo,vt prior riſibilitate an ſit aptus natus recipere riſibilitatem? 166. c
Humanitas eſt animal eſt falſa, 91.b
Humanitas eſt animalitas, & rationalitas eſt falſa.91.a,& b.
Humanitas & homo non idem ſignificant, 91.a.
Humanum quid ſignificat,93.c
Humiditas quare qualitas paſſiua, 161.c.

I

IDem,& diuerſum quumodo opponuntur circa ens,129.d
Idem de ſe ipſo an prædicari poſſit quidditatiuè. vide Prædicatio eiuſdem, &c.
Idem poteſt eſſe prius, & poſterius natura, 126.b
Identitas eſſentialis quotuplex, 41.d
Ignis eſt ęquiuocum ad ignem qui eſt in concauo orbis,& ad ignem qui eſt apud nos,179.c
Ignis caliditas poteſt remitti, non tamen ſeparari ab igne, quantum ad omnem gradum,179.c
Ignis qui eſt in concauo orbis non eſt calidus in actu,179.c
Ignis quid,179.c
Importare determinatum, & determinatè differunt.
Incomplexa quare indiuiſibilia dicuntur. 20.b
Indeterminatio quotuplex,110.c
Indiuiduum quomodo cognoſcitur a nobis. vide Singulare.
Indiuiduum quomodo definibile. folio 62.d
Indiuiduum quotupliciter,95.b
ab Indiuiduo uago abſtrahitur aliquod cõmune,ſecus eſt de ſignato,66.c
Indiuiduum eſt uniuerſale, ac ſpecies. 66.b
Ineſſe quid,172 d
Ineſſe, & non ineſſe quotupliciter, 172. c, & d.
Inhærentia,& inhærens quid,59.d
Inhærere quando diſtinctionem realem arguit, 65 c
Inhærere quotupliciter,165.c
Inferius quomodo ſuperiori extraneari, & accidere dicitur,170.a
Innatum quotupliciter,151.d
Intellectualitas in angelis, & in nobis non differt ſpecie. 152.d
Intellectus in actu quid, 55 a
Intellectus agentis obiectum quod. folio 40.a
Intellectus in habitu quid,55.a
Intellectus materialis quid,55.a
Intellectus non mouet niſi motus, folio 33.c
Intellectum nihil propriè dicitur ex hoc quod mouet potentiam intellectiuam, 38.a
in Intellectu nihil eſt,quin prius fuerit in ſenſu,quomodo intelligitur,30.a
Intellectus,& obiectum ſunt cauſæ ex ęquo ſe habentes,33.a
Intellectus quomodo paſſiuus reſpectu intentio-

tentionis ſecundæ, 40.a
Intellectus eſt paſſiua uirtus, 33.c
Intellectus quomodo eſt potentia rationalis, 148.c
Intellectus quotupliciter, 13.b, & 38. a, & 104 b, & 178.a
Intellectus eſt vniuerſalium, ſenſus verò ſingularium, quomodo uerum, 31.a
Intelligendi modi an rei intellectæ modi dici debeant? 11.c
Intelligendi modorum repugnantia quare propoſitionem non falſificat, 93.c
Intelligendi quilibet modus an ſit ſciendi modus? 11.b
Intelligendi modus, quare ſic uocatur. 92.d
Intelligentia quotupliciter, 20.b
Intelligibile quodlibet an moueat intellectum Vide Obiectum quodlibet, &c.
quicquid Intelligitur an ſub ratione vniuerſalis intelligatur? 33.c
Intentio accidens copulatum quare non eſt 78.b
Intentionibus applicabilitas quomodo conuenit, 50.c
Intentionum applicabilitas quotuplex. fol. 50.d
Intentio quomodo eſt habitudo rei ad intellectum, 54.d
Intentio eſt nomen concretum, 72.b
Intentionum nomina a nominibus rerum ſumuntur, 141.c
Intentio an prædicetur per ſe quarto modo de intellectu? 59.b
Intentio quotupliciter, 1 d
Intentio rem non definit, 159 a
Intentio ſecunda an cauſetur a ſolo intellectu? 37.c
Intentio ſecunda quomodo cauſatur a re, 37.c
Intentio ſecunda quõ eſt comparatio, 52.b
Intentio ſecunda quomodo forma ſimplex, 26.a
Intentio ſecunda an paſſiones ſuas virtualiter contineat? 22.a
Intentio ſecunda quid, 20.d
Intentio ſecunda quomodo de genere ſterilium, 5.a, & 22.b
Intentio ſecunda ſupponit pro prima 73.a
Intentio an uniuoca omnib. 78.d
Interrogatio quid, 65.d
Ioannis Anglici errores, 26.c, & 34.d, & 35 b, & 58 a, & 68 b & 76 d, & 82.b, & 105. c, & 144. c, & 147.b, & 166. b, & 175.c
Irrationale eſt æquiuocum, folio 152.c, & d
Irrationale eſt differentia circumlocutiuè, 153.b
Irrationale negationem in genere dicit, 153.b
Irrationale priuationem cuius importat, 153.c
Irrationale priuationem non importat, ibid.a
Iſti dupliciter. 125.c

L

LEui Gherſonidis errores, 126. d, & 146.c
Lignum an prædicari poſſit de arca? vide Materia an prædicari poſſit de Materiato?
Locus an conſeruatiuus locati? 69.c
Locus quare conſeruatiuus locati. folio 69.d
Locus quare, & quomodo corruptiuus locati. 69 d
Locus naturalis quotuplex, 69.d
Locus an principium locati? 69.c
Locus an principium per accidens locati? 69.c
Locus quid, 68. d
Locus quotupliciter, 68.d, & 176.d
Logica Ariſtotelis an compoſita ex naturali, & artificiali? 12.d
Logica artificialis quid, 2.d
Logica artificialis per quid acquiritur, folio 4.a
Logica quomodo dicitur communis per accidens, 17.d
Logica an demonſtrationis effectus? fol 3.d
Logica docens, & utens quare ſic dicitur, 6. d
Logica docens quid, 2 d
Logica docens quotupliciter, 7.a
Logica an ſit inſtrumentum? 12.c
Logica an inſtrumentis propriis uti poſſit?

ſit? 12.d
Logicus intentiones definit, ac conſiderat in concreto,159.b
Logica modus ſciendi quare dicitur, fol. 11.a
Logica modus ſciendi quotupliciter dici poteſt,11.d
Logica, & moralis in quo ſunt ſimiles, 12.d
Logica naturalis quid, 2.d
Logica quotuplex, 13.b
Logica quotupliciter conſideratur, folio 145.d
Logica ſola eſt rationalis ſcientia, 12.c
Logicus de rebus conſiderat per accidens, 145.d
Logicæ uſus in ſcientiis quotuplex, folio 7.d
Logica utens,& docēs an ſint diuerſæ logicæ partes,7.a
Logica utens quid, 2.d
Logica utens quotupliciter,14.c
Logicalia quotupliciter dicuntur communia,16.c
Luna eſt terminus communis,52.d
Lux quid, 80.b
Lycheti error.91.b

M

Materia ad actum non reducitur effectiuè a forma,135.d
Materia quomodo corruptionis, & mortis cauſa,149.b
Materia,& forma extraneantur,& ſunt primo diuerſæ phyſicè,111.a
Materia,& efficiens non coincidunt, folio 52.a
Materia an prædicari poſſit de materiato? 88.b,& 111.d
Materia eſt qua res poteſt eſſe, & non eſſe, 149.b
Materia quotuplex, 85.c
Materia eſt ſubſtantia quidditatiuè. vide Subſtantia prædicatur,&c.
Mauritii errores,2.b, & 7.b,& 10.c,& d,& 11.c, & 18 a, & 25.c, & 37.a,& 42.c,& 43.a,& 46.b,& 50.b, & 51.c. & 63.c,& 65.b,& 73.d,& 101.c,& 111.a,& 116.c,& 117.a, & 128. c, & 147. b, & 160.a, & 169.a
Menſura propriè quid.17.a
Menſura quotupliciter,17.a
Menſura tranſumptiuè quid,17.b
Metaphyſicus intentiones per accidens conſiderat 145.d
Metaphyſicus,logicus, & ſophyſta quomodo laborant circa idem,24.b
Metaphyſica quotupliciter conſideratur, 145.d
Modale cuius eſt concretum,11.c
Modificatum cuius eſt concretum, folio 11.c
Modus conſiderandi logici, & metaphyſici differunt,33 d
Modi,& figuræ definitio quomodo intelligenda.vide Figuræ & modi,&c.
Modus,& figura an ſint paſſiones ſyllogiſmi,26.c
Modus intelligendi. Vide Intelligendi modus,&c.
Modi perſeitatis,an modi dicendi, ſeu prædicandi per ſe dici poſſint? 10 a
Modorum perſeitatis ſufficientia, fol.8.d. & 9.a
Modi perſeitatis primi gradus,9.b.& c
Modus perſeitatis primus quid,9.a
Modus perſeitatis quartus an modus inhærendi? 9.a
Modus perſeitatis quartus quid, fol. 9. d. & 59.a
ad Modum perſeitatis ſecundum non ſufficit ſubiectum poni in definitione prædicati,165.a
Modus perſeitatis tertius quid,9.d
Modus quotupliciter,11.a
Modorum repugnantia quando propoſitionem falſificat,87.a
Modus & res non opponuntur,148.a
Modus rei quotuplex,42.b
Modus ſciendi.vide ſciendi modus.
Modus ſignificandi accidentalis quid, & quotuplex,92.c
Modus ſignificādi actiuus,& paſſiuus quid, 91.d
Modus ſignificandi eſſentialis quid, & quo tuplex,92.a
Modi ſignificandi an ſint inſeparabiles a ſignificato? 92.c

Modi

Modi ſignificādi ſunt inſeparabiles a ſignificato,92 b
Modorum ſignificandi ac intelligendi differentia,49.a
Modorum ſignificandi repugnantia quare propoſitionem falſificat,93 b
Modus ſignificandi quare ſic vocatur, 92. a.& d
Mortis cauſæ extrinſecę,149.c
Mors quomodo cauſatur propter nutritiuæ virtutis debilitatem,149.c
Mors cauſatur a qualitatibus contrarijs partium organicarum,149.c
Mors quotupliciter,148.b
Mortale eſt poſterius homine,150 c
Mortale quid ſignificat,148.b
Mortale quotupliciter,148.b.& 149.b
Mortuum quid,139 c
Mortuum quotupliciter,122.d
Motus eſt corruptionis cauſa per ſe, folio 70. c
Motus quotupliciter,72.c
Motum omne velocius moueri poteſt, 167.b
Motus quomodo velocitatis, ac tarditatis determinatæ,167.a
in Motu quare eſt velocitas & tarditas. vide Velocitas,&c.
Mouere quotupliciter,53.b
Multiplex quid,125.d
Multitudo eſt commune tranſcendens, folio 95.d
de Multitudine diuerſimode loquuntur metaphyſicus,& logicus,145.d
Multitudo quotuplex,141.a
Multitudo quotupliciter,141.b.& 143.d
Multum eſt ęquiuocum,145.d
Multum & magnum differunt,101.d
Multum quotupliciter,101.d

N

NAtura quotupliciter,56. d
Neceſſarium ex contingenti quomodo ſequi poteſt,73.c
Neceſſarium vnde & quotupliciter, folio 101.d
Negatio negans quomodo confundit,ac diſtribuit terminum ſequentem, 132.a
Negatio quotuplex,153.b
Nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu. vide in Intellectu,&c.
Niſi quotupliciter,67. b
Non ens quotupliciter,32.c
Non entis non eſt ſcientia nec definitio, 32.c
Notitia quotuplex,104.d
Notitia & veritas differunt,22.c
Nugationem cognoſcendi modi qui nam ſunt,82.b
Nugationem connotatio non facit, folio 86. d
Nugatio quare non eſt differentiam inferiorem ſuperiori addendo,83.a
Nugatio quare non eſt differentiam ſuperiorem inferiori addendo,77.d
Nugatio eſt inferius ſuperiori addendo, 82. b
Nugatio quid,82 c
Numeri diuiſio,60.b
Numerus formalis,ſeu tranſcendens quid, 60. b
Numerus vnus maior alio quomodo dicitur,49.c
Numerus mathe.ſeu prędicamentalis quid, 60. b
Numerum metiri numerum quid, folio 60. d
Numerus numerans quid,60 c
Numerus par,& impar quid,60.c
Numerus prædicamentalis quid, vide Numerus mathematicus,&c.
Numerus primus & incompoſitus quid, 60. d
Numerus quid,48.& 60.b
Numerus ſecundus, & compoſitus quid, 60. d
Numerus ſenſibilis, ſeu numeratus quid, 60. b
Numerus ſingularis, & pluralis quid. 46. d
Numerus an ſuſcipiat magis & minus? folio 49.c

O

OBiectum eſt finis ſcientiæ & quomodo,1.b.& c.
Obiectum quodlibet an intelle-

ctum mouere poſſit? 33.b
Obiectum intellectus noſtri motiuum ex natura potentię, 29.d
Obiectum intellectum mouere quid, folio 32.d
Obiectum intellectus noſtri motiuum pro ſtatu iſt, 30 a
Obiectum intellectum terminare] quid, 33. b
Obiectum mouet non motum, 33.c
Obiectum primum intellectus noſtri terminatiuum. 29.d
Obiecti proportio ad potentiam, 33.cd
Omne quod eſt ideo eſt, quia vnum numero eſt, quomodo intelligitur, 35.a
Oppoſitum definiri per ſuum oppoſitum quomodo poteſt, 149 c
Oppoſita inſunt actu eidem generi; 134.d
Oppoſitio relatiua non eſt oppoſitio formalis, 48.d
Oppoſitorum vnum tot modis dicitur, quot & reliquum. 66.b
Oratio an ęquiuoca enunciationi & ſyllogiſmo, 24.c
Oratio quomodo ęquiuoca, 25.a
Orationis pars quid, 92.a
Oratio quid, 25.b
Oratio in ſyllogiſmi definitione pro quo ſumitur, 25.b
Ordo quotuplex, 2.a.& 58.d

P.

PArtes ſecundum qualitatem quę, 112. c
Partes quotuplices ſunt, 85.c.& 113.b
Pars ſubiectiua quotupliciter capitur, folio 27.c
Pars ſubiectiua ſui ipſius quomodo idem idem eſſe poteſt, 27.b
Paſſio quare ineſt ſemper, 162.b
Paſſio quomodo ineſt. vide Riſibilitas, & cæt.
Paſſio in quo prædicamento reponitur, 164.a
Paſſio quomodo ſubiecto actualiter ineſſe dicitur. Vide Riſibilitas quomodo ineſt homini, &c.
Paſſio quomodo ſubiecto eſt eadem eſſentialiter, 41.d
Paſſio ſubiecto ſecundum quod eſſe ineſt, 47.c.& 54.b
Paſſio ſubiecto ratione cuius ineſt, folio 162.a
Paſſionis ſubiectum quomodo eſt ſeparabile a paſſione. 168 a
Paſſionis ſubiectum an ſub eius oppoſito contradictorio intelligi poſſit: folio 174.d
Paſſio quomodo ſuo ſubiecto eſt minus ens, 43.d
Paſſionis ſubiectum quare non eſt in potentia contradictionis reſpectu paſſionis, 168.a
Paſſionis ſubiectum vt prius paſſione an ſit aptum illam recipere: vide Homo ut prior riſibilitate, &c.
Paſſionis ſubiectum quomodo prius tempore paſſione, 167 d
Pater quid, 69.b
Pater vnde dicatur, ibid.b
Peccare in forma quid, 28.a
Peccare in materia eſt æquiuocum ad tria, 27. d
Peccatum mortale quare dicitur mortale, 148 b
Per accidens quotupliciter, 17.c.& 133.a
Per ſe præſupponit de omni.
Per ſe quotupliciter, folio 17.c. & 18. a. & 133.a
Petitio principii duplex, 19 a
phantaſmata ſe habent ad intellectum, ut ſenſibilia ad ſenſum quomodo intelligitur, 30 b.& 39.c
ſine Phantaſmatibus non intelligimus, quomodo verum, 39.b
Plura eſt vniuocū ad plura ſpecie, & ad plura numero. 139.b
Plurale quotupliciter, 49.a
Pluribus quotupliciter, 146.a
ponere idem bis quotupliciter contingit, 82.d
Potentia actualis quid, 168.c
in Potentia & in actu idem ſimul eſſe poteſt, 168.c
Potentia ante actum, & cum actu quid, 168. c
Potentia omnis ad actum eſt reducibilis, 136. a

Poten-

Potentia differentiam ponens inter aliqua duo cognoſcit vtrumque ſub propria ratione : quomodo intelligitur, 38.c
Potentias diſtingui per actus & per obiecta, quotupliciter intelligi poteſt. 154.a
in Potentijs diſtinctio tanta non eſt quanta eſt in actibus, & in obiectis, 154.a
Potentia metaphyſica quid, 163.a
quæ Potentia paſſiua eſt, potentia contradictionis, 168.a
eſſe in Potentia paſſiua quotupliciter, fol. 168. a
Potentia quid, 103.a
Potentia quotuplex 103 a.& 136 a, & 168, c
potentiæ vnitatem, ac diſtinctionem habent ab obiecto, 29.d
potentia eſt vniuoca, ſi actus eſt vniuocus, 79.a
præcognitiones quot, 21.c
prædicamenta per quid diſtinguuntur, 81.b
in prædicamento eſſe quid. Vide in Genere eſſe &c.
in prædicamento eſſe quotuplicter. Vide in Genere eſſe &c.
prædicamenta ab exiſtentia quomodo abſtrahunt, 34.c
prædicamentorum quodlibet tria entia continet. Vide Genus quodlibet entia tria &c.
prædicamenta alia a qualitate an prędicentur in quale? 106.d
prædicandi modus a quo ſumitur, 77 b
Prædicandi modorum diuerſitas vnde ſumitur, 167.a
prædicandi primi modi an ſint quid & quale, 76.d
prædicari ut accidens, & per accidens videntur differre, 75.c
prædicari per accidens quid. 17.d
prædicari per accidens quotupliciter, 17.d
prędicari æquè per ſe quotupliciter, 90.c
prædicari per eſſentię modum & per modum denominantis an idem poſſit, 62.c
prædicari eſt intentionum per ſe, rerum veri per accidens, 72.c
prædicari per ſe quotupliciter, 75.c
prædicari in quale, & prędicare quale differunt, 146.c
prędicari quid, 66.d
prędicari in quid an differentia diuiſiua vniuerſalis, 64.a
Prędicari in quid an ſit prædicare eſſentiam per modum eſſentię, 107.b
prędicari in quid, & prędicare eſſentiam per modum eſſentię ſunt vniuoca, 107.c
ad prædicari in quid non ſufficit prędicare quidditatem, 147.b
prędicari in quid de pluribus per quas differentias contrahitur, 139.a
prędicari in quid quotupliciter, 74.b, & 107.b
prædicatio in abſtracto quando eſſentialiter vera, 8.c
prædicatio quælibet in abſtracto an ſit per ſe primo modo, 91.b
prædicatio accidentis de accidente an ſit de nominatiua, 48.a
prædicatio accidentis de ſubiecto quæ, & qualis, 164 b
prædicatio denominatiua quotuplex, 41.d
prædicatio eiuſdem de ſe ipſo an ſit quidditatiua. Et an prædicatum dicat cauſam ſubiecti. Vide propoſitio in qua idem &c.
prędicatio eſſentialis duplex, 47.c
Prædicatio formalis quid. 10.d
Prædicatio formalis quotupliciter. 10.d
Prædicatio materialis quid. 10.d
prædicatio materialis quotupliciter, 10.d
prædicatio naturalis & non naturalis quid. 9. b
prædicatio quotuplex, 72.d
a prædicatione ſignata ad exercitam quomodo ualet conſequentia, 73.a
prædicatio ſignata an propriè, & per ſe ſit prædicatio, 73.d
prædicatio ſignata quid, 72.d
prædicatum annexum quid, 64.d
prædicatum dialecticum. vide Prædicatum topicum, &c.
ſub prædicato ſupponente confuſe tantum, quomodo fieri poteſt deſcenſus, 121.a
prædicatum topicum quid, 64.d
prædicatum topicum quotuplex, folio 64.d
prędicatum quare ueritates omnes uirtualiter non continet, 22.d

Præ-

præmiſſæ quomodo cauſant cõcluſionem, 4.d
præmiſſę ſunt cauſæ efficientes,& materiales concluſionis,5.a
præmiſſas eſſe cauſas concluſionis ratione medii quotupliciter poteſt intelligi, fol. 5.a
præter quotupliciter,111.c
primum multipliciter,31.a
principium eſt communius quam cauſa, 109.c
principia doctrinæ,& principia in eſſe differunt, 110.a
principium intrinſecum eſſe duplex habet, 112.a
principium, & principiatum quomodo idẽ eſſe poteſt,111.d
principium quod , ſeu propinquum quid. 150.a
principium rei quotuplex,110.b
principium quotupliciter , 69.a, & 109. d. 150.a, & 178.b
principia rerum naturalium ſunt tantum duo 146.d
priuatio nullam aptitudinem omnino negat.153.c
priuatio in creatura qualibet, non autem in Deo repetitur,140 a
priuatio negatio extra genus, & negatio in genere differunt, & quid ſint, folio 139.b
priuatio quomodo principium,& quomodo non,146.d
priuatio quotuplex,153.c
priuatio quotupliciter,140.a
prius,& poſterius natura idem poteſt eſſe. vide Idem,&c.
problema dialecticum quid, 65.d
problematum diuiſio,65.d
problema neutrum quid,66.a
proœmium quotuplex, 2.b
proportio arithmetica quid, 71.c
proportio geometrica quid,71.c
proportio quid,71 c
proportio, & ſimilitudo differunt. folio 71.c
proportionem tranſmutare quid. folio 89.a
propoſitio dialectica,& problema quomodo differunt,66 a
propoſitio dialectica quid,65.d
propoſitio dialectica quotuplex. folio 65.d
propoſitio quando diſtinguenda. folio 57.a
propoſitionum Hypoteticarum quæ magis vna.124.c
in propoſitione,in qua idem prædicatur de ſe ipſo an prædicatum dicat cauſam ſubiecti 19.c,& d.
propoſitio in qua plurale ponitur poteſt accipi, uel ut una, uel ut plures. folio 124.c
propoſitio una,uel plures dici poteſt multipliciter,124 a
propoſitio vna cõiunctione quotuplex.fol. 124.b
propoſitio una ſecundum quid quæ. fol. 124 b
propoſitio una ſimpliciter quæ. folio 124.b
proprìè conuenire alicui quid.90.a
proprietas eſt nomen primæ intentionis, 156.b
proprietas quotuplex,154.c
proprietas quotupliciter,40.b
proprii abſtractum quod,156.c
proprium, & accidens ſunt diſtincta uniuerſalia,160.c
proprium,eſt accidens, quare non eſt uera 163.c
proprium quodlibet eſt accidens quomodo verum,163.b
proprium commune quomodo dici poteſt, 156.b
proprium contra commune quomodo diſtinguitur,155.d
proprium eſt commune quomodo idem dici poteſt,156 b
proprium, & commune quomodo opponuntur,156.b
proprium communi opponitur ut eſt nomen primæ intentionis,155.d
proprium ad quæ comparatur, 155.c
proprii correlatiuum quomodo eſt ſpecies, 157.b
proprii differentia ultimata conſtitutiua. Vide Vniuerſale per quid deſcendit ultimatè in proprium
proprium ſecundum quod eſſe ineſt ſubiecto,vide Paſſio,&c.
proprium formaliter quid,156.c

pro-

proprium formaliter quomodo dicitur demonſtrari de ſubiecto.155.c
proprium generis nullius eſt, inquantum illud eſt genus,98.b
proprium generis ſubalterni quomodo eſt ipſius, inquantum prædicatur de differentibus numero. folio 98.d
proprii inferiora ſunt eadem, quod inferiora ſpeciei,158.d
proprium non prædicatur de differentibus ſpecie,98.b
proprium quare prędicatur in quale accidentale,147.b
proprium habere proprium poteſt. folio 157.b
proprium quid,155 b
proprium quotupliciter, 65.b, & 155.d, & 156.c
eſſe proprium alicui quotupliciter. folio 38.c
proprium eſt relatiuum,ſeu ad aliquid,fol. 157.a
proprium an ſit tantum ſpeciei inquantū eſt ſpecies? 98.c
proprii ſubiectum quod, 157.b
proprii ſubiectum quomodo dici poteſt ſpecies,157.c
proprium unde dicatur,154 d
proprium eſt uniuerſale,155.b
proprium eſt uniuerſalis ſpecies. folio 156.a
propter quod unum quandoque tale, & illud magis, quando uerum. fol. 89.d
puer vnde dicatur.129.d

Q

Quale quotuplex, 147.d
Quale quotupliciter, 146.b
Qualitas actiua, uel paſſiua, non eſt proprium,179.b
Qualitatum diuiſio.161 b
Qualitas elementi. vide Elementi qualitas, &c.
Qualitates primæ ſunt materia corporum compoſitorum; & initia elementorum, 161.b
Qualitas prædicatur in quale abſolutè. fol. 106.d
Qualitas quotupliciter, folio 143. d, & 147.c
Quantitates, ſeu dimenſiones, interminatæ, & terminatæ quid. folio 161.a
Quantitas an materiam immediatè ſequatur? 160.d
Quæcunque vni, & eidem ſunt eadem formaliter, illa ſunt eadem formaliter inter ſe, quomodo intelligitur. fo. 111. b
Quid, & quale an ſint primi modi prædicandi? Vide Prædicandi modi, & cętera.
Quid eſt,& quia eſt ſubiecti quotupliciter, 21.c
Quidditas rei quid, 42.b, & 62.b,
Quinque quid,60.d
cuicunque Quo correſpondet ſuum quod, 142.b
Quo repugnat eſſe quod,142.b

R

Ratio aliqua quotupliciter dici poteſt logica,7.a
Ratio quid,20.a
Ratio quotupliciter,152.c
Ratiocinatio quid, 25.b
Rationabile quotupliciter,148.c
Rationale an æquiuocum? 152.b
Rationale quomodo æquiuocum. folio 152.c
Rationale quotupliciter, 89.d,& 148.c, & 152.c
Rationale & rationabile differunt,148.c
Relatio quomodo eſt abſolutum, ſimiliter & relatiuum,114.a
Relatio dicitur actualis tripliciter. folio 131.a
Relatio actualis, & aptitudinalis penes q͞d differunt,130.d
Relatio actualis eſt inter extrema in actu.

Et hoc idem dicatur de tali reſpectu.103.a,& 130.c
Relatio actualis quid, 131.a
Relatiuum æquiparantiæ æqualiter denominat utrumque extremum. folio 131.d
Relatiua æquiparantiæ quotuplicia, folio 132.b
Relatio dicitur aptitudinalis dupliciter, 131.a
Relatio aptitudinalis quid, ibidem
Relatio aptitudinalis non dependet a termino. Vide Reſpectus fundamentalis, &cæt.
in Relatiui definitione an correlatiuum ſit ponendum? 97.a
in Relatiui definitione correlatiuum quo modo, & quando ponitur, fol. 81.d, & 177.d
Relatiui definitiones plures an eſſe poſſint? 114 a
Relatiuum definitur per terminum, & per correlatiuum. 81.d
Relatio an ſit entitatis maioris termino? 165.d
Relatiua an eſſe æquale, ac uniforme habeant? 106.a
Relatiuum eſſe, ut relatiuum eſt quid. fol. 130.c
Relatio fundamentalis non dependet a termino. Vide Reſpectus, &c.
Relationis habitudo duplex. 99.c
Relatiuum includit duo. 115.c
Relatiua dicuntur ad inuicem dupliciter, 131.b
Relatiuorum modi per accidens, folio 115.b
Referri ad multa. Vide Referri ad plura, &cæt.
Relationis paſſio. vide Habitudo relationis ad fundamentum, &c.
Referri ad plura idem non poteſt, 115. & 116.a
Referri ad plura primo quomodo idē poteſt, 142.d
Relatio quotuplex, 104 d
Relatiua quotuplicia, 177.c
Relatiuum quotupliciter, 130.d
Relationis rationis actualis extrema quomodo ſunt in actu, 105.a
Relatio rationis aptitudinalis non datur, 104.d
Relatiuum reciprocum quid refert, folio 131.c
Relatio non refertur, 142.c
Relatio relationem fundare poteſt, folio 141.b
inter Relatiua repugnantia formalis non reperitur 48.c
Relatiuum ſecundum genus eſt relatiuum per ſe, 115.d
Relatiua quomodo ſimul natura, 94. a, & 130 d
Relatio una per ſe habet unum per ſe extremum, 131.b
Repetere idem, quot modis contingit, 82.d
Res unde dicatur, 71.a
in Riſibilitate an aptitudo ad actum ridendi fundetur? 166 b
Riſibilitas homini quomodo ineſt, folio 166.a
in Riſibilitatis inhærentia an aptitudo fundari poſſit? ibid.b
Riſibilitas quomodo eſt ſpecies. folio 180.d

S

SApores ratione cuius inſunt, folio 161.d
Sarnani, errores, folio 130 c, & 137.d, & 138.b
Sciendi modus an ſit accidens ipſius ſcire? 10.c
Sciendi modus an ſit poſterior ſcire? fol. 10.a
Sciendi modus quotupliciter. folio 10. a, & d
Sciendi modus eſt ſcientia, non eſt prædicatio formalis. 12.a
Scientia per accidens quid, 3.a
in Scientia æquiuocis quomodo uti poſſumus, 162.a
Scientia quare communis ab obiecto dicitur, 16.d
Scientiæ conditiones, 3 b
Scientia dominatur ab obiecto extrinſece.

 XIV

ctè. 16.d
Scientia non eſt de ente per accidens. folio 31. d
Scientiam eſſe de aliquo tripliciter contingit, 19.c
Scientia an ſit euidens, & notitia unde habet, 22.c
Scientia an menſuretur a ſubiecto? folio 17.a
Scientia an menſuretur a ſubiecto menſura perfectionis? 17.b
Scientia quomodo neceſſariorum, & impoſſibilium aliter ſe habere, 13.a, & 19 c, & 105.d
Scientia per ſe quid, & quotupliciter, fol. 3.a
Scientia propriiſſima quid, 3.b
Scientia quid, 17.a
Scientia quotuplex, 23.d
Scientia quotupliciter. 2.d
Scientia rationalis quotupliciter dici poteſt, 12.c
Scientia quælibet realis, ac rationalis dici poteſt, 12.b
Scientia ad ſcibile refertur ut menſurabile ad menſuram, 17.a
Scientiarum ad ſcibile quæ nam refertur realiter, 15.b
Scientiæ ſecantur quemadmodum, & res, exponitur, 15 d
Scientia quod ſubiecti eſſe ſupponit. folio 105.d
Scientia quomodo uerorum dicitur eſſe, 16.d
Scire ſophyſticum quid, 3.a
Secundum quid, multipliciter ſumitur, 119.b, & c
Semper quid, 165.b
Semper quotupliciter, 165.b
Senex unde dicatur, 129.c
Senſus communis quare dicatur communis, 154 b
Senſus communis operandi modus, folio 154.b
Senſus compoſitus quid, 175.c
Senſus diuiſus, & compoſitus, quare ſic dicantur, 175.d
Senſus diuiſus quid, 175.c
Senſus exterior non eſt conſeruatiuus ſpeciei ſenſibilis, 59.c
Senſus particularis quæ obiecta diſcernit, 154.b
Sequi ex alio dupliciter, 73.c
Si quotuplex, 18.a
Sibi eſt relatiuum reciprocum, 131.c
Siccitas quare qualitas paſſiua, 161.c
Significare aliqualiter quid, 118 a
Significare quomodo ſequitur intelligere, 45. c
Signorum confundentium diuiſio, folio 120.c
Signum quid, 92. a
Similitudo quid, 71.c
Simpliciter multipliciter ſumitur, 119. a, & c
Singula quotupliciter, 143.b
Singulare non cognoſcitur a nobis diſtincte, 33.d
Singulare quomodo cognoſcitur a nobis, 33. d
Singulare quotupliciter, 49.a,
Soles multi quomodo ſunt, 106.b
Sol, & ſtellas eſſe Deos plato poſuit, 15 .b
Sol eſt terminus communis, 52.d
Sophyſtica quare dicitur apparens ſapientia. 28.b
Speciei, ad hoc ut applicari poſſit alicui, ſeu ad hoc ut ſit in actu, quot conditiones requiruntur, 105.b
Species an correlatiuum generis. vide Generis correlatiuum, &c.
Species quomodo corruptibilis, & quomodo non, 95.c
Species definitionem unam habet in comparatione ad genus, 114.c
Species eſſentiam totam indiuiduorum dicit, 62.c
Speciem unam generis naturam participare perfectius, quam alia, tripliciter intelligi poteſt. vide Generis naturam, &c.
Species grammaticaliter quid. 113. a
Species pro formali quid. ibid.b
Species habitudines duas habet, & quomodo non habet illas, ibidem
Species indiuidui totam eſſentiam dicit. vide ſpecies eſſentiam, &c.
Species an ſit inuentio? 57.d
Speciei nomen tria importat, 113.a
Species reſpectu paſſionis hēt duplicem reſpectum. vide Paſſionis ſubiectum, &c.

Species prædicandi vnum modum habet, 116.c
Species quare non prædicatur in quale quid, 146.c
de Speciei natura, vt species eſt, eſt prædicari ac ſubijci. 96.d
Species quare inter prædicata topica non numeratur, 65.b
Species primę intentionaliter ſumpta quid, 113.a
Speciei principium eſſentiale eſt duplex, folio 110.b
Species quomodo proprium dicitur habere, 157.b
Species quotuplex, folio 109.a, & 113.b, & 137.c
Species quotupliciter, 112.d. & 141.a
Species eſt relatiuum diſquiparantiæ. vide Genus eſt relatiuum, &c.
Species non refertur primo ad indiuidua, 113.c
Species non dicitur ſpecies ratione habitudinis, ad indiuidua, 113.c
Species quomodo ſimilitudo ſingularium, 36.d
Species quare ſimilitudo tenuis ſingularium, 36.d
Species ſubijcibilis quid, 109.a
Species vnde, & quare ſic dicatur, folio 113.a
Stellas eſſe Deos Plato poſuit. Vide Solem & ſtellas, &c.
Subiectum de accidente an prædicari poſſit denominatiuè? 42.c, & 163.d
Subiectum eſt æquiuocum nomen, folio 157.a
Subiectum attributionis & prædicationis quandoque idem ſunt, 50.c
Subiectum attributionis quid, 18.d
Subiectum an concretum eſſe poſſit reſpectu ſui accidentis? 88.b
Subiecti ſcientiæ conditiones, 21.b
Subiecti conditiones ſex poſitæ a Scoto primo Repor. reducuntur ad tres conditiones, poſitas in vniuerſalibus, 21.b
Subiecti definitio an tantum conueniat ſubiecto quod eſt ſpecies ſpecialiſsima? 23.a
Subiecti definitio quomodo præponenda in ſcientia, 50.a
Subiectum quod eſt intentio ſecunda an virtualiter contineat veritates ſcientiæ, cuius eſt ſubiectum? 22.b
Subiectum quomodo nobilius ſcientia, folio 1.d
Subiectum a prædicato excludi quid, folio 125.d
Subiectum quomodo prædicari poteſt de omnibus in ſcientia conſideratis, folio 29.c
Subiectum non ſemper prædicatur de omnibus in ſcientia conſideratis, 23.b, & 29.b
Subiectum quotupliciter, folio 18.c, & 177.d
Subiecto ſcientiæ vnius a ſubiecto alterius diſtinctio, dupliciter intelligi poteſt, folio 18.b
Subiectum virtualiter continere veritatem quid, 22.c
Subiectum virtualiter continet omnes veritates ſcientiæ. 22.d
Submultiplex quid, 115.d
Subſiſtere quotupliciter, 43.b
Subſtantiæ quot abſtractiones inſunt. Vide Abſtractiones, &c.
Subſtantia quomodo accidente eſt prior tempore, 166.d
Subſtantia ab accidente quolibet eſt ſeparabilis, 174.c
Subſtantiæ quare concretorum pluralitas ineſt. Vide Concretorum pluralitas, &c.
Subſtantia definitionem quomodo habet, fol 19.b
Subſtantiæ ſolius quomodo definitio. Vide Definitio quomodo ſubſtantiæ, & cæt.
Subſtantiæ diuiſio in primam & ſecūdam qualis, 35.d
Subſtantiæ prædicamento inſunt tria generaliſsima, 109.a
Subſtantiæ prædicamento quomodo ineſt tantum vnum generaliſsimum, folio 109.a
Subſtantia prædicatur quidditatiuè de materia, & forma, 68.b
Subſtantia prima quid, 35.d
Subſtantia prima & ſecunda quomodo opponuntur, 35.d

Subſtan-

Subſtantia prima, & ſecunda quotupliciter ſumuntur, 35. d, & 36. c
Subſtantia quotupliciter, 61. a, & 68. a
Subſtantia ſecunda quid, 35. d
Subtilitas quomodo diuiſibilis in infinitum, 167. c
Sufficientiam aliquorum aſſignare quotupliciter, 62. a
Superius quomodo de inferiori non prædicatur, vt eſt idem illi, 94. b
Superius quodlibet indiuidua propria habet de quibus prædicatur, 98. d
Suppoſitio perſonalis quid, 53. c
Suppoſitio quid, 73. a
Suppoſitio ſimplex quid, 53. d
Syllogiſmi definitio an verè ſit definitio? 19. a
in Syllogiſmi definitione quomodo accipitur ly poſitis, 26. d
Syllogiſmus demonſtratiuus, & topicus ſunt partes in modo ſyllogiſmi ſimpliciter, 27. c
Syllogiſmus demonſtratiuus & topicus an ſint partes ſubiectiuæ ſyllogiſmi ſimpliciter, 27. b
Syllogiſmi materia quomodo ſunt propoſitiones, 27. b
Syllogiſmi ſimpliciter materia ſunt propoſitiones, & quomodo, 27. b
Syllogiſmi materia tripliciter, 27. d
Syllogiſmi partes integrales, 27. a
Syllogiſmi partes ſubiectiuæ an ſint ſyllogiſmus demonſtratiuus & topicus. vide Syllogiſmus demonſtratiuus & topicus, &c.
Syllogiſmi paſſiones quæ, 26. b
Syllogiſmi paſſiones quibus in locis ab Ariſtotele oſtenduntur, 26. b
Syllogiſmi paſſio, quæ oſtenditur de ſyllogiſmo in communi, an ſit ignota de particulari? 28. d
Syllogiſmi paſſiones an ſint modus & figura? vide Modus & figura, &c.
Syllogiſmum peccare in forma quid. vide Peccare in forma, &c.
Syllogiſmum peccare in materia eſt æquiuocum ad tria. Vide peccare in materia, &c.
Syllogiſmus perfectus quid, folio 28. d, & 84. a
Syllogiſmi principium formale quod, folio 26. a
Syllogiſmi principium materiale, folio 26. b
Syllogiſmi principia regulatiua, 26. b
Syllogiſmus quotuplex, 29. a
Syllogiſmus quotupliciter, 18. d
Syllogiſmus ſimpliciter quid, 18. d
Syllogiſmus ſophyſticus in quo deficit, folio 28. a
Syllogiſmus ſophyſticus non eſt defectus demonſtratiui, 27. d
Syllogiſmus ſophyſticus an ſit modus ſciendi, 11. c
Syllogiſmus ſophyſticus an priuatio ſyllogiſmi ſimpliciter, 27. c
Syllogiſmus quomodo ſubiectum totius logicæ, ac libri priorum, 29. b
Syncategorema quid. Vide Terminus ſyncategorematicus, &c.
Syncategoremata quomodo ſunt modi intelligendi, 120. b

T

Tamen quid, 146. a
Tantum quotupliciter exponitur, 60. c
Tardum quid, 24. d
Tatareti errores, 27. a, & d. & folio 70. c. & 113. b. & 158. c
Tempus quare corruptionis cauſa, folio 70. c
Terminus abſolutus quid, 51. b
Terminus communis quid, 52. d
Terminus communis quotupliciter dicitur, 53. a
Termini communis ſignificatum quotupliciter conſiderari poteſt, folio 47. c
Terminus connotatiuus quid, 51. b
Terminus diſcretus ſupponere poteſt dupliciter, 54. a
Terminus idem determinatè & indeterminatè accipi poteſt, 120. a
Terminus mixtus quid, 118. a
Terminus quid, 92. b

Termi-

Termini ſingularis ſignificatum poteſt habere triplex eſſe,54.a
Terminus ſyncathegorematicus quid, folio 118.a
Toleti errores,71.d.& 96.c
Totum & perfectum idem ſunt.94.d
Totum quomodo ſimplicius partibus, folio 112.c
in Tranſmutatione accidentali res non amittit nomen,neque definitionē; ſecus eſt in ſubſtantiali,177.b
Tranſmutatio quotuplex,54.c
Tranſumptio quid,127.a

V

Vegetatiua quomodo rationalis dici poteſt, 148.d
Velox quid,24.d
Verba quotuplicia,74.a
Verificari quid,52.d
Veritas euidens quid,22.d
Veritas neceſſaria non euidens quid, folio 22.d
Veritas & notitia differunt. Vide Notitia, & veritas &c.
Veritas quid,17.a. & 22.d.& 55.d,& folio 178.a
magis Verū quomodo ſequi poteſt ex minus vero,73.c
Via doctrinæ quotuplex.2.b
Virtus habentem bonum reddit. 80.c
Virtus quotupliciter.80.c
Viuum quotupliciter,122.d
Vniuerſalis diffinitionis declaratio, folio 41.b
Vniuerſalis definitionum quæ verior an quæ ponitur primo Poſter. an quæ ponitur primo priorum,40.d
Vniuerſalis differentia diuiſiua an ſit prædicari in quid. Vide Prædicari in quid, & cæt.
Vniuerſale per quid deſcendit ultimatè in proprium,158.b
Vniuerſale inquantum intentio, & inquantum applicabile rei quomodo idem, folio 51.a
Vniuerſale an ſit obiectum primum intellectus,Vide obiectum primum,&c.
Vniuerſalis paſſio eſt eſſe vnum de multis, folio 41.a
Vniuerſale prædicatur per ſe de primis ſubſtantiis,36.b
Vniuerſale quid,32.c
Vniuerſalia pro formali an ſint tantum quinque,63.a
Vniuerſale quotupliciter, folio 32. a,& 52. c
Vniuerſalium ſufficientia,61.a
Vniuerſale inquantum intentio quomodo ſubiectum in libro Porphyrij, folio,51.a
Vniuerſale vnum quotupliciter dici poteſt, folio 41.a
inter Vniuocum & æquiuocum an detur medium. Vide Analogum an mediat, & cæt.
Vniuocationis fallacia an detur, folio 127.c
ad Vniuocum logicum duo requiruntur, folio 66.d
Vniuocè prædicari quid.44.b
Vniuocè & æquiuocè prædicari phyſicè, & meta.quid,44.c
Vniuocè prædicari quotupliciter, folio 44.c
Vniuocum quotuplex,25.a
Vniuocum quotupliciter,44.b
Vnum per accidens quotuplex, 117.c
Vnum eſt æquiuocum,145.d
Vnum an æquiuocum ad unum numero ſpecie,& genere,118.a
Vnitas vt aſtimatio ſe habet, 9.b
Vnum cum ente conuertibile quotuplex, folio 117.b
Vnitas extrinſeca quotuplex,117.b
Vnum logicè quid & quotuplex, folio 117.c
Vnitas maior a minori quomodo accipi poteſt,79.b
de Vnitate metaphy. & logicus diuerſimodi loquuntur, 145.d
Vnum multitudini quotupliciter opponitur.Vide Vnum opponi &c.
Vnitas an negationem duplicē formaliter importet,117.a
Vnitas numeralis quomodo actuali exiſtentia

XVI

ſtentia eſt prior,uel poſterior,34.d
Vnitas numeralis quotuplex,folio 34.d.& 49.c
Vnum numero quotupliciter,34. b
Vnum non opponitur differentiæ primo, folio 144.c
Vnum opponi multitudini quotupliciter contingit.117.c
Vnum opponitur tantum uni.129.a
Vnitas per ſe quotuplex,117.b
Vnum Phiſicè quid, 117.b
Vnum priuationem ſemper importat,non multitudinis,ſed diuiſionis, 118.b
Vnitas,& vnum quid,116.d.& 117.a
Vnitas & unum quotupliciter, 117.b. & 118.b.& 143.d
vnum ſpecie quotupliciter,34. b
vnum ſyncategorematicè quid 120.a
vnum ſyncategorematicè ſumptum, quod ſignum,120.b
vnum ſyncategorematicè ſumptum an ſit ſignum collectiuum:120.b
voluntas an ſit rationalis per eſſentiam, folio 148.d
volũtas quomodo potẽtia rationalis, 148.c
vox analoga nulla eſt.Vide Analogia non eſt in voce.
vox analoga quotupliciter dici poteſt, folio 45.b
vox quando diuiditur.127.a
vocis ſignificatum quotupliciter,49.a
vtens quotupliciter aliquid dicitur, folio 6.d
vterque quod ſignum,125.c
vtilitas quotuplex,1.d
Vtrum quotupliciter,2.d

FINIS.

FRATRIS IRENÆI BRASAVOLI FERRARIENSIS,

ORDINIS MINOR. DE OBSERVANTIA

Quæſtionum IO. SCOTI SVBTILIS DOCTORIS Super Vniuerſalibus Porphyrij diligentiſsima Expoſitio.

QVAESTIO PRIMA.

INTENTIO mea in hoc libro eſt quæſtionum Scoti ſuper vniuerſalib. Porphyrij ſingula verba exponere, rationes ſyllogiſticas erigere, difficultates proponere, ac ipſas diluere; & hoc propter vtilitatem Scoticę doctrinæ ſtudentium. Antequam autem ad iſta manum imponam, octo prænoſcenda eſſe exiſtimo; ſcilicet quæ ſit intentio, vtilitas, ordo, diuiſio, proportio, via doctrinæ, nomen libri, ac nomen auctoris. His namque præcognitis facilior erit aditus ad ea, quæ hẽt Scotus.

Intẽtio duplex.

Circa primum prænoſcendum, notandum eſt intentionem dupliciter capi poſſe, ſcilicet formaliter & obiectiuè. Intentio formalis eſt actus intellectus, at intentio obiectiua (vt ad præſens) eſt obiectum intellectus: intentio primo modo habet denominari, ſpecificari, ac diſtingui ab intentione obiectiua, vt infra q. 2. declarabimus. Quæ intentio obiectiua eſt finis ſcientiæ: cum enim terminus dicatur finis, & è conuerſo. 2. met. tex. com. 9. obiectumque ſit terminus pœnæ, ac ſcientiæ, ideo eius finis nuncupari poteſt. Vocatur etiam obiectũ finis ſcientiæ, eo quod omnia pertractata in ſcientia ad ipſum ordinantur, quia pro-

Obiectũ eſt finis ſcientię.

pter ipſum omnia conſiderantur,vt infra. q.3. declarabimus. Silentio etiam præter- eundum non eſt quod cōmuniter dicitur, duplicem, ſcilicet eſſe ſcientiæ finem ex- trinſecum,& intrinſecum. Finis primus ex trinſecus huius libri,quem exponere inten dimus eſt,vt facilius eorum, ad quæ ordi- natur liber iſte,notitia habeatur:ordinatur autem (vt ait Porphyrius) ad prædicamen- torum doctrinam, ad diffinitionum aſſi- gnationem,& ad ea quæ de demonſtratio- ne traduntur. Finis verò extrinſecus ſecun dus eſt elucidatio & enodatio eorum quæ dicuntur a Porphyrio.Finis verò intrinſe- cus eſt vt habeatur notitia obiecti huius li- bri; ſeu eſt ipſum met ſubiectum, quod eſt vniuerſale,vt infra.queſt.7. declarabimus.

Finis duplex.

Finis extrīſecus huius libri.

Finis intrinſec⁹ huius libri.

Ex his ſequitur quod cupiens venari in- tentionem alicuius libri, inquirere debet finem ad quem omnia conſiderata in tali libro ordinantur; id enim ad quod omnia conſiderata in ſcientia habent attributio- nem eſt obiectum, ſeu intentio illius libri, dummodo habeat alias cōditiones de qui- bus infra.quæſt.3.Sed non parua difficul- tas ſe ſe nobis offert; cum enim dictum ſit obiectum eſſe finem intrinſecum ſcientiæ, quod igitur non poteſt eſſe finis ſcientiæ, nec finis intrinſecus, nec ex conſequenti ſubiectum ſcientiæ eſſe poterit.at vniuerſa le non poteſt eſſe finis huius ſcientiæ,ergo nec finis intrinſecus, nec eius ſubiectum erit. Aſſumptum probatur, finis eſt nobi- lior his quæ ſunt ad finem. 2. phy.tex.cō. 23.& 31.& 5.met.tit.c.2.vniuerſale autem cum ſit ens rationis, non eſt nobilius hac ſcientia, cum ipſa ſit ens reale, ergo &c.

Dubiū.

Reſpondent,quidam & dicunt, quod licet vniuerſale ſeorſum ſumptum ſit imperfe- ctius ſcientia,nō tamen vniuerſale ſcitum, & ſic ponitur finis huius ſcientiæ,dicunt- que; quod hæc reſponſio colligitur ex di- ctis Scoti q.3.prologi ſoluendo argumen- ta principalia primæ lateralis, ibi enim vi- detur velle qđ nec vniuerſale, nec homo, nec albedo, nec aliud tale, etiam reale,eſſe finem ſcientiæ; ſed benè, vniuerſale, vel homo ſic, vel ſic cognitus poteſt eſſe finis ſcientiæ. Aliter reſpondeo diſtinguendo de fine, qui eſt cauſa finalis, & de fine at- tingibili ꝑ operationē. Finis primo modo adhuc eſt duplex.ſ.finis gratia cuius,vt feli- citas in moralibus, & finis cui, vt homo cui felicitas acquiritur. Finis gratia cuius ſemper eſt nobilior his quæ ſunt ad finē, quia ſemper eſt optimum aliorum. 5.met. & 2.phy.vbi ſupra. Finis autem cui quan- doque eſt ignobilior his quæ ſunt ad finē, & hoc precipuè ſi talia ordinantur ad finē, non vt ab illo perficiantur, ſed potius ad ipſum perficiendum; propter quod quidā tenent formam ſemper eſſe nobiliorem cō poſito, dicunt enim compoſitum eſſe finē cui ipſius formæ: homo etiam (ſaltem ſe- cundum quid) eſt impotentior ipſa ſanita- te,quia ipſa perficitur. Finis verò atting bi lis per operationem quandoque eſt imper- fectior ipſa operatione, maximèque ſi il- lius operationis non eſt cauſa efficiens, ſi- cut eſt in propoſito noſtro de vniuerſali.

Reſponſio.

Obiectū quō pōt eſſe finis ſciētiæ.

Finis duplex.

Finis eſt nobilior his quæ ſunt ad finem.

Et ſi dicas obiectum reſpectu notitiæ habe re triplicem conditionem. ſ.cauſare, men- ſurare,& terminare,vt ait iſte.quæſt.prima quarti, at vniuerſale eſt obiectum huius notitię,ergo habet eam cauſarę. Dico duas primas conditioues non conuenire obie- cto quod eſt ſecunda intentio: niſi recur- rendo ad fundamenta. Alium modum di- cendi tangam infra.q.2. de menſurare, & q.3.de cauſare. Vide etiam quod dixi in q. quam feci de continenti virtuali. Vel ter- tio aliter dici poteſt hanc propoſitionem, finis eſt nobilior his quæ ſunt ad finem, vniuerſaliter eſſe veram,non quantum ad entitatem, nam ſanitas, quæ dicitur finis medici,non eſt nobilior medico quantum ad entitatem:ſed quantum ad modum cau ſandi qui eſt neceſſitare alias cauſas. Et hoc modo non inconuenit vniuerſale eſſe no- bilius hac ſcientia, quia neceſſitat vt hæc ſcientia ſit de genere de ſpecie, & de alijs de quibus eſt. Vel quarto dicas hanc propo ſitionem,ſubiectum eſt finis ſcientiæ, eſſe veram materialiter,dicitur enim finis ſciē tiæ,quia eſt finis eorum de quibus eſt ſcien tia, ſic etiam ſubiectum dicitur perfectius & nobilius ſcientia, id eſt his de quibus eſt ſcientia,& hoc modo non inconuenit con cedere vniuerſale eſſe perfectius hac ſcien- tia. Ex his igitur patet intentionem Scoti in hoc libello eſſe pertractare de vniuerſa- li,non quidem vitando dubia difficilia, vt facit Porphyrius; Sed ipſa diligenter enu- cleando. Huius libelli vtilitas triplex eſt,

obiectio tollitur.

Alia reſponſio

ſubiectū quō eſt nobili⁹ ſcientia.

Vtilitas triplex.

ſcilicet

ſcilicet immediata, mediata, & accidẽtalis. Immediata eſt dubias ac difficiles veritates circa vniuerſalia contingentes agnoſcere; harum enim quæſtionum habita notitia, quis omnia de vniuerſalibus ſibi obiecta facillimè ſoluet. Mediata eſt vt facilius ea ad quæ ordinatur liber iſte cognoſcantur. Accidentalis vero eſt reddere vnumquemque ita habilem ad cęteras logicas, naturales, diuinas, ac theologicas quæſtiones Scoti capeſſendas, vt vnuſquiſque ſine per maximo labore ipſas his habitis adipiſci queat. Ordo duplex aſſignari poteſt videlicet ad præcedentia, & ad ſequentia: ad præcedentia eſt vt ſtatim poſt poſitiuam ac ſpeculatiuam, grammaticam, ac poſt aliqualem in Logica inſtructionem addiſcantur; iſtarum namque reſpectu poſterioris ordinem tenet: at reſpectu aliarum quæſtionum doctoris in Logicam, prioris obtinet locum. Hunc libellum non debemus diuidere diuiſione qua Logicam in veterem ac nouam ſecamus, quia totum & par non diuiduntur eadem diuiſione, ſuperioris enim & inferioris nõ ſunt eædem differentiæ. Imo, & liber iſte pars Logicæ non eſſet, nec ſic partiri deberet, quia ſcientiarum diſtinctarum, & non ſubalternatarum ſunt diſtinctæ differentiæ ac diuerſæ partes. Diuidatur ergo iuxta Philoſophi doctrinam. tertio rhetori. in procemium & tractatum, ſeu in quæſtiones procemiales, & in quæſtiones ad tractatum attinentes. Tractatus incipit a decimatertia quæſtione incluſiuè: ibidem enim doctor incipit dubia ſuper Porphyrij litteram ventilare: cuius tractatus ſubdiuiſio ibi habet videri. Procemiales quæſtiones in duas partes ſecantur; in quarum prima, quædam circa totam Logicam quærit, in ſecunda verò circa multa ad huius libri ſubiectum attinentia dubitat. Secunda pars incipit a 3.q. excluſiuè, ac nouem immediatè ſequentes includit. Prima pars procemij in duas alias partes ſubdiuiditur iuxta duo procemia ab ipſo doctore propoſita, de quibus ſtatim infra erit ſermo. Huic libro duplex proportio aſſignari poteſt, vna ratione totius Logices, altera ea ratione qua eſt talis pars. Logica ſi ad alias ſcientias comparetur, inſtrumenti ac modi ſciendi habitudinem habet: ſi verò comparetur tantum ad ſcientias rationales, ſic habet proportionem ſeu habitudinem partis ad totum: liber igitur iſte ratione totius Logicæ habet habitudinem inſtrumenti (ſaltem mediati) ad alias ſcientias, ac habitudinem partis ad ſcientias rationales. Ratione verò qua eſt talis liber, ad totam Logicam habet proportionem introductorij ad quod introducit. Dicit Mauritius viam doctrinæ eſſe certiſſimam, nõ modo quia omni genere demonſtrandi vti valet, ſed etiam quoniam omnes alias demonſtrare docet, & hoc loquendo de Logica in communi. At quãuis primum ſit verum, omni enim genere demõſtrandi Logica vti poteſt, cũm ita ſibi ſicut & cęteris ſcientijs modus ſciendi eſſe valeat. Secundum tamen a veritate multum abeſt: docere namque demonſtrare non eſt via, ſed finis doctrinæ; quoniam via ducens ad finem ab ipſo fine diuerſa eſt, vt apud omnes clarum eſſe arbitror. Dico igitur viam doctrinæ æquiuocè dici de uia, qua doctrina acquiritur, de via qua confirmatur, ac de via per quam traditur. Via qua hæc doctrina acquiritur eſt demõſtratio: via per quam confirmatur, quæ alio nomine maneries, ſeu modus doctrinæ appellatur, eſt ſyllogiſmus topicus, definitio, inductio, exemplum, ac enthymema. Via per quam traditur a Scoto (quæ alio nomine forma tractandi, ſeu modus procedendi nuncupatur) eſt recitatiua, redargutiua, probatiua, & concluſiua. Nam in hoc libello recitatur modus dicendi quorundam falsè loquentium. Qui poſtea impugnatur, & pars vera probatur, ex quibus concluditur quid ſentiendum ſit. Circa nomen auctoris nõ eſt immorandum, ſat enim eſt dixiſſe ipſum eſſe Scotum; cum doctrina eius ipſum ſuper ſydera extollat. Nomen etiam libri clarum erit ex his quæ dicemus infra præſenti quæſtione, & quæſt. 4. ac alibi.

Diximus duo eſſe procemia poſita à doctore in initio huius libelli. Quorum primum eſt rhetoricum: quod incipit ibi. Circa logicalia, &c. vſque ibi. Vtrum logica ſit ſcientia. Alterum verò eſt Philoſophicum continens tres primas quæſtiones. Primũ procemium, vt in pluribus requirit, vt audi torum beneuolentia, ac attentio capietur, doci-

Ordo duplex. — *Diuiſio.* — *Proportio.* — *Via doctrinæ.* — *Mauritij error* — *Via doctrinæ triplex.* — *Procemiũ duplex.*

& elementa; Vbi forte per principia, cauſas, & elementa intelligit, cauſam propinquam, remotam, & remotiſſimam. De ſcire etiam primo modo, & maxime de eo quod eſt per cauſam propinquã loquitur primo Poſter. cum ait ſcire ſimpliciter eſſe rẽ per cauſam cognoſcere &c. De ſcire aũt quod per cauſam accidentalem, ac per effectum loquitur ibidem cum ait. Et non ſophyſtico modo.

Scire ſophyſticũ quid.

Scire namque ſophyſticum vt de eo loquitur Philoſophus vbi ſupra, nedum eſt ſcire per ſyllogiſmum elenchum: ſed etiam eſt ſcire per cauſam accidentalem, ac per effectum: patet, nam Philoſophus ibi intendit excludere per ly ſophyſtico modo, quodlibet ſcire, quod non eſt ſcire ſimpliciter. quandoque etiam accipitur ſcientia pro habitu, & hoc vel pro habitu vnius concluſionis tantum, vt habitus huius, homo eſt riſibilis. Vel pro habitu plurium concluſionum tendẽtium per attributionem ad vnum finem, vel ſubiectum, vt phyſica, logica, ac huiuſmodi habitus habentes vnitatem ſpecificam, aut genericam; qualis enim eſt vnitas obiecti, talis eſt vnitas habitus; non quia vnitas obiecti ſit cauſa intrinſeca vnitatis habitus, ſed quia non aliunde pro ſtatu iſto nobis innoteſcit quam ab obiecto, vt infra quæſt. 2. declarabimus.

Scientia per accidens.

Scientiaque pro habitu accepta ſubdiuiditur in ſcientiam per ſe, & in ſcientiam per accidens. Scientia per accidens eſt habitus vnius vel plurium concluſionum ex cauſis per accidens deductarum. Vt habitus huius concluſionis, album ædificat: deducitur enim per hoc medium quod eſt ædificator, in quo vniuntur per accidens extrema: accidit namque albo eſſe ædificatorem, & ideo minor erit per accidens, vt patet ſic arguendo in prima figura. Ædificator ædificat, album eſt ædificator, ergo album ædificat.

Scientia per ſe qd & quotuplex.

Scientia per ſe eſt habitus vnius vel plurium concluſionum quæ a cauſis per ſe, aut a per ſe effectibus ſunt deductæ. Quæ ſubdiuiditur in ſcientiam perfectam & imperfectam: perfecta eſt a priori, ac per cauſam: imperfecta verò eſt a ſigno, & per effectum. Perfecta adhuc eſt triplex, quædam eſt perfecta, quædam magis perfecta, quædam perfectiſſima. Perfecta eſt habitus vnius vel plurium concluſionum, de obiecto neceſſario, vel contingenti vt in pluribus, deductus per cauſam propinquam aut remotam, magis perfecta eſt habitus vnius vel plurium concluſionum, de obiecto neceſſario, deductus per cauſam propinquam vel remotam. Simpliciter perfecta eſt habitus vnius vel plurium concluſionum, de obiecto neceſſario, a cauſa propinqua deductus. Quæ poteſt hoc modo defininiri.

Scientia propriiſſima qd.

Scientia eſt notitia certa & euidens de obiecto neceſſario, cauſata a cauſa euidente intellectui, & applicata per diſcurſum ſyllogiſticum. In qua definitione habes quatuor conditiones ſcientiæ poſitas a Scoto. quæſt. 3. prologi, & 3. diſt. 24. ac in reportatis, quæſt. 1. prologi, & 3. diſtin. 24. Quarum conditionum, ſecundum doctorem vbi ſupra, quædam ſe tenent ex parte ſcientiæ, quædam ex parte obiecti: addo & ego aliquas ſe tenere ex parte cauſæ.

Scientiæ cõditiones.

Ex parte ſcientiæ eſt quod ſit certa, euidens, & cauſata: per prima excluditur deceptio opinio, incertitudo, ac dubitatio; per ſecundam excluditur fides, non enim fides eſt euidens hac euidentia, per tertiam excluditur notitia principiorum, quæ non eſt cauſata. Ex parte obiecti eſt, quod ſit neceſſarium; neceſſitas enim non eſt conditio ſcientiæ, quia aliter nobis ſcientia in eſſe non poſſet, eo quod quælibet notitia noſtra eſt defectibilis, eſt igitur conditio obiecti: & per hoc excluditur habitus contingentium, puta ars, & prudentia. Ex parte cauſæ eſt, quod ſit euidens, quia per ignotum non contingit aliquid ſcire; & quod ſit applicata per diſcurſum ſyllogiſticum, quæ applicatio tunc fit quãdo diſponendo ipſam cauſam ſecundum regulas prioriſticas, ſyllogiſticè deducitur concluſio: per hoc excluditur habitus principiorum. Hæ conditiones habentur a Philoſopho primo Poſterior. ex definitione ipſius ſcire, & ex his quæ alibi habet. Conditiones ſe tenentes ex parte ſcientiæ, habentur ex eo, quod dicit. Scire opinamur vnumquodque ſimpliciter, & non ſophyſtico modo, & ex eo quod dicit 2. met. tex. cap. 13. & 1. phyſ. tex cap. 1. & 1. poſter. ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, ex quibus habemus ſcientiam debere eſſe certam, euidentem, ac cauſatam. Conditio ſe tenens ex parte obiecti habitus ex

eo, quod dicit, & non contingit aliter ſe habere: quæ neceſſitas quomodo debeat intelligi non abſolutè, ſed in ordine ad prædicatum infra declarabimus. Conditiones ſe tenentes ex parte cauſæ, habentur ex eo, quod dicit, per ignotum non poſſe aliquid oſtendi, ac cognoſci. Et ex eo quod ponitur in definitione ipſius ſcire, ſcilicet, quoniam illius eſt cauſa; cognoſcitur autem, quoniam aliquid eſt cauſa alicuius, quando ei applicatur, quæ applicatio fieri debet per ſyllogiſmum, eſt enim demonſtratio ſyllogiſmus faciens ſcire primo Poſter. Hæc pro declaratione terminorum dicta ſufficiant. Ex quibus patet doctorem loqui de logica artificiali, & de ſcientia ſimpliciter ſeu proprijſſimè capta. Et ſic ſenſus tituli quæſtionis eſt. Vtrum logica artificialis ſit notitia certa & euidens, de obiecto neceſſario, cauſata a cauſa euidente intellectui, & applicata per ſyllogiſticũ diſcurſum. Hæc quæſtio habet difficultatem, videtur enim logicam non eſſe de obiecto neceſſario, ſimiliter quòd non poſſit aliquid ſibi applicari per diſcurſum ſyllogiſticum, nam aliter ante logicam eſſet logica, ſic procedendo in infinitum, quod videtur inconueniens concedere. Quæſtio iſta in tres ſecatur partes, in prima ponit argumenta pro vtraque parte, in ſecunda ponit deciſionem quæſtionis, in tertia reſponſionem ad argumenta pro parte falſa. Prima pars ſubdiuiditur in duas, in prima ponit argumenta pro parte falſa: in ſecunda ponit argumenta pro parte vera, & ſic fere ſemper diuiduntur iſtæ quæſtiones. Nos autem exponendo talem ſeruabimus ordinem, primo argumenta pro parte vera, quæ cõiter ponũtur ibi. Ad oppoſitum. Poſtea corpus quæſtionis. Deinde argumenta pro parte falſa, ac eorum ſolutiones declarabimus.

Diuiſio qõnis.

Argumẽtum primũ ad oppoſitum.

Tenet igitur doctor logicam eſſe ſcientiam, quod duplici ratione probat, quarum prima ſic erigatur in prima figura. Omnis effectus demonſtrationis eſt ſcientia, logica eſt effectus demonſtrationis, ergo logica eſt ſcientia. Maior patet quia ſcientia eſt effectus adæquatus demonſtrationis, ergo omnis effectus demonſtrationis eſt ſcientia. Confirmatur a ſimili, nam ſi eclipſis Lunæ eſt effectus adæquatus interpoſitionis terræ inter ſolem & lunam, ſequitur omnem effectum interpoſitionis terræ inter ſolem & lunam eſſe ecclipſim. Maior etiam patet nam habitus in quo multa demonſtratiuè concluduntur eſt effectus demonſtrationis, talis eſt logica, ergo logica eſt effectus demonſtrationis. Minor huius proſyllogiſmi manifeſta erit infra. quæſtione tertia vbi oſtendam Philoſophum primo Priorum per definitionem ſyllogiſmi multa oſtendere de ſyllogiſmo: & quæſtione ſexta declarabimus vniuerſale habere proprietates de ipſo demonſtrabiles.

Circa iſtam rationem ſunt tres difficultates, prima eſt literalis, aliæ duæ ſunt propter minorem huius rationis, Prima igitur eſt, quare doctor dixit multa, & non dixit omnia in logica demonſtratiuè concludi? Dico doctorem hoc ideo dixiſſe, quoniam logicus non ſemper demonſtratiuè concludit, cum nec ſemper demonſtratione vtatur: quandoque enim ſyllogiſmo topico, ac aliis, de quibus ſupra vbi de materie doctrinæ locuti ſumus, vtitur ad confirmandam hanc ſcientiam; reprehendendus igitur fuiſſet doctor, ſi dixiſſet omnia. Dices ergo logica non debet ſimpliciter dici ſcientia, cum nec omnia quæ in ipſa docentur demonſtratiuè concludantur. Reſpondeo negando conſequentiam: nam ſicut in phyſicis non ſemper vtendum eſt demonſtratione, & hoc vel quia demonſtrari non poſſunt, vt ſunt principia: uel quia ignota minime ſunt, vt eſt naturam eſſe: vel quia confirmanda ſunt: ideo phyſicus non ſemper vtitur potiſſima demonſtratione: ſed quandoque vtitur topica perſuaſione, ac aliis quibus ſcientia confirmatur: nec tamen propter hoc negamus phyſicam ſimpliciter vocandam eſſe ſcientiam. Ita quoque dicendum eſt de logica.

Dubiũ literale.

Dictionis dilutio.

Aliud dubium eſt, an logica ſit effectus demonſtrationis? & videtur quod non, nam quicquid eſt demonſtrationis effectus eſt Logicæ effectus, ergo ſi logica eſſet effectus demonſtrationis, eſſet ſui ipſius effectus, quod eſt falſum, cum nulla res ſe ipſam cauſet ſecundum D. Auguſt. & Philoſophum. Si dicas logicam acqui-

Logica an ſit effectꝰ demõſtrationis.

ri per aliam logicam, & non per ſe ipſam, & ideo idem non eſt effectus ſui ipſius. Contra quia quæram de illa alia logica, per quid acquiritur, non per ſe ipſam, quia rediret in idem: nec per aliam logicam, quia tunc eſſet proceſſus in infinitum. Dicitur a Tatareto, cuius opinioni Mauritium magis adhærere videtur. Logicam artificialem de qua hic loquitur doctor, acquiri per logicam naturalem, & hic datur, ſtatus, nam logica naturalis cum ſit quædam poteſtas animæ realiter identificata ipſi animæ, per aliam logicam nequaquam acquiritur. Contra ſi logica artificialis acquiritur per naturalem, ergo artificialis non eſt ſcientia: conſequens eſt falſum, igitur & antecedens. Falſitas conſequentis conceditur ab eiſdem. Conſequentia probatur, quia ſcientia eſt effectus adæquatus demonſtrationis. igitur ſi logica artificialis acquiritur per naturalem, non acquiritur per demonſtrationem, nec ex conſequenti eſt ſcientia. Sed dicerent fortè iſti, quòd ſicut duplex eſt logica, ita duplex eſt demonſtratio, ſcilicet naturalis, & artificialis, ac vtriuſque ſcientia dicitur effectus adæquatus. Contra ſcientia eſt effectus demonſtrationis dirigentis intellectum ſcientis ſe ſcire, ſed logica naturalis, vt talis, non dirigit intellectum ſcientis ſe ſcire, ergo ſcientia non eſt effectus logicæ naturalis. Maior patet nam ſicut nullus dicitur ſciens, niſi ſciat, & ſciat ſe ſcire, ita nullius ſcientia dicitur effectus, niſi illud dirigat intellectum ſcientis ſe ſcire. Minor probatur nam logica naturali poteſt intellectus villici formare demonſtrationem, & tamen neſciet ſe ſcire. Aliter igitur dico logicam artificialem, per aliam artificialem acquiri. Quod ſic declaro. Intellectus primi inuentoris formauit hanc rationem, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale, ergo omnis homo eſt riſibilis, multaſque alias conſimiles rationes ſæpius formauit, in quibus actu comparatiuo, vel productiuo quandam ſecundam intentionem cauſauit. Poſtea pluribus actibus reflexis intellectus motus ab illorum diſcurſuum proprietate, illius ſecundæ intentionis naturam perſcrutatus eſt; inuenitque talem intentionem ſemper eſſe orationem in qua quibuſdam poſitis, &c. Seu inuenit talem intentionem non poſſe applicari niſi orationi in qua quibuſdam poſitis, &c. Similiter ex frequentatis actibus reflexis inuenit aliquam talem orationem eſſe ex primis veris, &c. & hoc conſiderando propoſitiones ex quibus talis oratio formata erat, hancque intentionem vocauit demonſtrationem; qua demonſtratione, ac definitione ſyllogiſmi, ſic nota, vſus eſt poſtea tanquam regula, ac medio ad habendam logicam artificialem quæ eſt ſcientia. Sicut enim in phyſicis ex diuiſione compoſiti inuenimus cauſam, per quam, poſtea propter quid cognoſcimus effectum: ita ex frequenti conſideratione diſcurſus naturalis inuenimus regulas, per quas logicam artificialem (quæ eſt ſcientia) acquirimus, logica ergo quæ eſt ſcientia per logicam artificialem acquiritur. Quæres an logica quæ ex frequentatis actibus habetur ſit ſcientia. Dico quod non, potius enim ars vocari debet; fit namquam ars cum ex multis experimentalibus conceptionibus vna fit vniuerſalis, vnde ars eſt vniuerſalium, ex perientia verò ſingularium cognitio ex proœmio meta. Dubitabis etiam, nam dictum eſt definitionem ſeu naturam ſyllogiſmi, ac demonſtrationis haberi ex pluribus actibus reflexis, ex illis enim fit quædam uniuerſalis conceptio, quæ eſt definitio ſyllogiſmi: quod tamen doctrinæ Ariſtot. repugnare videtur, nam vbique locorum docet definitionem venandam eſſe ex diuiſione ſuperiorum, ſicut diuidendo ſubſtantiam, & deſcendendo vſque ad hominem inuenimus animal rationale eſſe hominis definitionem. Dico definitionem venari poſſe vel procedendo, ex notioribus nobis, vel procedendo ex notioribus naturæ, ſeu procedendo ſecundum noſtrum modum cognoſcendi, ſeu ſecundum ordinem naturæ. Definitio venatur ex notioribus nobis, ſeu ſecundum noſtrum modum cognoſcendi procedendo, diuidendo, ſcilicet ipſum inferius definibile, ut diuidendo hominem, inuenimus ipſum eſſe animal rationale: quem modum uenandi defi-

[Margin notes, left:] Tatareti ac Mauritii reſpõſio. — Contra. — Reſponſio. — Impugnatio. — Propria reſponſio. — Logica artificialis ꝑ q͠d acquiritur.

[Margin notes, right:] Dubi dilutio. — Ars eſt vniuerſaliũ, & experiẽtia ſingulariũ. — Alteri⁹ dubii dilutio. — Definitio quo tupliciter venari poteſt

nitionem tangit Philoſophus in procœmio phyſicorum, ac in libro Topic. ac meta. vbi agit de definitione. Cum etiam intentiones ſecundæ mouere non poſſint intellectum noſtrum (ad earum enim cognitionem, mouetur a primis intentionibus) ideo prima notitia, quam habemus de natura ipſarum, habetur a primis intentionibus, non igitur mirum ſi ex frequentibus actibus reflexis ſuper primas intentiones cognitas, agnoſcit intellectus naturam, & definitionem ſecundarum intentionum. Non nego tamen propter hoc, quin poſſit poſtea per diuiſionem ſuperioris habere eandem definitionem: ſed bene nego quod eam poſſit primo habere per diuiſionem, eo quod ut dixi, prima notitia quam habemus de ſecundarum intentionum natura habetur a primis intentionibus: non enim primo cognouit intellectus quid ſit genus ex diuiſione vniuerſalis, ſed frequenter conſiderando proprietatem illius, cui applicatur intentio generis perſcrutatus eſt ipſius generis naturam ac definitionem, quam poſtea diuidendo vniuerſale inuenit ita eſſe. Venatur etiam definitio procedendo ex notioribus naturæ, ſeu ſecundum ordinem naturæ, & hoc diuidendo ſuperiora,& deſcendendo vſque ad definitum,& de hoc modo uenādi definitionem procedit ratio quam tangit hoc dubium: & ſic concedo quod primo non cognoſcimus naturam ſecundarum intentionum. Ex his patet quòd logica, quæ eſt ſcientia, acquiritur per logicam artificialem, nec illa artificialis acquiritur per aliam artificialem, quia non eſt ſcientia, ſed ars; & ideo ſufficit quod acquiratur ex multis experimentalibus conceptionibus.

In logica an poſſit fieri demōſtratio.

Tertium dubium oritur propter id quod dicit doctor, multa, ſcilicet in logica demonſtratiue concludi: nam in logica nullam penitus fieri poſſe demonſtrationem videtur, quia vbi poteſt eſſe demonſtratio, ibi præmiſſæ poſsunt eſse cauſa concluſionis primo Poſterior. Sed hoc in logica eſse nequit, ergo in logica nihil demonſtratiue concludi poteſt. Minor probatur, quia nullus reſpectus realis. 1. diſtinct. 7. nec rationis. 3. diſtinct. 8. eſt de genere actiuorum, ſed præmiſsæ logicales ſunt de huiuſmodi reſpectibus rationis, ergo præmiſſæ in logica nequeunt eſse cauſa concluſionis. Oppoſitum tamen patet per doctorem hic: quod etiam tali ratione perſuaderi poteſt. Vbicunque ſunt omnia requiſita ad demonſtrationem ibi poteſt eſse demonſtratio, in logica eſt ſubiectum, medium, & id quod oſtenditur, quæ ſunt ea quę ad demonſtrationem requiruntur, primo Poſter. ergo &c. Huic difficultati quidam dicunt. Pręmiſsas dici cauſas concluſionis, comparando non incomplexa ad incomplexa, quia tunc idem ſui ipſius eſset cauſa, cum termini poſiti in concluſione, in præmiſſis quoque ponantur. Sed bene comparando complexa ad complexa, ac veritates ad veritatem. Verum tamen eſt quòd complexa ſeu veritates pręmiſsarum non ſunt propriè cauſę effectiuę veritatis concluſionis, nec propriæ productiuę, quia tunc eſset eſsentialis diſtinctio inter præmiſſas & concluſionem: vel ſi eſſent productiuæ eſset realis diſtinctio, quod non videtur eſse dicendum. Sunt igitur propriè elicitiuè concluſionis. Et per hoc ad argumentum dicendum eſt intentiones ſecundas eſse de genere ſterilium effectiuè,& productiuè,non autem elicitiuè.

Premiſſę quō cauſæ cōcluſionis.

Contra, nam medium eſt cauſa maioris extremitatis in prima figura, & in proceſsu ſcientifico, vt patet ſecundo Poſterior. ergo incomplexum præmiſsarum eſt cauſa incomplexi concluſionis, nec ſequitur idem eſse ſui ipſius cauſam, quia medium formaliter non ingreditur concluſionum.

Contra.

Item non videtur inconueniens concedere veritates pręmiſsarum diſtingui realiter a veritate concluſionis, & maximè accipiendo veritatem pro notitia conformitatis, realiter enim differt notitia huius pręmiſsę homo eſt animal rationale, a notitia huius veritatis homo eſt riſibilis; non ergo eſt inconueniens concedere, veritates pręmiſsarum eſse cauſas effectiuas, vel ſaltem productiuas concluſionis. Sed quicquid ſit de iſta reſponſione. Aliter dico pręmiſsas dici cauſas concluſionis, vel quia ſunt ſicut efficientes, vel quia ſunt ſicut materia, vt dicit

Propria ſolutio.

dicit Auerr. in Epitom. meta. tracta. primo cap. de principio. Si enim præmiſſæ conſiderantur ratione medij, ſic ſunt agentes demonſtrationem: ſi autem ratione maioris & minoris extremitatis, ſic ſunt cauſæ materiales. Et hoc eſt quod volebat Philoſophus quinto meta. text. commen 3. & 2 phyſic. tex. cap. 31. cum ait ſuppoſitiones eſſe cauſas concluſionis vt ex quo, propter quod ait Commen. ibidem, concluſionem eſſe quaſi formam præmiſſarum. Notandum tamen præmiſſas dici cauſas efficientes concluſionis ratione medij, poſſe intelligi, vel quoad illationem concluſionis, vel quoad inhærentiam prędicati, vel quoad ad notitiam. Si intelligatur primo modo, ſenſus eſt, præmiſſæ ratione medii ſunt cauſæ efficientes concluſionem, ideſt effectiuè inferentes concluſionem: & hoc verum eſt de medio diſpoſito cum extremitatibus in præmiſſis, ſcientia enim concluſionis non dependet niſi ex intellectu principii, & ex deductione concluſionis ex principio, vt habet iſte quæſt. 3. prologi, & alibi, vt ibidem notaui in ſcriptis meis quæ deductio eſt diſpoſitio præmiſſarum in modo & figura. Si intelligatur Secundo modo, tunc ſenſus eſt, præmiſſæ ratione medii ſunt cauſæ concluſionis, ideſt quare in concluſione prædicatum inhæreat ſubiecto: iſteque ſenſus adhuc eſt verus; nam medium cum quo coniunguntur extremitates in præmiſſis, eſt ratio quare in concluſione inter ſe extremitates coniungantur. Tertio modo præmiſſæ dicuntur cauſæ concluſionis, ideſt notitia præmiſſarum eſt cauſa notitiæ concluſionis. Quod poteſt intelligi vel de notitia apprehenſiua, vel de adhæſiua. ſi intelligatur de apprehenſiua ſenſus eſt falſus, medio namque non cognito, nec diſpoſito, apprehendi poſſunt termini, ac eorum complexio. Si vero loquamur de notitia adhæſiua concluſionis, dico eam cauſari a præmiſſis ratione medii diſpoſiti in modo & figura, concluſioni enim aſſentimus propter principia. Ad argumentum in oppoſitum dicendum, intentiones ſecundas eſſe de genere ſterilium, quia non ſunt factiuæ, non enim poſſunt aliquid producere in materiam extrinſecam: ac etiam quia non ſunt ratio formalis producendi ens reale: & ſic debet intelligi doctor. 8. diſtinctio. tertia. Non autem dicuntur eſſe de genere ſterilium, quia non poſſint diſpoſitæ in modo & figura inferre concluſionem. Nec etiam quia non ſint cauſæ inhærentiæ propriæ paſſionis, vt infra quæſt. tertia. dicam, quod clare habes in quæſtione mea de virtuali continentia ſubiecti. Nec etiam dicuntur eſſe de genere ſterilium quantum ad notitiam earum, notitia namque præmiſſarum, quæ ſunt ex terminis ſecundarum intentionum, poteſt cauſare notitiam concluſionis. Nullum igitur inconueniens eſt concedere intentiones dici cauſas effectiuas, eo modo quo præmiſſæ dicũtur effectiuè cauſare concluſionem. Poſſunt quoque vocari cauſæ materiales, pro quanto maior & minor extremitates ingrediuntur concluſionem.

Pręmiſſę ſunt cauſę efficiẽtes, & materiales cõcluſionis.

Pręmiſſas eſſe cãs concluſionis rõne medij p̃t intelligi tripliciter.

Intētiones ſecũ*dæ* no*n* modo de genere ſteril*i*ũ.

Arguit doctor ſecundo principaliter enthymematicè ſic. Logicus eſt ſciens, ergo logica eſt ſcientia. antecedens poteſt ſic probari. Quilibet demonſtratiuè cognoſcens eſt ſciens, logicus eſt demonſtratiuè cognoſcens, ergo logicus eſt ſciens. Conſequentia probatur per regulam quãdam famoſam, quam etiam ponit infra quæſt. 16. & in quolib. quæſt. 13. ac alibi ſæpe. Quæ eſt quòd a concretis vbi eſt prædicatio per ſe, tenet conſequentia ad abſtracta. Cuius ratio eſt, quia prædicatio per ſe primo modo tenet inter concreta ratione eſſentiæ ſignificatæ, ubi igitur verius ſignificatur eſſentia, ibi erit verior prædicatio per ſe, primo modo, ſed in abſtractis verius ſignificatur eſſentia quam in concretis, ergo verior erit prædicatio talis inter abſtracta; tenet ergo conſequentia a concretis ad abſtracta, vbi inter concreta eſt prædicatio per ſe primo modo. Cum igitur iſta ſit per ſe primo modo logicus eſt ſciens, ſequitur iſtam ſimiliter eſſe per ſe, & ex conſequenti verã, logica eſt ſcientia.

Secũdũ argumẽtum ad oppoſitum.

A cõcretis ad abſtracta qñ tenet cõſequẽtia.

Ne idem nobis pluries repetere neceſſe ſit, ideo hic declarare intendo quotuplex, ac quid ſit abſtractum & concretum, quæ ab Auerr. principale ac ſumptum

ptum appellantur. Poſtea breuiter declarabo in quibus regula iam propoſita habet veritatem. Quantum ad primum dico duplicem eſſe abſtractionem, ſcilicet ſenſus & intellectus. Abſtractio ſenſus eſt duplex, quædam eſt formę ſenſibilis a materia; quędam eſt intentionis non ſenſatæ. Prima adhuc eſt duplex, quędam fit tantum a materia, & non a præſentia materię, nec ab eius appendicibus, ſeu conditionibus, quę ſunt talis color, talis ſitus, talis figura capitis, ac cæteræ huiuſmodi. Senſuſque exteriores ſunt hoc modo abſtractiui (& hoc maximè ſi datur ſenſus agens) vt patet per Philoſophum ſecundo, de anima text. commen. 121. vbi vult ſenſum exteriorem eſſe ſuſceptiuum ſpecierum ſine materia. Quędam verò fit ne dum a materia, ſed etiam ab eius præſentia, licet non ab eius appendicibus, & hæc eſt abſtractio imaginatiuæ potentiæ, quæ etiam ſingularibus non præſentibus retinet formas ſenſibilium, licet non denudatas a materiæ conditionibus. Abſtractio intentionis non ſenſatæ, eſt quando cum formis ſenſibilium accipimus quaſdam intentiones ſenſibus non impreſſas, ſine ipſis tamen nequaquam nobis notas, vt eſt de inimicitia, amicitia, de eſſe filio ſocratis, ac de his ſimilibus, quorum nullum ſenſibus fuit impreſſum, cum ſenſibus tamen acceptum. Quæ abſtractio eſt non cogitatiuæ, ſed æſtimatiuæ, eſt enim æſtimatiua vis ſuperior cogitatiua, cuius eſt apprehendere intentiones non ſenſatas. Vide Trombetam primo meta. quæſt. quinta. Quomodo autem fiat talis abſtractio, an ſcilicet ſuffodiendo intentiones non ſenſatas, ab intentionibus ſenſatis vt vult Henricus a Gandauo, vel aliter, ut aliis placet, habet videri. prima diſtinct. tertia, quæſt. ſecunda, & 1. meta. ſunt enim hæc altioris negotii. Abſtractio intellectus eſt duplex, quædam eſt factiua, quædam cognitiua. Factiua eſt operatio intellectus agentis, qua transferendo de ordine ſenſibilium & materialium, ad ordinem intelligibilium, facit obiectum de potentia intelligibile actu intelligibile: de qua abſtractione intelligitur illud dictum Auerr. tertio de anima commen. 18. cum ait. Abſtrahere nil aliud eſse, quam facere intentiones imaginatas in actu, poſtquam erant in potentia. Quæ quidem abſtractio præcedit intellectionem. Abſtractio cognitiua eſt duplex, nam vna eſt per primam, altera verò per ſecundam intellectus operationem. Abſtractio quæ eſt per primam operationem intellectus eſt multiplex. Nam quædam vocatur præmiſſiua, quæ fit cum in aliquo ſunt plures rationes, & vna intelligitur ſine alia: de qua loquitur Scotus prima diſtinct. 5. quæſt prima. Et de hac intelligitur illud dictum Ariſtot. ſecundo, Phyſic. tex. commen. 18. Abſtrahentium non eſt mendacium. Quædam verò vocatur phyſica, quædam mathe. & quædam metaphyſic. Abſtractio phyſica eſt abſtractio formæ a materia ſenſibili & indiuiduali, non autem a materia ſenſibili communi. Abſtractio mathe. eſt abſtractio formæ a materia ſenſibili communi & indiuiduali, & a materia intelligibili indiuiduali, non autem a materia intelligibili communi. Abſtractio uerò meta. eſt abſtractio a materia tam ſenſibili quam intelligibili, indiuiduali ac communi. Vide pro hoc D. Thomam prima parte ſumma quęſtio. 85. arti. primo reſpondendo ad ſecundum principale. Quædam etiam eſt abſtractio uniuerſalis a particulari, ac ſuperioris ab inferiori, qualis eſt hominis a particularibus hominibus. De qua vide D. Thomam prima parte ſummæ, quæſt. 40. arti. tertio. quam Caietanus in ſuis commentarijs de ente & eſsentia, quæſtio. prima, appellat abſtractionem totalem. Quædam eſt abſtractio quæ eſt naturę a ſuppoſito: & hæc eſt duplex vna eſt a ſuppoſito participante in eadem natura cum abſtracto, quæ vltimata abſtractio nuncupatur, fitque tam in accidentibus, quam in ſubſtantia: alia eſt a ſuppoſito non participante in eadem natura cum abſtracto quæ uocatur non ultimata abſtractio: & eſt duplex, vna a fundamento, quæ repetitur tantum in relatiuis: altera eſt a ſubiecto, quæ in accidentibus tam abſolutis quam reſpectiuis fieri poteſt, vt dicit doctor ubi ſupra. Abſtractio ultimata ſic appella-

Abſtractio quotuplex.

Abſtractio ſenſus quotuplex.

Abſtractio intellectus quotuplex.

Abſtractio factiua quid.

Abſtractio cognitiua quotuplex.

Abſtractio præmiſſiua quid.

Abſtractio phyſic. mat. & meta. quid.

Abſtractio a ſuppoſito quotuplex.

Abſtractio vltimata quæ vocatur, & quid ſit.

appellatur, quoniam eſt naturæ abſolutiſſimè ſumptę, a qua non poteſt fieri vlterior abſtractio. Quæ ſecundum Scotum primo diſtinct. quinta, quæſtio prima. in quadam additione, ac alibi, eſt quando ratio alicuius conſideratur ſecundum ſe præter quodlibet non incluſum per ſe primo in illa. ſeu eſt quidditatis abſolutiſſimæ ſumptæ ab omni eo quod eſt quocunque modo extra rationem quidditatis. Franc. de May. primo diſtinct. 5. quæſt. 1. ſic eam definit. Eſt cum formalis ratio alicuius conſideratur ſecundum ſe præter quodlibet. Abſtractio non vltimata eſt cum conſideratur natura nata concernere ſuppoſitum alterius naturæ, vt tantum concernit proprium ſuppoſitum. Ex quo ſequitur in ſubſtãtia non eſſe hanc abſtractionem, quia non eſt nata naturaliter concernere ſuppoſitum alterius naturæ. Et ſciendum quod quicquid eſt abſtractum hoc modo poteſt recipere prædicationem alterius: eſt enim regula Franc. 1. diſtinct. quinta. quæſt. prima. Quòd quando aliquid non eſt vltimatè abſtractum, tunc ratione illius quod concernit poteſt recipere prædicationem alicuius prædicati, quam non reciperet, ſi eſſet abſtractum, vlteriori abſtractione, quod etiam colligitur a Scoto ibidem. Vlterior inquiſitio de abſtractione vltimata & non vltimata erit infra quæſt. 16. Abſtractio verò cognita quæ fit per ſecundam intellectus operationem ſubdiuiditur in diſcurſiuam, & diuiſiuam. Diſcurſiua abſtratio eſt qua cõcluſio a præmiſſis abſtrahitur, de qua doctor facit mentionem, primo diſtinct. tertia. quæſtio. ſecunda. Diuiſiua verò conſiſtit in negatione vnius ab alio; vt cum dico homo non eſt aſinus. Conſequenter ad hæc declarare poteris quotupliciter accipiatur concretum, & quid nam ſit, breuitatis enim cauſa hæc relinquo.

Abſtractio nõ vltimata quid.

Abſtractio diſcurſiua quid.

Abſtractio diuiſiua quid.

Modo declarandam eſt quando regula Scoti habet veritatem. Dico igitur, quod ad eius veritatem quædam conditiones requiruntur ex parte concretorum, & quædam ex parte abſtractorum. Ex parte concretorum requiritur vt inter illa non ſit prædicatio per accidens; propter quod non ſequitur, album eſt dulce, ergo albedo eſt dulcedo. Requiritur etiam quod non ſit prædicatio per ſe ſecundo modo, quia non ſequitur homo eſt riſibilis, ergo humanitas eſt riſibilitas. Sed requiritur vt inter illa ſit prædicatio per ſe primo modo. Ex parte abſtractorum requiritur vt ſint abſtracta media, & non vltimata abſtractione, vnde non ſequitur homo per ſe primo modo eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas. Vlterior perſcrutatio huius regulæ erit infra quæſt. 16.

A cõcretis ad abſtracta qñ valet conſequẽtia.

Ibi dicendum quòd, &c. Ponit deciſionem quæſtionis, circa quòd duo facit, primo quod dictum eſt. Secundo ponit quandam diſtinctionem. Secundum ibi. Intelligendum, &c. Prima pars adhuc ſubdiuiditur, nam primo facit quod dictum. Secundo ponit duas rationes ad probandum partem affirmatiuam quæſtionis. Quarum prima ponitur. ibi. Quæ enim &c. Secunda verò ibi. Sunt etiam, &c. Dicit igitur logicam eſſe ſcientiam, & loquitur de logica artificiali, & de ſcientia propriiſſime ſumpta. Quod probatur primo ſic, quæcunque demonſtratiuè concluduntur, ſciuntur: at quæ in logica docentur demonſtratiuè concluduntur, ergo quæ in logica docentur ſciuntur, & per conſequens logica eſt ſcientia. Maior probatur, nam per Ariſtot. primo Poſter. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſcilicet eſt via, per quam fit rerum notitia, vt dicit Ioan. Grammaticus, ergo quæcunque demonſtratiuè cõcluduntur, ideſt quorum notitia fit via demonſtrationis, ſciuntur. Minoris probatio ſic erigatur, ſicut ſe habent aliæ ſcientiæ ad ea, quæ in ipſis docentur, ſic ſe habet logica ad ea, quæ in ipſa docentur, ſed quæ in alijs ſcientiis docentur, demonſtratiuè concluduntur, ergo ſimiliter dicendum eſt de logica. Notandum, quod ſicut non omnia, quæ docentur in aliis ſcientiis demonſtratiuè concluduntur, vt diximus ſupra, ſic nec etiam omnia, quæ in logica docentur, demonſtratiuè concluduntur: & propter hoc dicit doctor. Quæ enim in ea, &c. ideſt multa enim quæ in ea &c. Niſi dicas doctorem hic loqui de docere propriiſſimè ſumpto,

Diuiſio corporis quæſtionis.

ſumpto, ſic namque omnia quæ docentur demonſtratiuè concluduntur. Huius rationis ponitur in litera primo minor, ac eius probatio. Deinde concluſio. Vltimo probatio maioris. Secundum ibi. Ergo ſciuntur, &c. Tertium ibi. Quia demonſtratio &c.

Ibi ſunt etiam, &c. Hæc litera poteſt dupliciter exponi. Vno modo ſit ſecunda ratio, qua doctor probat logicam eſſe ſcientiam. Et tunc ſic erigatur. Habitus, in quo ſunt omnia requiſita ad demonſtrationem, eſt ſcientia, at logica eſt habitus, in quo ſunt omnia ad demonſtrationem requiſita, ergo logica eſt ſcientia. Minor ſic probatur, requiſita ad demonſtrationem, ſunt ſubiectum, paſſio, ac medium, quod eſt ſubiecti definitio, iuxta veriorum paripateticorum ſententiam, nec plura demonſtratio exigit, primo Poſteriorum. ſicut namque in arte tria ad agendum ſufficiunt, ſcilicet materia, forma introducenda, & agens, ita in ſcientia quoque requiritur ſubiectum, quod materiæ, & paſſio quæ formæ, ac medium quod agenti comparatur. An autem ens rationis poſſit habere paſſionem, & an illa ſit ens; de hoc infra quæſtione tertia, & ſexta. Poteſt etiam exponi hæc litera vt ſit probatio minoris ſuperioris rationis (quæ erat, quæ docentur in logica demonſtratiuè concluduntur.) Et tunc ratio ſic erigatur, vbi ſunt omnia requiſita ad demonſtrationem; quæ docentur demonſtratiuè concluduntur, ſed in logica ſunt omnia requiſita ad demonſtrationem, ſcilicet ſubiectum, paſſio, & medium, ergo, &c.

Requiſita ad demõſtrationem.

Ibi intelligendum eſt, &c. Hæc eſt ſecunda pars principalis corporis huius quæſtionis, in qua propter auctoritates Ariſtote. ac Commenta. & propter ea, quæ obiici poſſunt, ponit quandam diſtinctionem de logica in docentem & vtentem. Pro cuius literæ intellectu prænotandum, hanc diuiſionem non eſſe in diuerſas logicæ partes, ſed in diuerſos modos conſiderandi logicam. Similiter præſciendum aliquid poſſe dici docens ac vtens dupliciter, ſcilicet actiuè & paſſiuè. Docens ac vtens actiuè eſt intellectus docens logicam, ac ea vtens. Docens verò ac vtens paſſiuè eſt ipſa met logica prout docetur, ſeu prout ea vtitur intellectus actualiter eam ad cæteras ſcientias applicando. Cum igitur uocamus logicam docentem ac vtentem, ponimus actiuum pro paſsiuo, quod quandoque non inconuenit, vt quoque clarum eſt dicendo, anima gaudet, intellectus intelligit, vbi ponitur actiuum pro paſsiuo. Poſſumus etiam dicere quod logica ideo vocatur docens, quia habet modum doctrinæ, qui eſt fieri demonſtratiuè ex præexiſtenti cognitione. Vocatur verò vtens, quia habet modum inſtrumenti, ſeu actualiter dirigentis. His prænotatis, litera hoc modo exponatur. Intelligendum eſt tamen quod logica dupliciter conſideratur (& notanter dixit conſideratur, & non dixit duplicem eſſe logicam, propter id quod ſtatim infra dicam contra Mauritium.) Vno modo inquantum eſt docens (ideſt inquantum habet modum doctrinæ) & ſic ex neceſſariis (quo ad habitudinem prædicati, & quo ad illationem concluſionis) & propriis principiis (quæ dicuntur propria quia ſunt in eodem genere cum ſubiecto & paſsione) procedit ad neceſſarias concluſiones, (quę ſunt neceſſarię ratione paſſiuę illationis, ac neceſſarię habitudinis prædicati ad ſubiectum) & ſic (logica) eſt ſcientia (quia ſcilicet habet modum procedendi doctrinæ.) Alio modo (conſideratur logica) inquantum utimur ea applicando eam (actualiter) ad illa in quibus eſt uſus (eius paſsiuus) & ſic non eſt ex propriis, ſed ex communibus (communitate indifferentiæ applicationis, regularum, ac communitate propoſitionum in ea declaratorum) nec ſic eſt ſcientia. (Quod exemplo declarat in dialecticis, quorum actualis applicatio eſt notior, dicitque) ſicut patet in naturalibus (ſcilicet primo phyſic. ac alibi) ubi Ariſtotelis, arguen-

Aliquid pôt dici docens ac vtens dupliciter.

Quãdoque ponitur actiuũ pro paſsiuo.

Logica quare vocatur docens, vel vtẽs.

Litera exponitur.

arguen-

(arguendo contra antiquos) adducit rationes logicas, quæ procedunt ex medio communi (quod dicit ad differentiam rationum logicalium procedentium ex medio proprio in ſingulis ſcientijs) & non faciunt ſcire propriè loquendo. Addidque ly Propriè propter diuerſas acceptiones ipſius ſcire. Vide Lyncon. primo Poſterio. ac illum vtrum in præfatione eiuſdem primi.

Aliqua rō dupliciter pōt dici logica.

Pro completo huius literæ intellectu duo notanda, ac tres difficultates occurrunt. Primo notādum pro intellectu illius literæ. Rationes logicas, &c. quòd aliqua ratio dupliciter poteſt dici logica, aut ſcilicet, quia arguit per regulam poſitam in logica, qua tanquam methodo ac regula dirigitur intellectus, ac cuſtoditur ab errore. Aut quia in ea accipitur aliqua propoſitio declarata in logica. Et hoc ſecundo modo dicuntur rationes logicę, quibus vtitur philoſophus in phyſicis, procedunt enim ex medio communi, quia accipiunt pro medio aliquod declaratum in logica, quod diuerſis ſcientijs pro medio deſeruire poteſt.

Logica docens pōt dupliciter capi.

Secundo notandum pro intellectu illius literæ. Logica inquantum docens eſt ex neceſſariis, &c. Quod logica docens poteſt accipi Vel pro tota demonſtratione formata ex propriis terminis logicalium, includente præmiſſas, ac concluſionem. Vel pro habitu concluſionis acquiſito per talem demonſtrationem. Si logica docens, in litera, accipiatur primo modo, ſic illa præpoſitio, ex, dicit circunſtantiam cauſæ materialis; præmiſſæ enim ſunt cauſæ materiales propinquæ ſyllogiſmi. Si verò accipiatur, ſecūdo modo, ſic ly ex, dicit circunſtantiam cauſæ efficientis ſeu originantis. Hoc in loco accipitur logica docens primo modo; quod patet ponderando literam Scoti, vbi ait. Logicam ex neceſſarijs & proprijs principiis procedere ad neceſſarias concluſiones; nam habitus concluſionis non eſt ex neceſſariis principiis ad neceſſarias concluſiones, cum concluſio non ſit ad concluſionem: igitur ly ex, in propoſito denotat circunſtantiam cauſæ materialis.

Per docentē & utētē an ītelligat

Prima difficultas quæ ſe ſe nobis offert eſt. Vtrum per docētem & vtentem doctor intelligat eandem met logicam diuerſimodè ſumptam, an verò diuerſas logicæ partes? Dicitur a Mauritio præſenti quæſtio ne dubio ſexto, per logicam docentem doctorem intelligere illam logicæ partem, quæ ex propriis principiis proprias concluſiones demonſtrare docet: & hæc traditur in libris Poſter. Per utentem vero intelligit partem illam, quæ in libris Topicorum traditur, quam ex cōmunibus principiis ad proprias concluſiones, in qualibet ſcientia procedere dicit. Sub qua logica vtente continetur etiam, ſecundum aliquos, notitia quæ traditur in libris Elenchorum. Contra hunc modum dicendi arguo quatuor rationibus. Primo ſic; ſi per docentem intelligit doctor tantum librum Poſter. Cum huius quæſtionis affirmatiuam, veram eſſe aſſerat de logica docente, & neget de vtente, igitur de ſyllogiſmo topico, ac elencho non erit ſcientia quod doctori. quæſtio. 2. Elenc. & 4. met com. tex 4. manifeſte repugnat. Item intellectus utitur demonſtratiuo, topico, ac elencho ſyllogiſmo, ergo demonſtratiua poteſt dici vtens, velut topica ac ſophiſtica: quod tamen negatur a Mauritio. Item topica ac ſophiſtica procedit ex propriis principiis ad proprias concluſiones, ſicut & demonſtratiua, igitur quælibet erit ſcientia, & ita poteſt eſſe docens. Item Scotus quæſtio. 1. Elen ac quæſt. 43. primi Poſter. vult demonſtratiuam ac dialecticam eſſe æque ex communibus: ſicut enim in qualibet ſcientia licet arguere ex probabilibus communibus, ita quoque in vnaquaque contingit arguere demonſtratiuè ex propriis, ergo vtraque eſt communis; quod tamen ab illo viro negatur.

Scotus diuerſas logicæ partes.

Contra Mauritium.

Demonſtratiua ac dialectica sūt ęque ex communibus.

Et ſi dicas, ſi demonſtratiua eſt ex communibus, igitur non differt a dialectica. Dico entia logicalia dupliciter conſiderari poſſe, vel ut ſunt quædam entia ſpecialia, vel ut ſunt rebus applicabilia. Si conſiderentur, primo modo, ſic collocantur in genere determinato, & habent fortè conſiderari a meta. cuius eſt quod quid eſt conſiderare; & hoc modo non dicuntur entia communia communitate applicationis. Si verò conſiderentur ſecundo modo, ſic habent conſiderari a logico: logica enim eſt de ſecundis intentionibus applicatis primis per Boetium: & Auicennam: & hoc modo dicuntur eſſe com-

Obiectio diluitur.

communia; ęquiparatur namque ſecunda intentio enti reali ſecundum communitatem, cum non detur aliquod ens reale ſuper quod fundari, ac de quo dici nequeat aliqua ſecunda intentio. Cum igitur tota logica ſit de ſecundis intentionibus ſecundo modo conſideratis, ideo tota ſecundum doctrinam erit de communibus. Verum tamen eſt quòd vſus demonſtratiuę eſt diuerſus ab vſu dialecticæ: quia licet demonſtratiua tradatur de communibus: ſyllogiſmus enim demõſtratiuus, ac attributa ad ipſum cuilibet ſcientiæ applicantur, arguit tamen ex proprijs, nam quælibet ſcientia per proprium medium ad proprias concluſiones procedit. Dialectica verò ne dum eſt de cõmunibus ſecundum doctrinam, ſed etiam in ſingulis ſciẽtiis arguit ex communibus principiis ad proprias concluſiones. Vt verbi gratia ſi vult oſtendere viſum ac cęcitatem fieri circa idem ſuſceptibile, hoc oſtendet dialecticus non ꝑ proprietatē aliquam viſus aut cęcitatis, ſed per hoc medium cõmune diuerſis ſcientiis, oppoſita nata ſunt fieri circa idem ſuſceptibile.

vſus dialecticæ, & demõſtratiuę differũt.

Dialectica dupliciter eſt eſt com munib.

Ex his ſequitur dialecticam dupliciter eſſe de cõmunibus. ſ. communitate applicationis; & communitate medii: quod etiam colligimus ex illis verbis Scoti. Quæ procedunt ex medio communi: demonſtratiua autem eſt tantum de communibus quantum ad applicationem, non quantum ad medium. Ad dubium igitur de docente & vtente, dicendum eſt, eandem met logicam diuerſimode conſideratam, eſſe docentem ac vtentem.

Secũda difficultas.

Alia difficultas eſt, nam videtur contradictionem eſſe in dictis doctoris, hic enim dicit logicam docentem eſſe ex propriis, & q. 1. Elench. ait, demonſtratiuam & dialecticam eſſe de communibus.

De & ex in quo conueniant & differãt.

Dico ambas has præpoſitiones, de, & ex, deſignare habitudinem cauſæ efficientis, ac materialis, vt ait D.Th. prima parte ſummæ. q. 39. art. 2. Verum tamen quòd differunt quia ly ex ſolam efficiẽtiam, vel ſubiectionem notat: at ly de vltra hoc deſignat quandam cõſubſtantialitatem, inter efficiens & effectũ, ſeu originans & originatum. Vide Scotum 1. d. 5. q. 2. & magiſtrum ſententiarũ. 1. d. 36. nõ enim propriè dicam colorem fieri de igne, nec album de frigido, quia nulla inter hęc notatur conſubſtantialitas. Et ſi dicas, inter oppoſita nullam eſſe cõſubſtantialitatem, & tamen rectè loquendo dicimus, de nigro fit album, de non muſico, muſicum.

obiectionis dilutio.

Dicit D.Th. 3. par. ſummę q. 75. ar. 8. quòd in naturalibus tranſmutationibus, conſubſtantialitas attenditur penes conuenientiam in ſubiecto; & ideo inter album & nigrũ, muſicum & non muſicum, erit conſubſtantialitas, cum conueniant in ſubiecto. Tunc applicando ad propoſitum dico, quòd ſi logica docens accipiatur pro habitu concluſionis; cũ doctor ait ipſam eſſe ex propriis, ly ex notat circunſtantiam cauſæ efficientis; præmiſſę enim ratione medii ſunt agentes concluſionem, vt dictum fuit ſupra.

Concluſio quõ eſt ex ꝓpriis.

Et vlterius dico cõcluſionem eſſe ex propriis, vel quia termini præmiſſarum ſunt in eodem genere, in quo ſunt termini concluſionis, vel quia præmiſſæ vt ſic diſpoſitæ aliã concluſionem inferre nequeunt. Si autem accipiatur Logica docens pro tota demonſtratione, tunc ly ex denotat circunſtantiã cauſæ materialis, non quidem circa quam, ſed ex qua: quia ſi deſignaret circunſtantiam cauſæ materialis circa quam, tunc dicere logicam eſſe ex propriis, eſſet dicere logicam venari circa ens proprium, ac ſpeciale, tanquam circa ſubiectum, quod eſt falſum, vt infra q. 2. declarabimus. Cum verò doctor ait q. 1. Elen. demonſtratiuam eſſe de communibus, ly de notat habitudinem cauſæ materialis circa quam: & tũc verum eſt dicere demonſtratiuam eſſe de communibus, verſatur enim circa ſubiectum commune, cõmunitate de qua in ſequenti quęſtione. Ex his patet nullam contradictionẽ eſſe in Scoto cum ait, demonſtratiuam eſſe ex propriis, & de communibus.

Demonſtratiua eſt ex ꝓpriis, & de communib.

Logicæ vsꝰ quotuplex ẽ in ſcientiis.

Vltima difficultas eſt, quotuplex nã ſit vſus logicæ in ſcientiis. Dico ſecundũ Cõmentatorem. 1. phy. com. 35. & 8. phy. com. 70. & 2. met. com. 15. & 7. met. com. 2. Logicam duobus modis vſitari, aut. ſ. ſecũdum quòd eſt inſtrumentum diſtinguẽs uerum a falſo, & iſte modus eſt proprius logicæ. aut ſecundum quòd declarata in logica accipiuntur pro maximis in cõſtruendo vel deſtruendo: & hæc conſideratio cum vſitatur in artibus particularibus, eſt nõ propria in arte autem vniuerſali eſt propria. Vult dicere Commen. quòd poſſumus vti logica, vel vt inſtrumento diligenti intellectũ

in actum ſyllogizandi, definiendi, ac diuidēdi, & hoc in qualibet ſcientia indifferenter: unde artificialiter, diuidere, definire, ac ſyllogizare poſſumus in propriis terminis ſcientiæ naturalis, mathe. meta. ac cęterarum ſcientiarum, in quos actus ſemper logica dirigit: quia ſine logica, vel non rectè, vel ſi rectè, a caſu tamen hęc fiunt. Et hic modus vſitandi logicam, dicitur proprius modus logicæ, quia nulla alia ſcientia a logica dirigit in actum arguendi. Vel poſſumus vti logica accipiendo propoſitionem in ea declaratam pro maiori vel minori ad concludendum aliquid in aliis ſcientiis. Et iſte modus vſitandi logicam non eſt proprius, comparando eam ad ſcientias ſpeciales; aut quia ſcientię particulares poſſūt etiam accipere pro maiori vel minori propoſitionem declaratam in aliqua alia ſcientia a logica, aut quia non ſunt communes, vt eſt logica. Dicitur tamen iſte modus vſitandi logicam proprius, ſeu appoſitus comparando eam ad meta. aut propter vniuerſalitatem conſideratorum, in quibus communicant logica, & meta. nam circa idem verſatur dialecticus meta. & ſophiſta. 4. meta. tex. com. 3. Aut quia metaphy. propter eius cōmunitatem non poteſt forte ſumere pro maiori aut minori propoſitionē declaratam in ſciētia particulari, ſecus eſt de declarata in ſcientia communi, qualis eſt logica. Cum igitur inter omnes ſcientias ſola logica poſſit miniſtrare meta propoſitiones accipiendas in ea pro maiori, vel minori: & cum etiam nulla alia ſcientia a meta. poſſit dici communis, præterquam logica; ideo iſte ſecundus modus vſitandi logicam dicitur proprius in metaphyſica. Ex modo vſitandi logicam primo modo, tota logica poteſt dici vtens, ex modo uero uſitandi logicam ſecundo modo, liber topicorum, ac forte elen. poteſt dici utens.

Argumētum primū principale. Sunt modo argumenta ante oppoſitum erigenda, ac eorum ſolutiones declarandę: quorum primum ponitur ſtatim poſt titulum quæſtionis, quod ſic formetur, in prima figura. Nullus modus ſciēdi eſt ſciētia, logica eſt modus ſciendi, ergo logica non eſt ſcientia. Maior probatur ſic, ut ſe habet modus uidendi ad viſum, ita modus ſciendi ad ſcientiam, ſed nullus modus uidendi eſt viſus, ergo nullus modus ſciendi eſt ſciētia. Minor probatur ex auctoritate Ariſt. & comm. 2. met. tex. com. 15. ubi Philoſophus primo ponit quinque modos, quos diuerſi obſeruare cupientes in veritatis indagatione, ad eam inhabiles redduntur. Deinde deſcribendo modum obſeruandum in ſcientiarum acquiſitione ait. Abſurdum eſſe ſimul quærere ſcientiā, ac modum ſciendi. & Commen. per modum ſciendi, exponit logicam, igitur logica eſt modus ſciendi.

Reſponſio Egidii. Huic rationi reſpondēdo doctor tria facit. Primo ponit modum dicendi Egidii. Secundo ipſum impugnat. Tertio aliter reſpondet. Secundum ibi. Contra hoc &c. Tertium ibi. Ideo uidetur &c. Reſponſio Egidii conſiſtit in diſtinctione ſcientiæ, nā quædam eſt ſcientia ſpecialis, ut phyſica, ac huiuſmodi ſcientiæ, quarum ſubiectum eſt ens ſpeciale: quædam eſt ſcientia communis, vt meta. & logica, quarum ſubiectū eſt communis, communitate prædicationis, aut applicationis. Tunc ad formam argumenti dicendum, maiorem eſſe ueram de ſcientia ſpeciali, falſam autem de ſcientia communi, & ſic conceſſa minori, ſequitur tantum logicam non eſſe ſcientiā ſpecialem, quod conceditur.

Contra Egidiū. Ibi contra hoc &c. Doctor dupliciter impugnat Egidium, quantum ad id quod concedit, ſcilicet modum ſciendi eſſe ſcientiam communem. Et notandum Egidium concedere illam propoſitionem eſſe veram formaliter, & propter hoc impugnatur a doctore, & primo ſic. Quælibet prædicatio formalis in abſtracto, ſi eſt uera, eſt per ſe primo modo, ſed in iſta propoſitione, modus ſciendi eſt ſcientia, eſt prædicatio formalis per Egidiū, & eſt in abſtracto, & non eſt per ſe primo modo, igitur non eſt uera formaliter. Maior ſic probatur, quælibet prædicatio formalis quæ eſt uera ratione eſſentiæ ſignificatæ, eſt per ſe primo modo, at quælibet prædicatio formalis in abſtracto eſt uera ratione eſſentiæ ſignificatæ, non enim poteſt eſſe uera ratione alterius, cum illi termini abſtrahant a quocunque non eſt de quidditate illorum; ergo quælibet prædicatio formalis, uera in abſtracto, eſt per ſe primo modo. Minor probatur quantum ad vltimā particulam ſic, in primo modo dicendi per ſe prædicatū includitur in intellectu, ſeu cōceptu quiddita-

ditatiuo ſubiecti, ſed ſcientia non includitur in intellectu modi ſciendi, ergo iſta propoſitio modus ſciendi eſt ſcientia, non eſt per ſe primo modo. Doctor in littera format hanc totam rationem enthymematicè, vt patet.

Ibi Item modus ſciendi, &c. Dupliciter poſſumus exponere hanc literam. Vno modo dicendo, doctorem ſecundo principaliter argumentari contra Egidium, & tunc ratio ſic erigatur Nullum prius perfectione prædicatur, ſaltem formaliter quidditatiue de ſuo poſteriori, ſed ſcientia eſt prior perfectione modo ſciendi, ergo ſcientia nõ prędicatur, ſaltem formaliter quidditatiuè, de modo ſciendi, & ita iſta non erit vera, modus ſciendi eſt ſcientia. Maior patet, nam ſuperiora, quę prędicantur formaliter de inferioribus, ſunt actu imperfectiora ipſis inferiorib. Minor probatur, quicquid enim eſt poſterius poſteriore, eſt poſterius priore, ſed modus ſciendi eſt poſterior ſciẽ, & ſcire ipſa ſcientia, ergo modus ſciendi eſt poſterior ſcientia Vel poſſumus dicere doctorem hic ſecundo probare eandem vltimam particulam minoris, ſeu falſitatẽ conſequentis, & tunc ratio ſic erigatur. Nullum poſterius perfectione includit in ſuo conceptu quidditatiuo ſuum prius, quia aliter eſſet perfectius & imperfectius, ſed modus ſciendi eſt poſterior perfectione ſcientia; igitur modus ſciendi non includit in ſuo conceptu quidditatiuo ſcientiam, & ita illa non erit per ſe primo modo. Minor probatur vt ſupra.

Prædicatio in abſtracto quãdo eſſentialiter vera.

Pro completo intellectu huius literæ, duo notabimus, ac duo dubia remouebimus. Primo notandum prædicationem in abſtracto eſſe prædicationem in terminis abſtractis; quæ ſi eſt formalis, & in recto, ac fiat in terminis primæ intentionis, & media abſtractione abſtractis, finitis, ac quantis, eſt eſſentialiter vera. Si verò aliqua harum conditionum ei deficiat, non eſt neceſſe ipſam eſſe eſſentialiter veram. Iſta enim prædicatio, bonitas eſt ſapientia, eſt in abſtracto, non tamen eſt eſſentialis, quia non eſt formalis, ſed potius identica. Similiter iſta humanitas eſt ex animalitate non eſt eſſentialiter vera, quia eſt prædicatio in obliquo, ac etiam quia animalitas non prædicatur per modum formæ de humanitate, de quo aliàs erit ſermo. ſimiliter iſta non eſt eſſentialis (imo nec vera) ratio formalis entitatis eſt ratio formalis vnitatis: quia fit per terminos ſecundarum intentionum. Item iſta non eſſentialis, (imo nec vera) humanitas eſt animalitas, quia fit in terminis finitis, ac vltimatè abſtractis. Item iſta non eſt eſſentialiter vera paternitas diuina eſt filiatio, nã eſt in terminis non quantis, ſed vlterior perſcrutatio de vltimatè abſtractis erit infra quæſt. 16.

Sufficiẽtia modorũ dicẽdi per ſe.

Secundo notandum quatuor eſſe modos dicendi per ſe, de quibus Philoſophus primo poſter. Et ne idem nobis ſæpius repetere neceſſe ſit, ideo quot nam ſint, & quid vnuſquiſque ſit, & de gradibus eorũ hic agere intendo. Dico igitur quòd ſufficientia modorum dicendi per ſe poteſt diuerſimodi aſſignari; ſecundum diuerſos modos dicendi. Quidam, vt D. Thomas, tenet tres eſſe modos inhærendi, & vnum eſſendi. Et ſic ſufficientia aſſignatur hoc modo, nam ly per, eſt quędã præpoſitio, quæ addita cum ly ſe relatiuo reciproco, dicit circunſtantiam quandam; quod contingit, vel in propoſitionibus, vel in rebus. In propoſitionibus, dicit circunſtantiam in ratione cauſæ, & hoc vel formalis, vel materialis, vel motiuæ extrinſecæ. ſi dicit circunſtantiam cauſæ formalis, ſic habetur primus modus, in quo prędicatum dicit cauſam formalem ſubiecti. Et ſi dicas, genus dicere cauſam materialem, & non formalem, & tamen prædicari in primo modo de ſpecie: Dicitur genus eſſe materiale reſpectu diffarentiæ, at reſpectu definiti habet rationem formæ, quod videtur eſſe de mente Ariſt. 7. met. cum ait, quod partes definitionis ſunt formæ. Si vero dicit circunſtantiam cauſæ materialis, ſic habetur ſecundus modus, in quo ſubiectum eſt cauſa prædicati in ratione materiæ. Si autem dicat circunſtantiam cauſæ extrinſecæ mouentis, ſic habetur quartus modus, in quo prædicatum ineſt ſubiecto per cauſam motiuam extrinſecam, ſiue illa ſit propriè efficiens, ſiue finalis. Si verò ly per ſe dicit circunſtantiam in rebus, ſic dicit circunſtantiam ſolitudinis: & hoc modo dicimus, Sociatem eſſe per ſe in cubiculo, idest ſolũ Socratẽ eſſe in cubiculo, & eſt tertius

Obiectionis dilutio.

modus

Quart⁹ modus perſeitatis an ſit modus inhæren di.

modus perſeitatis. Sed difficultas eſt, non enim videtur verum, quòd quartus modus perſeitatis ſit modus inhęrendi, quia prędicatum nō inhęret ſubiecto, vt clarum eſt di cendo, ignis calore per ſe calefacit. calefacere enim nō ineſt igni tanquam ſubiecto, vt patet. 3. Phyſicorū vbi Philoſo. dicit actionem eſſe in paſſo. Dicitur, quod quotieſcunque ly per ſe eſt conditio vnius extremi in ordine ad aliud, ſemper denotat modum inhærendi, at in primo, ſecundo, & quarto modo perſeitatis, ly per ſe dicit cōditionem vnius extremi in ordine ad aliud igitur ne dum in primo, ac in ſecundo, ſed etiam in quarto modo, ly per ſe dicit modum inhærendi. Sciendum tamen eſt duplex eſſe ſubiectum ſcilicet propoſitionis, quod dicitur ſubiectum reſpectu prædicati, & ſubiectum accidentis: in quolibet modo dicendi per ſe, licet quod ſubijcitur non ſit ſubiectum accidentis, eſt tamen ſubiectū reſpectu prædicati, & hoc ſufficit ad modū inhærendi. Cum igitur in hac propoſitione, ignis calore calefacit, ignis ſit ſubiectum reſpectu ipſius calefacere; ideo perſeitas in tali propoſitione denotat modum inhærēdi. Et ad id quod obijcitur patet, quid dicendum eſt; procedit enim de ſubiecto accidentis. Quidam alij vt Lynconienſis dicunt, duos eſſe modos inhærendi, vnum eſſendi, & vnum cauſandi, & tunc eorum ſufficientia ſic aſſignari poteſt, Nam ly per ſe, aut dicit modum inhærentiæ vnius extremi in ordine ad aliud: aut dicit modum eſſendi, aut modum cauſandi. Si dicit modum inhærentiæ, hoc contingit dupliciter, nam aut dicit modum inhærentię extremi cadentis in definitione alterius; aut extremi in cuius definitione aliud extremum cadit: ſi primo modo, ſic eſt primus modus dicendi per ſe, qui ſic poteſt deſcribi. Eſt modus inhærendi eorum, quæ naturali prædicatione, ſub modis ſignificandi proportionalibus prædicantur quorum prædicatum dicit cauſam ſubiecti. In qua deſcriptione primo dico, quòd eſt modus inhærendi, ad differentiam modorum eſſendi, ac cauſandi. Secundo dico, quæ naturali, &c. propter iſtas propoſitiones, animal eſt homo, rationale eſt homo, ac propter ſimiles, quæ non ſunt in primo modo, quia talis nō eſt prædicatio naturalis. Pro quo ſciendum

Subiectum duplex.

Alius modus aſſignandi ſufficiētiam modorū dicendi per ſe.

Prædicatio naturalis & nō naturalis.

duplicem eſſe prædicationem ſcilicet naturalem, & non naturalem, de quibus videas Auer. 7. Met. coment. 59. & Themiſt. primo poſter. cap. 38. Prædicatio naturalis, eſt in qua ſubijcitur ac prædicatur, quod natum eſt ſubiici, & prædicari. Non naturalis eſt, cum id quod prædicari debet, ſubiicitur, & quod ſubiici debet prædicatur: quæ ſecundum Them. non meretur appellari prædicatio. Dico vlterius in illa deſcriptione, ſub modis ſignificandi, &c. propter iſtam, ac conſimiles propoſitiones, homo eſt animalitas, quę nō ſunt in primo modo, imò nec verę, propter repugnantiam modorum ſignificandi, de quo infra quæſt. 16 erit ſermo. Dico vltimo, quorum prædicatum &c. ad differentiam ſecundi modi, in quo ſubiectum dicit cauſam prædicati Declarato quid nam ſit primus modus perſeitatis, reliquum eſt, gradus eius aperire Dico igitur, quòd quanto magis prædicatum explicat cauſam intrinſecam ſubiecti, tanto propoſitio eſt magis per ſe: prædicatum autem dicere poteſt cauſam intrinſecam ſubiecti, aut poſitiuè, aut negatiuè, pro quanto ſcilicet excludit cauſam comparticipem. ſi dicit cauſam intrinſecam primo modo, ſic dicit, aut cauſam totalem, aut cauſam partialem, & ſi partialem, aut dicit cauſam materialem, aut formalem. Quando ergo prædicatum dicit cauſam materialē (& loquor ſemper de cauſa mera) ſic eſt primus gradus primi modi, vt dicendo homo eſt animal; nam animal eſt genus, & genus ſe habet vt materia, ſaltem in prædicando, vt quibuſdam placet. Quando uerò prædicatum dicit cauſam formalem, ſic eſt ſecundus gradus, vt dicendo homo eſt rationalis: differentia enim habet rationem formæ. Quando autem prædicatū dicit cauſam totalem, & adæquatam ſubiecti, ſic eſt tertius gradus, in quo definitio de definito prædicatur, vt dicendo homo eſt animal rationale. Quando autem prædicatum dicit cauſam ſubiecti, non poſitiuè, ſed negatiuè, ſic eſt quartus gradus, in quo idem de ſe ipſo prædicatur, vt dicendo homo per ſe eſt homo, cuius propoſitionis ſenſus eſt, homo non per aliam cauſam eſt homo. dicit enim Philoſ. 7. Met. quòd quærere, quare homo eſt homo, eſt quæſtio de nihilo, cum huius nulla ſit cauſa. Quidam aliter

De gradib. primi modi dicēdi per ſe.

Alius modus aſſignādi grad⁹ primi modi.

aſſignant gradus, ac eorum ſufficientiam hoc modo. Quanto enim magis prædicatum eſt idem ſubiecto, tanto propoſitio eſt magis per ſe. At in primo modo prædicatum poteſt eſſe, vel idem formaliter tantū ſubiecto: vel idem formaliter mutuo, vel idem formaliter mutuo adæquate, vel idē formaliter mutuo, adæquate, & ex natura rei, ſi eſt idē primo modo, ſic eſt prim⁹ gradus, quælibet namq; propoſitio, in qua ſuperius prædicatur de ſuo inferiori, ponitē in primo gradu, quia ſuperius eſt idem formaliter, non mutuo, nec adæquate inferiori. Si autem prædicatum eſt idem formaliter mutuo, ſic eſt ſecundus gradus, in quo differētia prædicatur de eo cuius eſt vltimate conſtitutiua, vt cum dicimus hominem eſſe rationalem. Si autem prædicatum eſt idem formaliter mutuo, & adæquate ſubiecto, ſic eſt tertius gradus, in quo definitio de definito prædicatur, vt dicendo, homo eſt animal rationale. Si autem prædicatum eſt idem formaliter mutuo adæquate, & ex natura rei, ſubiecto, ſic eſt vltimus gradus, in quo idem de ſe ipſo prædicatur, vt dicendo, homo eſt homo, inter talia enim extrema eſt tantum diſtinctio rationis. Sed hic

Tria dubia.

In vltimo gradu an ꝓdicatum dicat cām ſubiecti.

ſunt tria dubia, primum eſt, nam non videtur propoſitionem, in qua idem de ſe ipſo prædicatur, eſſe primi modi, quia prædicatum non dicit cauſam ſubiecti, nam idem ſibi ipſi non eſt cauſa. Ad hoc dupliciter poſſumus reſpondere; vno modo dicendo, prædicatum in hoc vltimo gradu pro tanto dicere cauſam ſubiecti, pro quanto excludit cauſam comparticipem: vnde dicendo homo per ſe, eſt homo, ſenſus eſt homo nō per aliam cauſam eſt homo. Alio modo dicendo hunc vltimum gradum eſſe in primo modo reductiuè, & quod nō eſt neceſſe prædicatum propoſitionis, quę eſt in primo modo reductiuè, dicere cauſam ſubiecti.

Vltimus gradus an ĩgrediatē demonſtrationem.

Aliud dubium eſt, an iſte vltimus gradus ingrediatur demonſtrationem? Ad quod dico, demonſtratorem vti modis, & gradibus, in quibus non contingit petitio, ſed ſi accipiatur propoſitio, in qua idem de ſe ipſo prædicatur pro præmiſſa, ſemper erit petitio principii, quia altera præmiſſarum erit dubia æqualiter concluſioni, vt patet ſic arguendo, homo eſt riſibilis, homo eſt homo, ergo homo eſt riſibilis. Tertium dubium eſt, an prædicatio eiuſdem de ſe ipſo ſit quidditatiua?

Prædicatio eiuſdē de ſe ipſo an ſit quidditatiu.

Ad quod dicit auctor formalitatum in art. de diſtinctione, & idētitate formali: quod dicitur, quidditatiua, inquantum quidditatiua diſtinguitur contra prædicationem in qua aliquod extraneum prædicatur. Vel dicitur quidditatiua, prout diſtinguitur contra denominatiuam.

Secūdus modus dicendi ꝑ ſe q.

Secundus modus dicendi per ſe, eſt modus inhærendi, eorum quę naturali prædicatione, ſub modis ſignificandi proportionalibus, prædicantur, quorum ſubiectū dicit cauſam prædicati, egredientis à principiis ſpecificis ſubiecti. Primæ particulæ patent ex his quæ diximus ſupra de primo modo perſeitatis. Illa verò particula, quorum ſubiectum, &c. ponitur ad differentiā primi modi; nam in primo modo prædicatum dicit cauſam ſubiecti, at in hoc ſecundo, ſubiectum dicit cauſam prædicati, vel ſaltem illam includit, vt dicendo, animal rationale eſt riſibile, vel homo eſt riſibilis Addo ēt illam particulā. Egredietis à principiis, &c. ad differentiā accidentis egredietis à principiis materialib. indiuidui de quibus infra, q. 32. ac alibi erit ſermo.

Gradu. ſecundi modi.

In hoc modo poſſunt aſſignari diuerſi gradus, ſecundum quod paſſio poteſt prędicari aut de ſubiecto, aut de definitione ſubiecti, aut de ſubiecto proprio, aut de inferiori ad proprium ſubiectum. Exempla manifeſta ſunt, vt dicendo homo eſt riſibilis, ſortes eſt riſibile.

De tertio modo perſeitatis

Tertius modus perſeitatis non eſt modus inhærendi, quia nullum additur prædicatum, cuius inhærentia determinetur, ſed eſt modus eſſendi, ideo ly per ſe, in hoc modo determinat eſſe. Et poteſt ſic deſcribi. Eſt modus eſſendi excludit ab eo quod dicitur ſic eſſe per ſe, concomitantiam cum alio, vel dependentiam ab alio. Aliqui enim dicitur eſſe per ſe hoc modo, aut quia non eſt cum alio, vt cum dicimus, Socrati eſſe per ſe in cubiculo. Aut quia non dependet ab alio, & hoc vel tanquam à ſubiecto, ſicut dicimus ſubſtantiam eſſe ens per ſe. Vel tanquam à materia, ſicut dicimus intelligentias eſſe entia per ſe. Vel quia ſimpliciter non dependet ab alio in aliquo genere cauſæ; & hoc modo tantum Deus dicitur eſſe ens per ſe.

De quarto modo perſeitatis

Quartus modus perſeitatis, qui ſecundum aliquos eſt modus inhærendi, & ſecundum alios cauſandi, eſt

di, eſt quo illud dicitur per ſe, quod ineſt propter ipſum. Vel ſecundum Lyncon. eſt quando ſubiectum eſt cauſa quare prædicatum ſibi ineſt. Et habet tres gradus ſecundum ipſum. Primus quando ſubiectum eſt cauſa immediata quare prædicatum ineſt ſibi, & aliis, vt animal rationale eſt riſibile. Secundus quando ſubiectum includit eſſentialiter cauſam prædicati, vt homo eſt riſibilis. Tertius, quando actus alicuius cauſæ formalis prædicatur de effectu illius cauſæ, vt calidum calefacit. Dicunt etiam quidam, quod quælibet propoſitio eſt in quarto modo dicendi per ſe, in qua effectus dicitur de ſuo immediato principio productiuo, & in qua effectus formalis dicitur de aliquo mediante ſua cauſa formali, & in qua actus egrediens a cauſa formali dicitur de effectu formali mediante cauſa formali, ſemper namque prædicatū ineſt ſubiecto propter ipſum, intelligendo tamen per ſubiectum, quicquid eſt ante prędicatum. Exemplum primi voluntas vult. Exemplum ſecundi, homo albedine eſt albus. Exemplum tertii, album albedine diſgregat. Dubium occurit an omnes iſti quatuor propriè dicanrur modi dicēdi per ſe?

n oēs i pro- ie di- intur odi dī ndi p

Ad hoc communiter dicitur, non omnes eſſe modos dicendi per ſe, nam omnes non ſunt modi prædicandi, vt ſaltem patet de tertio. Mihi tamen videtur eſſe dicendum omnes eſſe modos dicendi per ſe. Pro quo ſciendum in plus ſe habere dici per ſe, quā prædicari per ſe, ſecundum enim infert primum, & non èconuerſo: vnde quilibet modus, quo aliquid poteſt dici per ſe, vocatur modus dicendi per ſe, at quolibet horum quatuor modorum aliquid poteſt dici per ſe, quia aut dicitur per ſe prædicari, aut per ſe eſſe, aut per ſe cauſari, igitur quilibet propriè appellatur modus dicendi per ſe. Nec ex hoc ſequitur, ergo quilibet eſt modus prædicandi, eſt. n. fallacia cōſequentis a petitione cōſequētis, ad petitionē antecedētis.

Prima difficultas quæ ex litera Scoti occurrit eſt, propter illud quod dicit Doctor ſcilicet modum ſciendi eſſe poſteriorē ſcīa: hoc enim non videtur verum. Tum quia cauſa eſt prior effectu, at modus ſciendi eſt cauſa ſcientiæ, ergo eſt prior ipſa ſcientia. Tum quia ex dictis Ariſt. 2. Met. tex. com. 15. colligimus modum ſciendi eſſe priorē

Modus iendi a ſit po erior ientia.

ſcientia. Et Doctor in expoſitione illius textus ait, quod oportet prius habere modum ſciendi, quam ſcientiam, & per iſtum modum procedere ad cōſideratione, & notitiam veritatis. Ad oppoſitum eſt Doctor hic in litera. Dicit Mauritius quòd licet modus ſit ſimpliciter prior ſcientia, tamen, ut induit rationem determinationis, non eſt inconueniens vt dicatur poſterior: ſicut licet homo ſit prior albedine, tamen cum dicitur albus homo, ſe habet ut poſterior. Et hoc loquendo de poſterioritate accidentali, non naturæ, vel conſequentiæ. Alia eſt enim poſterioritas eſſentialis coordinationis, alia eſſentialis entitatiuæ dependentię, uel ordinis, de quarū ſecunda loquitur Doctor hic. Aliter reſpondet diſtinguendo de modo ſciendi, qui poteſt accipi, uel pro formali, uel pro connotato: primo modo eſt poſterior ſcientia, ſecundo modo eſt prior. In prima reſponſione, vult habere Mauritius quòd ſicut homo induit rationē determinationis reſpectu albedinis, cum dicitur albus homo, nam tunc ly homo determinat de quo albo loquimur: ita cum dicimus modus ſciendi, ſeu ſciendi modus, ly modus determinat de qua ſcientia eſt ſermo, loquimur enim tunc de ſcientia quæ eſt modus. Et ſic modus ſciendi eſt poſterior ſcientia: Nec loquitur Doctor in præſenti, de poſterioritate naturæ, qua inferius dicitur poſterius ſuperiore, eo quod non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, non enim ſequitur hominē eſſe, ad animal eſſe, quamuis ſequatur animal eſſe ad hominem eſſe. Nec loquitur de poſterioritate conſequentiæ, qua ſuperius poteſt dici poſterius inferiori, eo quoniam inferius infert affirmatiuè ſuperius. Et breuiter non loquitur de poſterioritate coordinationis eſſentialis; ſed, ut dixi, loquitur de poſterioritate ordinis, ſeu eſſentialis entitatiuæ dependentiæ. Aliter ad hanc difficultatem ego ſic reſpondetē, diſtinguendo de prioritatē & poſterioritate originis, & perfectionis Modus ſciendi, ea ratione qua eſt modus ſciendi, ſemper eſt prior origine ſcientia. Eſt tamen poſterior perfectione, ſaltem intrinſecè, qualibet ſcientia. Logica enim cum ſit de modo ſciendi, non eſt perfectior extrinſecè, ſeu obiectiuè, ipſo modo ſciendi, ut infra q. 2. declarabimus. Nec

Mauritij reſpōſiones.

Poſterioritas duplex.

Modus ſciendi dupliciter.

Propria reſponſio.

ualet, dicere cauſam eſſe perfectiorem effectu, hoc enim tantum verum eſt de cauſa æquiuoca totali, uel principali, at modus ſciendi fortè eſt cauſa inſtrumentalis: Vel dicas non ſemper cauſam eſſe perfectiorē effectu. Vide Marcum Ant. Zimarā Theoremate 10. Vel tertio dicas, illud aſſumptū eſſe verum de cauſa, quæ dicitur cauſa, non quia præcisè terminat, ſed quia etiam efficit, de quo magis in ſequentibus.

Cã qñ pfectiór effectu.

Modus ſciendi an ſit accidens ſcire.

Eſt vltima difficultas, an modus ſciēdi ſit accidēs ipſius ſcire? Dicit a Mauritio qđ ſicut modus eſſendi eſt accidēs ipſius eſſe, & modus intelligēdi ipſius ītelligere, & modus ſignificādi ipſius ſignificare, & modus uidendi ipſius viſus, ita quoq; modus ſciēdi eſt accidens ipſius ſcire. Contra, modū ſciēdi eſſe accidens ipſius ſcire, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quod ſit cauſa per accidens, alio modo quod inhæreat ſcire ab extrinſeco, ſed neutrum horum poteſt eſſe: ergo, &c. Primum probatur: nam cum aliqua cauſa dicatur per accidens, vel quia ſine illa effectus naturaliter haberi poteſt, vt ſortes dicitur, cauſa per accidens huius domus, eò quod à Platone conſtrui potuiſſet. Vel quia non ſecundum ſuam propriā naturam, ſed ſecundum aliquid ſibi accidens cauſat, ſeu eo quoniā accidit ei quod eſt cauſa per ſe. Quemadmodum dicimus muſicū ſanare, nam muſicus nō inquātum muſicus, ſed inquantum medicus ſanat. Ac quemadmodum dicimus quod Policletus dicitur cauſa per accidens ſtatuæ, accidit enim ſtatuæ factori vt ſit Policletus. Sed nullo modo modus ſciēdi dicitur cauſa per accidens ipſius ſcire, ergo &c.

Contra Mauritium.

Cã per accidens quotupliciter.

Prima pars minori probatur, nam ſcire eſt effectus adæquatus demonſtrationis, at demonſtratio eſt modus ſciendi, ergo modus ſciendi non dicitur cauſa per accidens ipſius ſcire, quaſi ſcire ſine modo ſciendi haberi poſſit. Secunda pars minoris probatur: nam modus ſciendi per propriā naturam, & non per aliquod ſibi additum, dirigit in actum, qui eſt ſcire, ergo non per aliquod ſibi accidens cauſat ſcire. Antecedens eſt manifeſtum, eſt enim demonſtratiō ſyllogiſmus faciens ſcire. Nec etiam accidit modus ſciendi alicui, quod ſit per ſe cauſa ipſius ſcire: tum propter id quod dictum eſt. Tum quia aſſignanda eſſet cauſa per ſe ipſius ſcire, cui accideret modus ſciendi. Tum quia cauſa per accidens non eſt cauſa adæquata, at modus ſciendi, qui eſt demonſtratio, eſt cauſa adæquata ipſius ſcire, ergo &c. Nec etiam dicitur accidēs ipſius ſcire, quia inhæreat ſcire per accidēs. Tum quoniam accidens vniuerſaliter denominat ſubiectum in quo eſt, ſed modus ſciendi non denominat ipſum ſcire; nam ſcire nō eſt, formaliter modus ſciendi. Tū quia modus ſciendi eſt cā dirigens in ipſum ſcire, non ergo eſt accidens eius. Nec eſt ſimile de modo videndi, intelligendi, ſignificandi, ac eſſendi, eo quoniam illi uocantur modi, quia modificant rem cui accidunt, ſed iſti vocantur modi ſciendi, non quia modificent ſcientiam, ſed quia ſunt via per quam acquiritur, ac confirmatur ſcientia. Et ex hoc patet reſponſionē primam Mauritij ad præcedentem difficultatem non eſſe veram, cum ſupponat modum ſciendi eſſe accidens ipſius ſcire, & inducere rationem determinationis reſpectu ipſius, quod eſt falſum, Dico igitur modū ſciendi non eſſe accidens ipſius ſcire, ſed eſſe modum ſeu viam, per quam acquirimus ac confirmamus ſcientiam; quod etiā infra declarabitur magis.

Mauritii error.

Propria reſpōſio

Ibi ideo videtur, &c. Doctor impugnata reſponſionē Egidij, dupliciter reſpondet primo argumento principali. Secunda ibi. Aliter dici, &c. Pro quo ſciendum, quòd cum modus ſciendi poſſit accipi, vel pro Syllogiſmo demonſtratiuo, topico, ac pro alijs quibus acquiritur confirmaturq; ſcientia. Vel pro ipſa Logica quæ poteſt vocari modus ſciendi, vt infra declarabimus. Ideo Doctor vt omnibus ſatisfaciat, duas aſſignat reſponſiones: prima quarū optima eſt, accipiendo modum ſciendi primo modo, ſecunda verò accipiendo modum ſciendi ſecundo modo. Pro prima reſponſione notandum eſt duplicem eſſe prædicationem ſcilicet formalem, & materialem: Prædicatio formalis accipitur tripliciter, ſcilicet large, ſtrictè, & magis ſtrictè. Largè eſt prædicatio directa in qua prædicatum verificatur de ſubiecto in recto; & hoc loquendo de prædicatione prout logica eſt tradita ab Ariſt. non enim hic loquor de prædicatione identica, quoniam de hac non eſt tradita logica à Philoſ. Stri-

Modus ſciendi dupliciter.

Prædicatio formalis, & naturalis quotupliciter & quid.

ctè de-

ctè definitur à Scoto. 1.d.4 q 2. Eſt in qua prædicatum formaliter, ſeu per modũ formæ, inhæret ſubiecto, ac de ipſo denominatiuè dicitur: quomodo hęc eſt formalis homo eſt albus. Magis ſtrictè ſecundum Scotum. 7. Met. q. 4. eſt vbi ſubiecto, ex ſuo intellectu, ineſt prędicatum, circumſcripta à ſubiecto omni habitudine ad cauſam extrinſecam, quę non eſt de quidditate eius: cuiuſmodi eſt efficiens, & materia in qua. Et de prædicatione formali hoc modo accepta, intelligitur forte, quorundam notificatio, dicentium, quòd prędicatio formalis eſt illa, quę ſignificat idem eſſe pro quo ſupponit ſubiectum, & pro quo ſupponit prædicatum. Prædicatio verò materialis poteſt accipi dupliciter, vno modo largè, alio modo ſtrictè. Largè eſt quęlibet prædicatio in directa, in qua prædicatur, vel inferius de ſuperiori, vel ſubiectum de paſſione, vel ſubiectum de accidente, vel quidditas de modo, vel genus de differentia, ſtrictè autem accipitur pro qualibet prędicatione in qua, id pro quo ſupponit prędicatum, ſequitur ad illud pro quo ſupponit ſubiectum, vel è cõuerſo, ſeu ſit in recto, ſeu in obliquo. Exẽplum primi eſt ſicut dicendo modus ſciendi eſt ſcientia, vel de modo ſciendi eſt ſciẽtia, vbi id pro quo ſupponit ſubiectũ, denotat cauſam materialem prędicati. Exemplũ ſecundi eſt, ſicut dicẽdo, arca eſt logica, vel ſtatua eſt ex ære: vbi prędicatum dicit cãm materialem ſubiecti. Secundo notandum modum poſſe multipliciter accipi. Quãdoque enim accipitur pro duarum propoſitionum ordinatione, quemadmodũ dicimus Syllogiſmũ eſſe in tali, vel tale modo. Qñque accipitur pro determinatione, ſicut in modalibus. Quandoq; accipitur pro via ac maneríe doctrinæ, vt capitur ab Auerroe in proœmio Phyſ. Quandoq; etiam accipitur pro ipſa logica, quæ ideo dicitur modus ſciendi, quia docet modum ſciendi. Quandoque etiam accipitur pro quodam reſpectu de quo infra. His prænotatis patet litera Scoti, in qua dicit, minorem eſſe falſam formaliter: nullo enim modo eſt vera formaliter, nam prædicatum ſcilicet ſciẽtia non eſt de intellectu ſubiecti, i. modi ſciendi, circumſcripta quacunq; habitudine ad cauſam extrinſecã: neq; ẽt prædicatũ. ſ. ſcẽtia, inhęret ſubiecto. ſ. modo ſciendi, iſta

Modus multipliciter.

Logica, quare dr̃ modus ſciendi.

Modus ſciendi eſt ſcĩa nõ eſt p̃dicatio formalis.

namq; nõ eſt denoĩtiua, modus ſciendi eſt ſcientia: nec ẽt eſt vera in recto, ſed potius in obliquo: qm̃ pro tanto modus ſciẽdi dr̃ ſcĩa, pro quãto de modo ſciendi eſt ſciẽtia.

Ibi. Ad eius probationem, &c. Reſpondet ꝓbationi minoris, & duo facit. Primo qđ dictũ eſt. Secundo oſtẽdit maiorẽ argumenti eſſe falsã. ex hoc qđ ponit eius cõtradictoriã eſſe verã, ſ. modũ ſciẽdi eſſe ſciẽtiã, & ſimul declarat qua re eſt vera. Secundũ ibi. Et ita hęc, &c. Dicit igitur expoſitionẽ Com. intelligendã eſſe materialiter. Abſurdũ eſt. n, quærere ſcientiã & modũ ſciendi, ideſt ſcientiam ſeu logicam, quæ eſt de modo ſciendi. Et ita hæc prædicatio. modus ſciendi eſt ſcĩa, eſt vera, & ideo maior argumẽti principalis, eſt falſa; q́ erat, nullus modus ſciẽdi eſt ſcĩa. Hæc aũt eſt vera modus ſciẽdi eſt logica, ſeu ſcĩa, quia logica docet modũ ſciẽdi. Declarat qũo logica docet modũ ſciendi, & hoc, ne quis exiſtimet logicã docere modũ ſciendi, velut paſſionẽ de ſubiecto, ſicut dicimus Phyſicã docere mobilitatẽ de ſubſtantia naturali. Dicit igiẽ, qđ pro tãto logica docet modũ ſciẽdi, quia eſt de Syllogiſmo, vel de argumẽto, per quod tantum habetur ſcientia. Nota Doctorem dixiſſe de Syllogiſmo, vel de argumento, quoniam nõdum determinatum eſt, quodnam ſit ſubiectum in logica.

Hic ſunt quędam dubia enucleãda. Quorum primum eſt, An quilibet modus intelligendi ſit modus ſciendi? Ad hoc breuiter dico, quòd ſi modus ſciendi eſt per quod immediatè acquiritur ac confirmatur ſcientia, tunc non quilibet modus intelligendi eſt modus ſciendi: quod manifeſtè patet de genere, ſpecie, differentia, de ꝓpoſitione, ac de multis alijs, quibus immediatè, nec acquiritur, nec cõnfirmatur ſciẽtia, ſunt tamen modi intelligendi. Si autẽ omne quod nedum immediatè, ſed etiam remotè ac remotiſſimè, deſeruit ad acquirendam ac confirmandam ſcientiam, appellatur modus ſciendi, ſic genus, ſpecies, propoſitio, ac huiuſmodi intentiones vocari poſſunt modi ſciendi

Quilibet modus ĩtelligendi an ſit modus ſciendi.

Secundum dubium eſt, an Syllogiſmus Elenchus Sophyſticus ſit modus ſciendi? Ad quod breuiter dico, quod ſic, nam per ipſum confirmatur ſcientia. Scientia enim cõfirmatur Syllogiſmo topico, & elencho,

Syllogi. Elencus an ſit modus ſciendi

quamuis differenter, nam Topico Syllogiſmo confirmatur probabiliter perſuadendo: at Elencho Sophiſtico vitãdo deceptionem ac errorem hæc enim eſt quædam ſpecies confirmationis; traditur namque Sophiſtica, non vt faciamus deceptionem, ſed vt eam videamus, vt dicit Scot q.2. Elenc.

Modi intelligendi ac ſciẽdi an debeãt vocari modi rei intellectę, ac ſcitæ.

Tertium dubium eſt an modi intelligendi potius debeant vocari modi intelligendi ac ſciendi, vel modi rei intellectæ ac ſcitæ. Dico quod debent vocari modi intelligendi & ſciẽdi, quia ſunt modi ſub quibus res intelligitur, vel modi per quos ſcientia acquiritur, ſeu confirmatur.

Syllog. an ſit modus ſciendi.

Quartum dubiũ eſt, an iſta ſit vera, Syllogiſmus eſt modus ſciendi, ſeu è cõuerſo. Dicit Mauritius difficultate. 7. quod non, nam cum talis ſit prædicatio abſtracti de abſtracto, quæ eſt eſſentialiter vera, igitur illa eſſet eſſentialiter vera, quod non videtur eſſe dicendum. Potius ergo dicendum eſt, modum ſciendi eſſe Syllogiſticũ. Quod autem modus ſciendi ſit abſtractum, patet per Mauritium in expoſitione literæ dicentem, ſibi correſpondere modale, ſeu modificatum, vt eius concretum.

Contra Mauritium.

Sed mihi non videtur eſſe verum, quod modus ſciendi, ac Syllogiſmus ſint abſtracta, nam cum quicquid definitur ac conſideratur à logico, definiatur ac conſideretur in concreto, vt infra q 14. & 36. videbimus, logicus, definiat Syllogiſmum, ac conſideret de modo ſciendi, ideo Syllogiſmus ac modus ſciendi ſunt concreta: non ergo ſequitur quod illa propoſitio ſit falſa, quia eſt prædicatio abſtracti de abſtracto.

Propria reſponſio auctoris.

Dico igitur, qđ ſi modus ſciendi vniuocè dicitur de Syllogiſmo, ac de cæteris modis ſciendi, tunc iſta eſt per ſe primo modo, Syllogiſmus eſt modus ſciẽdi, & ſua conuerſa erit indirecta, & non naturalis ſcilicet iſta, modus ſciendi eſt Syllogiſmus. Si autem dicitur æquiuocè de illis, nõ tamen ideo hęc eſt falſa, modus ſciẽdi eſt Syllogiſ. quia termini ſint abſtracti, non.n. ſunt abſtracti, vt diximus. Cum aũt dicit vir iſte, modale vel modificatum eſſe concretum, modi ſciendi.

Modale & modificatum cuiꝰ sũt cõcreta.

Dico hoc eſſe falſum, nam licet ſit concretum modi, accipiẽdo modum pro quadã determinatione, nõ tamen accipiendo modũ pro via, ſeu manerie doctrinę. Quod ſi dicas Doctorẽ impugnando Egidiũ dixiſſe hanc prędicationẽ, modus ſciendi eſt ſcientia, eſſe abſtracti de abſtracto, igitur modus ſciẽdi eſt terminus abſtractus.

Obiectio tollitur.

Dico Doctorẽ dicere illam eſſe prędicationẽ in abſtracto, ad quã ſufficit ꝓdicatum eſſe abſtractũ, non autem dicit illam eſſe prędicationẽ abſtracti de abſtracto. Vel dicas illã impugnationẽ Doctoris procedere ex opinatis ab Egidio, qui vult talẽ prædicationem eſſe formalẽ, & per conſequens abſtracti de abſtracto, abſtractũ.n. de concreto formaliter prædicari non valet. Si autem queras reſpectu cuius modus ſciẽdi eſt concretũ. Dico quod eſt concretũ reſpectu ſubiecti, nam modus eſt alicuius modus ſciendi, & non niſi illius via applicaẽ, quod eſt eius ſubiectũ.

Obiectio tollitur.

Et ſi dicas id cuius eſt modus ſciendi eſt eius terminus, non ergo eius ſubiectũ. Dico aliquid poſſe terminare depẽdentiã alicuius vel in ratione termini, vel in ratione fundamenti, vel in ratione ſubiecti, hoc vltimo modo, modus ſciendi dicitur eſſe eius cui applicatur.

Ibi Aliter dici poteſt, &c. Hęc eſt ſecunda reſpõſio Scoti ad primũ principale, pro qua quinque ſunt notanda.

Logica dupliciter põt vocari modus ſciendi.

Primo quod logica dupliciter poteſt uocari modus ſciẽdi, Vno modo obiectiuè, ſeu materialiter & extrinſecè, quia.ſ. docet modum ſciendi. Alio modo ratione habitudinis, quã habet ad alias ſcientias, reſpectu quarũ poteſt vocari modus ſciendi, ac inſtrumentũ, nã vtimur logica in acquiſitione ac confirmatione aliarũ ſcientiarũ. Nolo tñ propter hoc hanc eſſe veram formaliter, logica eſt modus ſciendi, vel è conuerſo, ſed benè volo logicã fundamentaliter eſſe modũ ſciendi, pro quanto.ſ. eſt fundamentũ illius reſpectus, qui appellatur modus ſciendi, & ita modus ſciẽdi concomitatur ipſam logicã. Et hinc eſt quod illa expoſitio Com. poteſt eſſe vera uel materialiter, vel fundamentaliter, & concomitanter. Primo modo procedit prior reſponſio. Secundo modo procedit hęc ſecunda. Secundo notandũ Doctorẽ in litera addere ly ſi, quia aliter, põt exponi ille locus Philoſ. Vide Mauritiũ hic difficultate.10. & expoſitores Ariſ. vt noſti.

Copula duplex.

Tertio notandum duplicẽ eſſe copulam.ſ. verbalem & coniugalem, verbalis eſt hoc verbũ ſubſtantiuũ ſum, es, eſt, qđ ideo copula nominatur, qa prędicatũ ſubiecto cõnectit, dicitẽ vero verbalis ad differẽtiã alterius copulæ,

copulæ, quę non eſt verbum. Coniugalis autē copula eſt hęc coniunctio, &,ac ſimiles,quę quandoq; accipitur expoſitiuè, & tunc denotat ſequētem terminum, ſeu partem exponere antecedentem.Qñque autem accipitur copulatiuè, & tunc ſemper ponit inter diuerſa: nam non niſi aliqualiter diuerſa poſſunt coniungi: quod etiam verū eſt de copula verbali, prędicatum.n.differt à ſubiecto ſaltē ratione,& ideo copula verbalis ponitur ſemper inter diuerſa,cum nō poſſit accipi expoſitiuè. Quarto notandum abſurdum eſſe,quod fieri non debet, quod dupliciter contingit, vel ſcilicet quia fieri nequit, vel quia fieri condecens nō eſt: hic accipitur abſurdum ſecūdo modo. Vltimo notandum expoſitores hic errare, putāt.n. Doctorem in hac ſecūda reſponſione velle logicam eſſe modum ſciendi materialiter:quod tamen mihi videtur eſſe falſum, nam tunc hæc reſponſio nō differret à præcedenti:& tamen differt vt patet per Doctorem dicētem. Aliter dici poteſt,&c.His prænotatis patet litera Scoti, quę in duas ſecatur partes,in prima reſpondet ad argumentum principale: in ſecunda reſpondet ad quaſdam obiectiones,quæ fieri poſſent. Secunda ibi. Copulatio non debet,&c. Reſpōdet igitur concedendo minorem fundamētaliter, & concomitanter, & ſic debet intelligi expoſitio Commen. Si autem obijcias quia Philoſophus ponit ly &, inter ſcientiam, & modum ſciendi,igitur differunt, patet conſequentia, nam copulatio coniungit inter diuerſa.Item ſi logica eſſet modus ſciendi,tunc non eſſet abſurdum ſimul quærere ſcientiam & modum ſciēdi, quod tamen negatur a Philoſopho. Conſequentia patet,nam logica eſt modus ſciēdi per expoſitionem Commen. & eſt ſcientia per ſe, igitur non eſt abſurdum ſimul vtrumq; quærere.His obiectionib. reſpōdetur, atque quod copulatio.ſ.ly & poſitum in illa authoritate Ariſtot.non debet cadere inter ſcientiam & modum ſciendi, & ideo ex illa authoritate non ſequitur ſcientiam differre a modo ſciendi: nec abſurdum eſſe ſimul quærere ſcientiam & modum ſciendi. Sed debet cadere inter quærere ſcientiam, & quærere modum ſciendi: quod quærere ſubintelligitur in litera Ariſtot. cum ait. Abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam,&(ſupple quærere)modum ſciendi, & tunc ſenſus eſt, quod abſurdum eſt ſimul facere duo quæſita, quorum vnum ſit de ſcientia, aliud de modo ſciendi;quæ abſurditas non eſt, quia modus ſciendi, & ſcientia ſint idem formaliter:ſed quoniam ſunt idem fundamentaliter, & concomitanter, & ideo quærere ſcientiam eſt concomitanter, quærere modum ſciendi. Sicut quærere aliquid puta riſibilitatem, & quęrere illud quod eſt ſibi neceſſario coniunctum, puta diſciplinabilitatem,licet vnum non ſit formaliter reliquum. Per hæc patet quid dicendum eſt ad illas obiectiones.

Abſurdū quid & quotupliciter.

Error expoſitorum.

Secundo principaliter arguit ſic. Omnis ſcientia aut eſt Mathema.aut naturalis, aut diuina, aut continetur ſub aliqua iſtarum,ſed logica nec eſt Mathe. nec naturalis,nec diuina,nec ſub aliqua iſtarum continetur,ergo logica non eſt ſcientia. Maior eſt Ariſto.6.Meth.tex.Commen.2. Doctor in litera non ponit primam partem minoris, quoniam clarum eſt logicam non eſſe Mathe.nec naturalem, nec Meta. Breuiter reſpōdet aitq; Philoſophū vbi ſupra diſtinguere ſcientias reales, cuiuſmodi non eſt logica,eſt enim ſcientia rationalis.

2. Arg. principale.

Reſp.

Notandum duplicem eſſe denominationem ſcilicet intrinſecam, & extrinſecam: intrinſeca eſt cum denominans eſt in denominato, vt cum dico, parietem eſſe album: extrinſeca eſt cum denominans non eſt in denominato, vt cum dico, lapidem eſſe viſum vel intellectum, nam nec viſio, nec intellectio eſt in lapide: quælibet ſcientia ne dum denominatione intrinſeca, ſed intrinſecè, quoque & quidditatiuè dicitur realis, quia quælibet eſt de genere qualitatis.

Denoīatio duplex.

Si vero extendatur nomen denominationis intrinſecæ, ne dum ad prædicationem formalem, in qua denominans ſe habet vt forma exiſtens in denominato, ſed etiam ad prædicationem materialem, in qua denominans eſt ſubiectum, vel pars materialis denominati, ut dicendo, hæc forma eſt materialis, vel area eſt logica: ſic quælibet ſcientia poſſet dici denominatione intrinſeca (licet non intrinſecè, & quidditatiuè) rationalis, nam quælibet eſt in ratione tanquam in ſubiecto.

Quælibet ſciā pōt dici realis, & cōditionalis ēt denoīatione intrinſeca.

Extrinſecè verò aliqua ſcientia poteſt dici realis, & hoc vel quia non eſt adinuenta per actum rationis, vel quia eſt de obiecto, quod eſt ens reale, vel quia non eſt directiua rationis in actibus ſuis.

Primo modo nulla ſcientia dicitur realis, ſed quælibet vocatur ſcientia rationis, quoniam quælibet adinuenta eſt per actũ rationis.

Secundo modo tres tantum ſunt ſcientiæ rationis ſcilicet grammatica, rethorica, & logica; aliæ verò ſunt ſcientiæ reales. Vltimo modo ſola logica eſt ſcientia rationis, quia ſola dirigit rationem in actibus ſuis. Ex his colliges aliquam ſcientiam quadruplici ex cauſa poſſe vocari rationalem, vel quia ſcilicet eſt in ratione tanquã in ſubiecto, vel quia eſt adiuenta per actum rationis, vel quia eſt de ente rationis tanquam de ſubiecto, vel quia eſt directiua rationis in actus ſuos.

Sola logica eſt ſcĩa rõnalis.

Scientia quotupliciter põt dici rõnalis.

Vltimo principaliter arguit ſic. Nullus habitus procedens ex communibus, eſt ſcientia, logica eſt habitus procedens ex communibus: ergo logica non eſt ſcientia. Maior patet ex primo poſter. tex. Comm. 5. vbi Philoſ. aſſerit ſcientiam eſſe ex propriis, velut & demonſtrationem. Reſpondet negando minorem, nam logica per propria principia oſtendit paſſiones, licet eius vſus paſſiuus ſit circa communia. Quo modo logica ſit ex propriis, & de communibus dictum fuit ſupra.

3. Arg. 1.

Reſpon.

Balduinus quærit hanc candem quæſtionem, in qua ſunt multi errores, nec argumenta ipſius contra Scotum aliquid concludunt. Dicit enim primo, logicã neque ſcientiam neque artem, neque inſtrumentum, ſed propriè facultatem organorum artibus ac ſcientiis deſeruientium eſſe. Hoc ſic probat à ſimili, in Philoſophia naturali docentur res naturales, nec tamen res naturalis nuncupatur, ergo licet in logica doceantur inſtrumenta, non tamen propter hoc inſtrumentum appellari debet. Dico quod ſicut phyſica dicitur naturalis, quia docet res naturales, & meta. dicitur diuina, quia docet res diuinas, ita logica debet dici inſtrumentum, quia eſt de inſtrumento: ſic quod illa eſt prædicatio materialis, logica eſt inſtrumentum. Vide quę diximus ſupra de illa propoſitione, logica eſt modus ſciendi, & hic ad propoſitũ applicabis.

Logica an ſit inſtrumẽtum.

Secundo dicit logicam Ariſtot. compoſitam eſſe ex naturali & artificiali, & nõ eſſẽ totam artificialem. Contra, quod habetur per demonſtrationem, non eſt compoſitũ ex naturali & artificiali, ſed logica habetur per demonſtrationem vt declararum fuit ſupra, ergo &c. Nec ab Ariſt. 2. Ethi. cap. 1. colligimus aliud, quàm quod non poſſumus agere artificialiter, hoc eſt iuxta principia artis, niſi habeamus potentiam materialem, ideſt actum primum, ſeu habitũ artis.

Lo[gica] Ariſt. ſit cõp[o]ſita ex natur[ali] & a[rtifi]ciali

Tertio dicit logicam non poſſe vti propriis inſtrumentis, ſeu nõ poſſe ſibi ipſi applicari, quod duplici ſimilitudine probat. Primo ſic ſicut moralis tantum docet regulas, & non vtitur eis, ſolummodo enim ciues eis vtuntur, vt. 2. Eth. c. 2. & 5. dicit Philoſophus, ita ipſa logica tantum docet inſtrumenta, & non vtitur eis. Ex quo vlterius ſequitur logicam non eſſe ſcientiã, neque artem, nam ſcientię, & artes vtuntur inſtrumentis logicis. Secunda ſimilitudo colligitur, ex. 2. Eth. cap. 2. & 4. vbi Philoſ. vult moralem docere regulas ne dum vt ciues eas ſciant, ſed vt ſcitis dirigantur, ac per eas operentur, ergo à ſimili logica docet regulas, non ob ſcire tantum, ſed vt illis ſcitis, ac cognitis, artes ac ſcientiæ omnes operari valeant. Ex quo vlterius ſequitur logicã non eſſe ſpeculatiuam, ſed practicam. Reſpondeo negando has ſimilitudines. Prima namque non valet propter non conſimilẽ naturam entium, ac regularum, ac etiam propter diuerſitatem eorum in quæ nata ſunt dirigere: quoniam entia logicalia ſe ipſis applicari valent, & regulæ logicales natæ ſunt dirigere in actus intellectus; at regulæ morales non ſunt natæ dirigere, niſi in opus alterius potentiæ ab intellectu, quod opus poſſit eſſe praxis. Taliſq; vel talis aptitudo, ſeu directiuitas conſequitur talem, vel talem naturam entium ſeu regularum. Et hinc eſt quod intellectus non poteſt vti regulis moralibus ad dirigendum ſe ipſum in aliquem ſuorum actuum, ſecus autem erit de regulis logicis. Secunda ſimilitudo poteſt concedi, quantum ad hoc, quod ſcilicet ſicut ſcientiæ morales docent regulas, ne dum ob ſcire, ſed etiam propter operari, ita quoque eſt de logica: ſed non valet ſimilitudo quantum ad hoc, quod

Logica an poſſit vti propriis inſtrumentis.

Reſpon.

Logica & moralis ĩ quo ſint ſimiles & diſſimiles.

ſcilicet,

ſcilicet,ſicut moralis,ſic & logica non poſſit vti proprijs inſtrumentis ſeu regulis; quemadmodum dictum fuit ſupra. Nec etiam valet ſimilitudo quantum ad hoc, quod ſicut moralis eſt practica, ita & logica ſit practica; quia logica non dirigit in actus alterius potentiæ ab intellectu, quod requiritur ad ſcientiam practicam, quemadmodum ex intentione Scoti, declarauimus ſuper quartam quæſtionem prologi ſententiarum.

Quartò dicit logicam non eſſe ſcientiã, quod probat vnica ratione quæ eſt talis. Omnes artes ac ſcientiæ denominantur à ſubiecto & à fine, ſed logica non poteſt dici ſcientia ab obiecto, vel à fine, ergo logica non eſt ſcientia. Minor probatur quoad vtranque partem. Quo ad primam ſic, nam Philoſ. primo poſter. capit. 5. 6. 15. & 16. vult ſcientiam eſſe neceſſariorum ac impoſſibilium aliter ſe habere, at ſecundæ intentiones non ſunt neceſſariæ, nec vniuerſaliter veræ, igitur logica non poteſt dici ſcientia ratione obiecti, Hæc minor probatur, quæ fiunt ab intellectu non ſunt ſemper ac vniuerſaliter vera, ſicut patet per Philoſophum ponentem diſcrimen inter opera naturæ & artis, ſeu intellectus, ex hoc quia de operibus naturæ habetur ſcientia, cum ſint ſemper, aut in maiori parte vera; ſed de operibus artis non eſt ſcientia, cũ nec ſemper, nec in maiori parte ſint vera; cum igitur ſecundæ intentiones ſint ab intellectu, non erunt neceſſariæ, nec ſemper, ſeu vt in pluribus veræ. Secunda pars minoris probatur, ſcilicet logicam non poſſe dici ſcientiam à fine: nam finis ſcientiæ eſt ſcire, finis logicæ non eſt ſcire, ſed adminiculari, vt dicit Philoſophus primo Topic. cap. 9. ergo logica non poteſt dici ſcientia ratione finis.

Sciẽtia quo neceſſariorum ac impoſſibiliũ aliter ſe habere.

Huic rationi reſpondeo negando minorem, ad cuius primæ partis probationem dico, ſcientiam eſſe neceſſariorum ac impoſſibilium aliter ſe habere, non quia ſit de obiecto abſolutè neceſſario; tunc enim de homine, & de ente naturali, non eſſet ſcientia, quia talia entia ſunt corruptibilia: ſed dicitur impoſſibilium aliter ſe habere, comparatiuè, eo quòd in comparatione ad principia ac prædicata impoſſibile eſt ſubiectum aliter ſe habere.

Et hoc videtur eſſe de mente Philoſoph. primo Poſter. tex. Commen. 44. vbi ait. Si igitur eſt demonſtratiua ſcientia ex neceſſariis principiis, quod enim ſcitur non poteſt aliter ſe habere. Quæ litera ſic exponi poteſt. Quod ſcitur non poteſt aliter ſe habere, ſi pro quia, demonſtratiua, ſcientia eſt ex neceſſariis principiis.

Hocque modo non inconuenit concedere intentiones ſecundas eſſe entia neceſſaria. Vide ad hoc Scotum, quæſt. 1. primi Priorum. Ad hoc idem aliter poſſumus reſpondere ex Ariſtot. 7. Meth. tex. Com. 53. Vbi ſuppoſita diſtinctione de ſubſtantia, nam quædam eſt ſimul totum, ideſt, ſingularis, quædam ratio, ideſt forma ſeu quidditas: dicit de ſubſtantia primo modo non eſſe definitionem nec demonſtrationem, eo quòd cum ſit ſingularis, erit generabilis & corruptibilis.

De ſubſtantia autem ſecundo modo eſt ſcientia; quia eſt æterna & incorruptibilis. Ita in propoſito dico duplicem eſſe intentionem, quædam eſt ſingularis, quæ poteſt corrumpi, ſeu deſinere eſſe, vt hæc ſpecies fundata in homine, ac in boue, & de tali non eſt ſcientia, ſicut nec de Socrate, & Platone: quædam eſt abſtracta ab hac & ab illa intentione, vt vniuerſale ac Syllogiſmus in communi, & ſic de intentione conſiderata, quantum ad eſſe quidditatiuum poteſt eſſe ſcientia, & hoc ne dum vt eſt quoddam ens ſpeciale, ſed etiam vt eſt applicabilis rei, de quo magis infra. q. 14. Ex his patet quomodo intentiones ſecundæ ſunt entia neceſſaria.

Et cũ probatur hoc non poſſe eſſe, quia ſunt ab intellectu, & quæ ſunt ab intellectu ſeu ab arte non ſunt ſemper vera. Dico intellectum accipi æquiuocè a. Philoſopho, nam quandoque accipitur pro potentia intellectiua, quandoque pro actu intellectus, quandoque pro agente ſecundum propoſitum: & hoc vltimo modo capitur cum ait, quæ fiunt ab intellectu non eſſe ſemper vera: intentiones autem ſecundæ fiunt ab intellectu capto primo modo. Cũ verò probatur logicam non eſſe ſcientiam quia eius finis eſt adminiculari ſecundum Philoſophum. Dico, quòd Philoſophus loquitur de logica vtente, non de docente.

Intellectus eſt cõe æquiuocum.

Quinto

Quinto oſtendit quatuor rationibus logicam docentem non eſſe ſcientiam : prima quarum talis eſt. Si logica docens eſt ſcientia, hoc maximè, eſt quia multa demõſtratiuè concluduntur in logica, ſed hoc eſt falſum : quia quæ per ſe demonſtrantur ſunt naturaliter ignota, at quæ ſunt in logica docente non ſunt naturaliter ignota, ergo quæ ſunt in logica docente non poſſunt per ſe demonſtrari. Minor probat nam per Auer. primo ph. Commento 3. Quæ facit artifex ſunt nota artifici, ſed intellectus eſt verè artifex ſecundarum intentionum, ergo ſecundę intentiones ſunt per ſe notæ intellectui.

Huic rationi poſſumus, quadrupliciter reſpondere, Vno modo diſtinguendo de artifice, qui ſi accipiatur largè pro quolibet agente naturaliter, vel libere, ſic intellectus poteſt dici artifex ſecundarum intentionum, ſed tunc falſum eſt omni artifici nota eſſe quæ fiunt ab ipſo. Si autem accipitur propriè pro agente ſecundum propoſitum, vt diſtinguitur contra agens naturale: ſic intellectus non eſt artifex ſecundarum intentionum. Vel aliter dicamus illam propoſitionem nec haberi, nec colligi ex his quæ habet Auer. vbi citatur. Vult enim ibi Commen. oſtendere cauſas eſſe notiores naturæ, quàm cauſata, quia natura facit compoſita ex cauſis. Et hoc verum eſſe declarat ex diſpoſitione rerum artificialium cum artifice, cui cauſæ componentes artificialia ſunt notiores quàm artificiata. Non ergo habemus ab Auer. artificiata eſſe per ſe nota artifici: ſed bene colligimus artificiata poſſe eſſe nota artifici, ex hoc quòd cognoſcit cauſas. Vel aliter dicamus illam propoſitionem nullo modo ſequi ex dictis Auer. nam quamuis cauſæ materiales componentes artificialia ſint notæ artifici, non tamen ſequitur propter hoc rem artificialem eſſe notam artifici, quoniam cauſa materialis vel non eſt cauſa, vel ſaltem eſt cauſa partialis minus principalis cognitionis rei. Vel vltimo dicamus. Commen. ibi loqui de rebus factis, ideſt compoſitis, & de artifice componente : qualis artifex non eſt intellectus reſpectu ſecundarum intentionum.

Secundo arguit ad idem ſic, modus conſiderandi ſumitur à modo definiẽdi. 6. meta. tex. Commen. 2. Sed quæcunque definiuntur in logica docente, vt inſtrumenta definiuntur, ergo vt inſtrumenta conſiderantur, ergo logica non eſt ſcientia. Minor patet inductiuè. Syllogiſmus enim eſt oratio, &c. Ideſt Syllogiſmus eſt inſtrumentum ad notificandum nobis aliud : & hoc modo cæteræ definitiones ſunt intelligendę. Vltima conſequentia probatur, quia habitus, qui eſt de aliquo vt inſtrumentum, non eſt ſcientia.

Poteſt concedi tota ratio, & negari vltima conſequentia, logicus namque conſiderat ſecundas intentiones, vt ſunt rebus applicabiles, & ita vt inſtrumenta : inſtituit enim ratio in intentionibus quemdam modum quo à principiis ad cõcluſionem procedi poteſt, & ideo non ſequitur logicam non eſſe ſcientiam.

Arguit tertio ſic. Modus ſciendi non eſt ſcientia, logica eſt modus ſciendi, ergo logica non eſt ſcientia. Dictum fuit ſupra minorem eſſe veram materialiter, non autem formaliter. Contra quam reſponſionem arguit ſic, oſtendendo modum ſciendi formaliter ineſſe logicæ.

Quod eſt ratio formalis alicuius, conuenit ei formaliter, ſed inſtrumentum, ſeu modus ſciendi eſt ratio formalis logicæ, ergo eſſe inſtrumentum formaliter, ac per ſe cõuenit logicæ. Maior eſt Ariſt. primo Poſter. cap. de per ſe. Minor eſt etiam eiuſdem Philoſophi primo Top. cap. 9. vbi vult ea quæ docentur in logica eſſe inſtrumenta artibus adminiculantia. Quod confirmatur, quia eſſe modum ſeu inſtrumentum ſciendi ponitur in definitione eorum, quæ conſiderantur in logicam ; igitur per ſe & formaliter ineſt logicæ.

Reſpondeo negando minorem, ad eius probationem dico, quòd non valet hæc conſequentia, quæ docẽtur in logica ſunt inſtrumenta, igitur logica eſt formaliter & per ſe inſtrumentum. Imo hoc eſt contra ipſum Balduinum, negantem logicam eſſe inſtrumentum.

Ad confirmationem ſimiliter dico, conſequentiam nullam eſſe: ſequitur namque tantum logicam materialiter eſſe inſtrumentum.

Imo dico quòd ea, quæ conſiderantur in logica, non ſunt quidditatiue inſtrumẽta ; eſſe

ta ; eſſe

ta; eſſe namque inſtrumentum non eſt de quidditate intentiones ſecundæ, nec defini tio, qua definiuntur vt inſtrumenta, eſt me re quidditatiua, & ideo non eſt neceſſe, vt omnia quæ ponuntur in earum definitione, formaliter & quidditatiuē eis conueniant. Dico etiam vlterius, quòd male exponit definitionem Syllogiſmi, nam per orationem non debemus intelligere inſtrumentum, vt clarum erit ex his quæ dicam infra.q.3.

Quarto arguit ſic procedens ex communibus non eſt ſcientia, logica docens procedit ex communibus, ergo non eſt ſcientia. Dictum fuit minorem eſſe falſam, nam logica docens per propria principia oſtendit proprias paſſiones. Hanc reſponſionem dicit Balduinus ſcatere multis erroribus. Primus eſt, quia Scotiſtæ præſupponunt logicam docentem realiter differre ab vtente. Secundus eſt quia non intelligunt, quid nominis, nam logica non debet dici vtens, ſed vſitata.

Tertius error eſt, quia non percipiunt, quid rei logicæ vtentis, nam dicunt ipſam eſſe ex communibus, quod tamen falſum eſt. Hoc probatur auctoritate, & exēplo. Auctoritas eſt Ariſt. primo Eth. cap. 2. & 2. cap. 2. & in primo de part. animalium primo, & 2. Meth. tex. Commen. 15. ex quibus locis colligitur, quamlibet doctrinam vti debere peritia, ideſt logica particulari. Exemplum eſt Philo. 6. Meth. text. Comment. 2. vbi docet proprium modum definiendi ipſius Metaphyſici, & tamen definitio eſt inſtrumentum logicale. Similiter primo, & 2. Phyſ. 17. docet propriū modū quo naturalis vti dēt: ergo logica vtens non eſt ex communibus, ſed ex proprijs, quia aliter particulari modo non vteretur meta. definitione, & naturalis demonſtratione.

Ad hanc quartam rationem reſpondeo vt dictum fuit ſupra. Nec eſt verum reſponſionem illam multis inuolutam eſſe erroribus. Non enim dicimus logicam docentem ac vtentem realiter differre, ſicut Balduinus nobis imponit, nam eadem met logica, diuerſimodè conſiderata, dicitur docens, & vtens. Similiter Scotiſtæ intelligunt, quid nominis logicæ vtentis, cum ponant actiuum pro paſſiuo: quod non eſt inconueniens, nam iſta locutio non eſt incongrua, intellectus intelligit, anima gaudet, & tamen ponitur actiuum pro paſſiuo.

Percipiunt quoque Scotiſtæ quid rei logicæ vtentis, & cum oſtenditur quod non quia Scotiſtæ dicunt illam eſſe ex communibus, & tamen eſt ex proprijs. Dico logicam vtentem dupliciter conſiderari poſſe, vno modo, vt non eſt applicata alicui materiæ determinatæ, alio modo vt eſt applicata Phyſicæ, vel meta. Primo modo logica vtens eſt vniuerſalis. Secundo modo eſt particularis. Exemplum eſt de albo, & de hoc albo, nam album eſt commune licet concernat ſubiectum, & hoc album eſt particulare.

Logica utēs dupliciter.

Vel aliter dicas ex Comment. 2. Meth. Commen. 15. & alibi, duplicem eſſe logicā, quædam eſt vniuerſalis omnibus ſcientijs, & quædam propria vnicuique ſcientiæ, & homo non poteſt eſſe inſtructus in qualibet arte niſi ſciendo vniuerſalia, & propria de eis. Hæc Auerroes, ex quo loco habemus logicam vtentem, ſaltem vniuerſalem, eſſe ex communibus. Ad illud de. 6. Meth. dico definitionem dupliciter conſiderari poſſe, aut ſecundum quòd eſt inſtrumentum ducens intellectum ad quidditates rerum intelligendas, aut ſecundū quod ſignificat naturas rerum. Primo modo logicus conſiderat de deffinitione, ſecundo verò modo methaphyſicus, & naturalis cō ſiderant de deffinitione. Hæc Auerroes. 7. meth. Commenr. 42.

Logica duplex.

Definitio dupliciter conſiderantur

Vltimo loco nititur Balduinus ſoluere rationes Scoti probantes logicam eſſe ſciētiam. Ad primam, quæ erat, in logica multa demonſtratiuè concluduntur, ergo logica eſt ſcientia, reſpondet negando antecedens.

Quod ſi probetur, quia in logica ſunt omnia requiſita ad demonſtrationem, ſcilicet ſubiectum paſſio, & definitio. Dicit hoc eſſe verum, quòd ſcilicet omnia iſta ſunt in logica, ſed negat poſtea iſta ſufficere ad demonſtrationem, ſequitur enim vltra hoc vt illud quod demonſtratur ſit per ſe ignotum, cuiuſmodi non ſunt ſecundæ intentiones, & ideo in logica non

ſunt

ſenſibile,ergo nec ſcibile. Maior habetur à Philoſopho primo poſter. vbi vult quid omnis doctrina, & omnis diſciplina intellectiua fiat ex præexiſtenti cognitione ſenſitiua.

Quinto, quod non poteſt habere paſſionem, non eſt ſcibile, ens rationis eſt huiuſmodi,ergo &c. Minor probatur: nam ſubiectum eſt cauſa ſuæ paſſionis,aliter demonſtratio non eſſet per cauſam,ſed ens rationis non poteſt eſſe cauſa alicuius.

Sexta ratio.

Sexto illud tantum eſt ſcibile, quod eſt vniuerſale, vel ſi eſt ſingulare, habet tamen incorruptibilem formam; at ens rationis, nec eſt vniuerſale, nec eſt ſingulare habens incorruptibilem formam,ergo &c. Minor probatur,quo ad primam partem, cuiuſq; enim per eſſentiam competit eſſe quo, illi non poteſt competere eſſe quod, ſed enti rationi conuenit eſſe id quo res dicitur vniuerſalis, ergo ens rationis non eſt vniuerſale.

Reſp. ad primam rationē.

Res ſicut ſe habet ad eſſe ſic ſe habet ad ſcibilitatē, quō intelligitur.

Ad iſtas rationes reſpondeo: & dico ad primam, quòd aliquid eo modo ſe habeat ad ſcibilitatem,quo ſe habet ad entitatem, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quòd qualis eſt gradus entitatis, talis quoque ſit gradus cognoſcibilitatis ac ſcientiæ. Alio modo quod quale eſt eſſe ſcibilis, tale ſit eſſe ſcientiæ, & hoc quantum ad omnem modum eſſendi. Primo modo maior eſt vera,& habetur à Philoſ. 2. Meth. tex. Com. 4. Secundo verò modo eſt falſa; nam ſi ſcibile eſt ens per ſe,ſeu ſubſtantia,non ſequitur ſcientiam eſſe ens per ſe,ſeu ſubſtantiā: ita nec ſequitur quòd ſi ſcibile ſit ens ſecundum quid,quòd ſimiliter ſcientia, quæ eſt de ipſo,ſit ſcientia ſecundum quid.

Ad 2. rationem.

Ad ſecundam rationem nego maiorem, nam ad hoc vt aliquid ſit ſcibile,ſufficit quòd poſſit terminare intellectionem. Et cum obiicitur, quia tunc entia fictitia eſſent ſcibilia, cum poſſint terminare intellectionem. Reſpondeo negando conſequentiam,quia cū dico,ſufficere ad hoc vt aliquid ſit ſcibile, quòd poſſit terminare intellectionem,non intendo per hoc excludere ab ipſo ſcibile, quamcumque aliam conditionem: ſed ſolummodo quòd non eſt neceſſe vt moueat intellectum.

Ad 3. rationem.

Ad tertiam rationem dico, quòd ſcientia, quæ eſt habitus in genere qualitatis, non refertur realiter ad ens rationis. Nec eſt vniuerſaliter verum, quòd quælibet ſcientia realiter referatur ad ipſum ſcibile,hoc enim tantum eſt verum de ſcibili,quod poteſt menſurare extrinſecè,& effectiuè;quale non eſt ens rationis, vt infra.q.2. erit manifeſtum. Et de tale ſcibili procedunt probationes minoris, vt clarum eſt ſpeculanti.

Quæ ſcientia refertur realiter ad ſcibile.

Ad 4. rationem.

Quartæ rationis maior eſt falſa. Ad cuius probationem dicendum, intentionem Ariſt. in initio primi poſter. non eſſe,quòd omnis doctrina ac diſciplina fiat ex præexiſtenti cognitione ſenſitiua;ſed quòd fiat ex præexiſtenti cognitione intellectiua,quia ibi Philoſophus vult quòd ſint quædam præcognitiones ex quibus fit omnis doctrina,& omnis diſciplina diſcurſiua,de qua ibi videtur loqui: ſunt autem illæ præexiſtentes cognitiones intellectiuæ, & non ſenſitiuæ, vt ex ipſomet Philoſopho clarum eſt, præcognitiones.n. quid eſt,& quia eſt,ſunt cognitiones intellectiuæ. Aliter poſſumus reſpondere, concedendo illud non eſſe ſcibile, quod nec in ſe,nec in ſuo fundamento, nec in aliquo alio eſt ſenſibile,modo ens rationis eſt ſenſibile in ſuo fundamento,vt infra quæſt. 3. declarabimus.

Ad 5. rationem.

Ad quintam rationem dicendum quod ens rationis habet proprias paſſiones ab ipſo cauſatas,vt infra.q.3. declarabimus.

Ad 6. rationem.

Ad vltimam rationem dico, quòd ens rationis, ſeu ſaltem id quod ponitur ſubiectum in Logica, eſt vniuerſale. Et cum probatur,quod non,quia quod eſt quo,non poteſt eſſe quod. Dico hoc falſum eſſe in ſecundis intentionibus: habent enim entia rationis ſpeciale priuilegium, quia ſibi ipſis applicari poſſunt, vt etiam alibi diximus.

Secunda concluſio huius viri erat,quòd Logica non eſt ſcientia propriè dicta. Ad quam probandam adducit quinque rationes.

1. Ratio.

Prima eſt talis: Modus ſciendi non eſt ſciētia,quia aliter idem eſſet modus ſui ipſius,at Logica eſt modus ſciēdi,ergo &c. Dicitur,quòd logica poteſt dupliciter conſiderari,ſcilicet vt docens,& vt vtens,logica vt vtens,eſt modus ſciendi,& non ſcientia,at vt docens eſt ſcientia, & non modus ſciendi. Contra quia ſi ex hoc quòd vtimur logica in aliis ſcientiis,ipſa logica non eſt ſcientia, ſed modus ſciendi, igitur cum vtamur Meta.in aliis ſcientiis, & præcipuè

in lo-

in logica, ipſa meta. non erit ſcientia, ſed modus ſciendi. Secunda ratio eſt talis. Sicut ſe habet ſcientia ad hoc quòd dicatur realis vel rationis denominatione extrinſeca ab obiecto, ita ſe habet ad hoc quod dicatur ſimpliciter vel ſecundũ quid ab obiecto, cum non ſit maior ratio de vno, quàm de alio, ſed illa ſcientia dicitur rationis quę eſt de ente rationis, tamquam de obiecto, igitur illa dicitur ſcientia ſecundum quid, quæ eſt de ente ſecundum quid, talis eſt logica, ergo &c.

2. Ratio.

3. Ratio. Tertia, ſcientiæ ſecantur quemadmodum & res. 3. de anima, text. Comm. 38. ſed res diuiditur in rem ſimpliciter & in rem ſecundum quid, ſicut & ens. 6. Meth. igitur ſcientia diuiditur in ſcientiam ſimpliciter, & in ſcientiam ſecundum quid, ſed logica non eſt ſcientia ſimpliciter cum non ſit de ente ſimpliciter, ergo &cęt.

4. Ratio Quarta eſt talis, ſi logica eſt ſcientia, vel igitur eſt practica, vel ſpeculatiua, quorum nullum eſt dicendum. Probatur, quod non ſit ſpeculatiua. Tum primo quia ſpeculatiua diuiditur, à Philoſ. 6. Met. in Phyſicam Math. & diuinam, ſub quarũ nulla comprehenditur logica. Tum quia omnis ſcientia ſpeculatiua, aliqua pratica eſt melior, ſed logica non eſt melior aliqua practica, ergo &c. Maior eſt nota, quia quod eſt propter ſe, eſt melius ac nobilius, eo quod eſt propter aliud, at ſpeculatiua eſt propter ſe, & practica propter opus. Minor probatur qa nobilitas ſcientiæ eſt ex nobilitate ſubiecti, ſed ens rationis de quo eſt logica, non eſt nobilius actibus humanis regulabilibus ratione, de quibus ſunt ſcientiæ practicæ. Quod verò logica non ſit practica patet, cũ nec ſit actiua nec factiua.

5. Ratio. Quinta ratio erit talis. Habitus qui docet modum ſpeculandi vniuerſaliter, & particulariter ipſas res, & nõ ſpeculatur proprium ſubiectum, qui docet ordinare alias res, & non ordinat proprium ſubiectum, qui docet Syllogizare, & non Syllogizat proprium ſubiectum, qui docet demonſtrare, & nihil demonſtrat de proprio ſubiecto, non eſt propriè ſcientia, ſed potius eſſentialiter eſt modus ſciendi, ſed habitus acquiſitus per ſtudium omniũ librorum logicæ, eſt talis habitus, ergo &c.

1 Ad Rationem. Ad primam rationem pro hac vltima concluſione adductam, dicendum, quòd logica dicitur modus ſciendi, quia eſt de modo ſciendi, vt dictum fuit ſupra. Imo dato etiam quòd logica vtens eſſet modus ſciendi, & non ſcientia, non tamen ſequitur meta. non eſſe ſcientiam, quia non utimur meta. in aliis ſcientiis, quamuis enim logicus pertractet de prædicamentis inquantũ eis applicantur intentiones, non tamen ex hoc ſequitur, quod vtatur meta. ſicut patet ex his quæ diximus ſupra declarando quotuplex eſt logicæ vſus. Ad ſecundam rationem dicendum quod maior eſt falſa, ſicut diximus reſpondendo ad primam rationẽ alterius concluſionis. Nec eſt par ratio, quod ſcientia, quæ eſt de aliquo, dicatur realis, vel rationis, & quòd dicatur ſcientia ſimpliciter, vel ſecundum quid, quia reale & rationis non diminuunt rationem ſcientiæ, ſed tantũ contrahunt ſcientiam, & ly, ſecundum quid eſt dictio diminuens, vel potius diſtrahens reſpectu ſcientiæ, quia ſcientia ſecundum quid, verè non eſt ſcientia; nec poteſt dici ſcientia niſi æquiuocè. Ad 2. rationem.

Ad tertiam rationem dico, quòd Philoſ. 3. de anima non vult habere, quod ſcientiæ abſolutè ſecantur quemadmodum & res, quia aliter de eadem re non poſſent eſſe diuerſæ ſcientiæ, quod tamen eſſe falſum patet, ex. 2. Phyſ. tex. Com. 16. & inde vbi Philoſophus vult, quod eædem ſunt lineæ naturales, & Mathematicæ. Et Comment. 2. Phyſ. Com. 71. inquit. Cum ens diuiditur ſecundum conſiderationem demonſtratiuam intrabit vna natura in duas artes, vt conſideratio naturalis, & Mathematici de corpore, ſuperficie, & linea. Nec vult haberе quod ſcientiæ debent ſecari ſecundum diuerſitatem in gradu eſſendi vario ſecundum perfectum, & imperfectum, quia vt habetur. 2. Phy. tex. Com. 71. ſcientia de corporibus corruptibilibus, & æternis eſt eadem ſcientia: nam ſcientia naturalis eſt de iſtis corporibus. Dictum igitur Philoſ intelligitur quoad diuiſionem, quæ fit ſecundum potentiam, & actum; & non de diuiſione quæ fit quantum ad alia. Vide Zimaram in Theorem. & in tabula. Aliter poſſumus dicere quod ſimilitudo Philoſophi valet tãtum quantum ad diuiſionem, quia ſicut res diuiduntur, ita & ſcientiæ, quæ ſunt de illis rebus, diuiduntur, & non ſunt eædem: non autem valet quantum ad modum diuiſionis. Ad 3. rationem. Scientię ſecantur quemadmodũ et res, quo intelligitur.

Ad quartam rationem dico quod Ad 4. rationem.

logica

Logica eſt ſcientia ſpeculatiua, & cum probatur, quod non, quia non eſt phyſica, &c. Dico quod Philoſ.6. Meth. diuidit ſcientias reales ſpeculatiuas. Ad aliam probationem dicit Scotus. q. 4. Prologi reſpondendo ad quartum principale, quod illa propoſitio eſt falſa, quod ſcilicet omni practica aliqua ſpeculatiua eſt nobilior, ſeu omnis ſpeculatiua eſt nobilior aliqua practica. Vel aliter dico, quod tunc ſpeculatiua eſt nobilior practica, quando ſubiectum practicæ nō eſt nobilius ſubiecto ſpeculatiuæ. Vide Antonium Andr. primo Meth. q. 12.

Ad 5. rationem. Ad quintam rationem dicendum, quod minor eſt falſa, vt patet.

QVÆSTIO II.

Vniuerſalium.

Vtrum Logica ſit ſcientia communis?

IVre Doctor præmiſit primam quæſtionem, nam quid debet præcedere quale, & prima quæſtio quærit, quid eſt Logica, an ſcilicet ſit ſcientia, ſecunda verò quærit qualis ſit, an ſcilicet ſit communis.

Ordo. Poſſumus etiam aſſignare aliam rationem ordinis ſeu continuationis dicendo, quòd cum ly commune ſe habeat vt determinatio reſpectu ipſius ſcientiæ, diuiditur enim ſcientia in communem & ſpecialem, idque quod determinatur ſeu ſpecificatur ſit communius contrahente, ac eo, quod conſtituitur per talem determinationem, vt patet de animali, rationali, & homine, ideo ſcientia erit communior ſcientia communi: at communiora ſunt præponenda primo Phyſ. tex. Com. 4. Et hoc ut dicit Commen. in Prologo, tum quia ſunt notiora, quo ad nos; tum ne fiat in ſcientia repetitio: tum etiam vt demonſtratio procedat ex primis ac propriis, igitur prior quæſtio iure præpoſita fuit ſecundę.

Cōiora quare p̄ponenda.

Vnicus terminus relinquitur declarandus, qui eſt ly commune, cæteri namque patent ſupra. Dicamus igitur duplicem eſſe communitatem: quædam eſt fundamentalis ſeu radicalis, quæ conſiſtit in recipere, & hac materia dicit communis multis formis, & ſubiectum multis paſſionibus, vt ait Fran. de May. 2 d. 3. q. 5. Quædam eſt communitas vniuerſalitatis, & hæc eſt duplex, vna eſt vocis tantum, quomodo vox æquiuoca dicitur communis multis, vt hęc vox canis eſt communis cæleſti marino & terreſtri. Alia eſt ſecundum rem, & hæc multiplex. nam alia eſt cauſalitatis, vt cum cauſa poteſt producere plures effectus. Alia eſt repreſentiuitatis, vt ſpeciei intelligibilis, quæ multa repræſentat. Alia eſt intellectiuitatis, qua intellectus dicitur communis pluribus intelligibilibus, quia poteſt plura intelligere. Alia eſt diſtributionis, vt ſigni vniuerſalis. Alia eſt applicationis, & vſus, qualis eſt communitas ſecundarum intentionum. Alia eſt prędicationis, qualis eſt communitas generis, ſpeciei, tranſcendentium, ac vniuerſaliter eorum, quæ prædicantur de pluribus ſecundum eandem vocem, ac eundem conceptum, vt eſt communitas entis, animalis, hominis, & albi reſpectu ligni, parietis, ac hominis. Titulus quæſtionis intelligitur de communitate applicationis ſeu vſus, & prædicationis. Notandum tamen aliquid poſſe dici commune vel intrinſecè, vel extrinſecè: intrinſece cum ex ratione ſua dicitur commune, ſic quod vel de pluribus prædicati vt, vel pluribus applicatur. Quod verò vocatur commune ratione obiecti, dicitur commune extrinſecè. Titulus quæſtionis intelligitur de communitate extrinſeca.

Cōitas quotuplex.

Aliquid dicitur cōe dupliciter.

Doctor tenet Logicam eſſe ſcientiam cōmunem, quod vnica ratione probat, quæ ſic erigatur. Omnis ſcientia, cuius ſubiectum ac pertractata in ipſa ſunt communia, eſt communis, at logica eſt ſcientia, cuius ſubiectum ac pertractata in ipſa ſunt communia, ergo logica eſt ſcientia communis. Maiorem non probat Doctor, quam tamen nos dupliciter probare poſſumus. Primo: ſic ſimilium, ſi vnum eſt commune, aliud quoque eodem modo erit commune, aliter inter illa non eſſet ſimilitudo: ſed ſcientia & ſubiectum ſunt ſimilia,

Arg. ad oppoſitum.

cum.

cum ſcientia referatur ad ſcibile, velut ſcibi bilis ſimilitudo, vt ait Philoſophus in prædicam.cap.de relatione, & 5.Met.tex. Com. 20. ergo ſi ſubiectum erit commune, & ſcientia erit communis. Secundo probatur eadem maior a ſimili. Meta. dicitur diuina à Philoſ. in proœmio meta. quoniam eſt diuinorum, ergo à ſimili ſcientia dicitur communis, quoniam eſt communium, ſeu de communibus. Minor etiam dupliciter probatur, primo ex litera, ſecundo extra literam. Ex litera formetur talis ratio. Omnes ſecundæ intentiones, ſunt communes, quia primis applicabiles, at ſubiectum logicę, ac pertractata in ipſa, ſunt ſecundæ intentiones, ergo ſubiectum logicæ, ac pertractata in ipſa ſunt communia. Minor patet per Boetium dicentem logicam eſſe de ſecũdis intentionibus applicatis primis. Probatur ſecundo extra literam eadem minor, nam per Philoſophũ primo poſt.tex Com. 27. ſi logica eſſet alicuius generis ideſt, ſubiecti determinati, non interrogaret, ergo ſubiectum eius debet eſſe commune. Notandum ly, & poſitum in litera inter communes & applicabiles, poſſe tripliciter accipi, vno modo expoſitiuè, & tunc per ly applicabiles, Doctor declarat, qualis ſit communitas ſecundarum intentionum, eſt.n. communitas applicationis. Alio modo poteſt accipi copulatiuè, & tunc dicẽdum eſt, Doctorem poſuiſſe ly, & inter communes, & applicabiles, propter diuerſum vſum logicę, ratione cuius diuerſitatis logicalia diuerſimodè dicuntur communia, logicalia enim dicuntur communia, aut quia aliæ ſcientiæ vtuntur ipſis pro medio, aut pro regulis, propter primũ dixit cõmunes, propter ſecũdum addidit, & applicabiles. Alio modo poteſt accipi ly &, pro quia, tuncq; reddit rationem quare intentiones ſecundæ ſunt communes, & ait quia ſunt applicabiles primis.

Logicalia dupliciter dicuntur cõia.

In corpore quæſtionis Doctor duo facit. Primo dicit à quo, & quotupliciter ſcientia dicatur communis. Secundo applicando diſtinctionem ad propoſitum declarat, quomodo logica eſt ſcientia communis. Secundum ibi primo modo, &c. Dicit ergo primo, quod ſcientia dicatur communis à ſubiecto, & quoniam ſubiectum poteſt eſſe commune communitate applicationis ſeu vſus, vel communitate prædicationis, ideo ſcientia dupliciter poteſt dici communis. Notandum duplicem eſſe denominationem, vt alias quoque diximus, ſcilicet per inhęrentiam ſeu intrinſecam, & per aſſimilationem ſeu extrinſecam. Denominatio per inhęrentiam eſt, cum denominatum formæ denominanti ſubſernitur, ſeu eſt cum denominans eſt in denominato, quod idem eſt. Et quoniam denominans poteſt ineſſe denominato quidditatiuè vel accidentaliter: ideo propter hoc duplex emergit denominatio per inhęrentiam (& hoc extendendo nomen inhęrentiæ) quare quædam eſt quidditatiua, quædam accidentalis. Denominatio extrinſeca, quæ fit per aſſimilationem, eſt cum dependens ab eo à quo dependet denominationem contrahit, & hoc quia eſt vera illius ſimilitudo. Scientia denominatur extrinſecè ab obiecto ratione ſimilitudinis. Quod probatur auctoritate & ratione. Auctoritas eſt Ariſt. 6. Meth. tex. Com. 1 & 2. vbi vocat Philoſophiam naturalem, quia eſt de naturalibus, ideſt de ſubſtantia naturali, tanquam de ſubiecto, ergo denominatio fit à ſubiecto. Ratio eſt talis, omnis vera ſimilitudo inter dependens, & id à quo dependet, cauſat extrinſecam denominationem in dependente, at ſcientia dependet à ſubiecto cuius eſt vera ſimilitudo, ergo ſciẽtia ab obiecto extrinſecè denominatur. Minor, quoad ſecundam partem probatur, primo per Scotum.1.diſt.3.q.3. reſpondendo ad congruentiam D.Thomæ, vbi vniuerſaliter concedit potentiam aſſimilari cognito, vel per actum ſuum cognoſcendi, qui eſt quædam obiecti ſimilitudo vel per ſpeciem diſponentem de proximo ad cognoſcendum, ſi igitur actus cognoſcendi eſt ſimilitudo obiecti, ergo & ſcientia erit ſimilitudo obiecti. Secundo probatur eadem minor ſic, nam ſi ſcientia non eſſet vera ſimilitudo obiecti, non eſſet ſcientia. Probatur, ſcientia enim eſt verorum, ideſt veris conformiter ſe habens.

D[...] mi[...] dup.

Scĩetia denoĩnatur extrĩſecè ab obiecto.

Scĩetia quõ dr̃ veriorũ.

Sed hic inſurgũt tres difficultates. Prima quarũ eſt, quare ſcientia debeat dici communis ab obiecto, vt dicit Doctor in litera. Dico quod cum veritas ſit adæquatio rei ad intellectum cognoſcentem, vt colligitur ex 9. Meth. & ex libro deſtructionum diſputatione

Scĩa quare dicit cõis ab obiecto.

Veritas quid.

ſputatione prima, & habetur à Scoto. 1. d. 48 reſpondendo ad argumēta principalia, vbi ait. Quòd ſi obiectum ita ſe habeat ſicut intelligitur, verus eſt intellectus: ſcientiaq; ſit verorum. 6. meta, & primo poſter. text. Comment. 5. igitur ſcientia ſcibilibus conformari debet, & ideo ſi ſubiectum, ſeu ſcibile eſt commune, & ſcientia erit communis: Propter quod vult Doctor, 6. meta. q. 1. Scientiam eſſe qualitatem intellectualem inclinantem rationem ad ſubiecti ſpeculationem, cuius eſt vera ſimilitudo. Vel aliter dicamus, quòd cum ſcientia habeat menſurari à ſubiecto, ſaltem menſura quantitatiua, quà ſcientia dicitur communis, vel particularis, ideo ſi ſubiectum eſt commune, & ſcientia erit communis.

Scientia quid.

Secunda difficultas eſt, an ſcientia debeat menſurari ab obiecto, & ita ex conſequenti dici communis vel particularis ab ipſo? Quidam dicunt, quòd et nullo loco Ariſt. aut Auerro. habemus ſcientiam menſurari ab obiecto. Et ſi dicas Philoſophum hoc dicere. 5. met. tex. Com. 20. vbi videtur velle ſcientiam referri ad ſcibile, vt menſurabile ad menſuram, obſtet principiis iſtorum dici, nec Philoſophum, nec Commen. hoc ibi dicere, adducit enim ibi Philoſophus tria exempla de tertio modo relatiuorum, & ait. Vt menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum; non igitur vult ſcientiam & ſcibile referri vt menſurabile & menſuram.

Scientia an menſuretur à ſubiecto?

Scientia refertur ad ſcibile, vt mēſurabile ad menſuram.

Sed contra iſtos eſt expreſſa ſententia Ariſtot. 10. met. tex. Commen. 5. vbi remouendo errorem quorundam dicit, quòd ſcientia & ſenſus magis menſurantur, quā menſurent. Et Alexan. Aphrodiſæus reddendo rationem huius ait: Scientia enim & ſenſus quaſi terminis & anguſtijs ſcibilibus ſenſibilibuſque præſcriptis continentur, quos prætergredi eis non datur. Vide etiam Alexan. de Ales 5. meta. in expoſitione tex. 20. & 10. meta. Ad hanc igitur difficultatem reſpondendo dico, menſuram accipi poſſe vel propriè, vel tranſumptiuè; quam diſtinctionem colligimus à Phil. 10. met. tex. Commen. 2. & 3. Vbi vult menſuram conuenire omnibus generibus, & maximè propriè quantitati. Menſura propriè eſt id quo cognoſcitur quantum, vt ait Philoſophus vbi ſupra; Vnde menſurare ſecundum Doctorem, 1. diſt. 2 q. 2. & 13. q. quod eſt quantitatem ignotā certificare per quantitatem magis notam: quæ certificatio quotupliciter fieri poſſit, vide Doctorem ibidem. Menſura tranſumptiuè ſecundum Philoſophum vbi ſupra, eſt id quo primo vnumquodq; cognoſcitur. Vnde menſurare aliquid trāſumptiuè, eſt certificare intellectū de eius quantitate logica, vel de q̄titate pfectionali, vel de velocitate, & tarditate, vel de aliquo alio huiuſmodi. Et per quantitatē logicā intelligo vniuerſalitatē vel particularitatem, ſeu cōmunitatem, ac ſpecialitatem. Scientia menſuratur à ſubiecto quantum ad quantitatem, quia ſi ſubiectū eſt cōe ſubiectis aliarū ſcientiarum, ſcientia illa erit communis, ſi autem eſt ſpeciale, ſcientia erit ſpecialis.

Menſura dupliciter.

Mēſura propriè quid.

Mēſura tranſumptiuè quid.

An autem ſciētia menſuretur ab obiecto menſura perfectionis, de hoc eſt tertia difficultas. Cui reſpondet Gratianus in ſecundum Scoti. d. 3 q. 10. declarando ſolutionem ſecundi principalis, & ait ſcientiam menſurari ab obiecto menſura innoteſcentiæ. Bargius verò in primum Scoti. d. 35. dicit, vnā ſcientiam dici perfectiorem vel imperfectiorem alia, contingere tripliciter, aut ſcilicet à priori intrinſecè, & formaliter, & ſic vna eſt perfectior alia ratione ſuę vltimæ differentiæ, nobis ignotæ. Aut à priori, vel cauſa ſine qua non; & ſic illa ſcientia dicitur perfectior, quæ habet perfectius obiectum terminatiuum.

Scientia an menſurē ab obiecto mēſura pfectionis.

Aut à priori extrinſecè, & effectiuè, hocque modo ſcientia habens obiectum motiuum perfectius, eſt perfectior. Et ſi obiicias quia tunc ſequeretur logicam eſſe perfectiorem mathe. quod tamen eſt falſum. Probatur conſequentia: nam ſcientia de ſpecie fundata in homine, habet nobilius obiectum, quàm mathe. ergo ſi ſcientia habens perfectius obiectum motiuū eſt perfectior, ſcientia de ſpecie fundata in homine, erit perfectior mathe. Hoc argumentum facit maximam difficultatem Bargio: Cui tamē reſpondet negando conſequentiam. Ad cuius probationem dicit, quòd ad hoc vt vna ſcientia ſit perfectior alia, non ſufficit vt habeat perfectius obiectum, ſed oportet talem perfectionem ſibi non repugnare; modo quia logicæ repugnat habere tantam perfectionem, quantam habet mathe. ideo

Obiectio.

Reſponſio Bargii.

licet habeat perfectius obiectum motiuum, non tamen eſt perfectior.

Contra. Sed contra hanc reſponſionem eſt, quia tunc numquam certitudinaliter poſſet cognoſci, an talis ſcientia ſit perfectior alia, quia poſſim dubitare, an talis perfectio repugnet ſibi ratione ſuæ vltimæ differentiæ, nobis ignotæ. Ideo aliter reſpondeo, & dico probationem conſequentiæ ſupponere vnum falſum, quòd ſcilicet de ſpecie fundata in homine primo habeatur ſcientia, talis enim ſpecies eſt ſingularis, & de ſingularibus non eſt ſcientia primo: bene tamen verum eſt quòd de ſpecie in communi eſt ſcientia, ſed eius obiectum adæquatum motiuum non eſt homo.

Propria reſpōſio.

Alia reſpōſio. Vel aliter dico perfectionem actus & habitus accipi, tanquam ab extrinſeco motiuo, à ratione formali obiecti motiui, ſeu à ratione formali ſub qua intellectus mouetur ab obiecto, cum perfectio ſemper ſit à formali ratio obiecti motiui, reſpectu ſpeciei, non eſt humanitas, vel rationalitas, quæ ſunt rationes perfectiores mathematicis: ſed fortè eſt communicabilitas, immediatà pluribus indiuiduis, ſub tali namque ratione mouetur intellectus ab homine, à leone & à cæteris huiuſmodi, ad cauſandā ſpeciem in homine, & in aliis huiuſmodi, at iſta ratio non eſt perfectior mathematicis, ideo non ſequitur logicam eſſe perfectiorem mathe ratione obiecti motiui.

Ibi Primo modo, &c. Hæc eſt ſecunda pars, in qua applicat ad propoſitum jam datam diſtinctionem. Pro cuius intellectu notādum quòd per ſe accipitur dupliciter. Vno modo, vt denotat propoſitionum perſeitatem. Alio modo, vt diſtinguitur contra per aliud. Si accipiatur primo modo, ſic litera exponatur; logica non eſt communis per ſe, communitate prædicationis, quia ſubiectum eius non prædicatur per ſe primo, vel ſecundo modo de ſubiectis aliarum ſcientiarum. Si autem accipiatur per ſe ſecundo modo, litera ſic exponatur, logica non eſt per ſe communis, quia eius ſubiectum non poteſt per ſe, ideſt, ratione ſui, & directè prædicari de ſubiectis aliarū ſcientiarum, iſta enim eſt falſa, ſubſtantia naturalis eſt Syllogiſmus, ens eſt Syllogiſmus, & ſic de aliis huiuſmodi.

Per ſe dupliciter.

Per acci Ibi. Niſi fortè per accidens, &c. Nota quod per accidens poteſt dupliciter accipi, Vno modo vt dicit modū propoſitionis, & ſic illud dicitur prædicari per accidens, quod licet prædicetur naturaliter, non tamen prædicatum includitur in ratione ſubiecti, nec ſubiectum ponitur in eius definitione, & ſic quod prædicatur naturaliter, non tamen prædicatur per ſe primo vel ſecundo modo, dicitur prædicari per accidēs. Vel vniuerſalius illud dicitur prædicari per accidens, quod licet prædicetur naturaliter, non tamen prædicatum includitur in ratione ſubiecti, & ſic paſſio prædicatur per accidens de ſubiecto.

Dēs dupliciter.

Prędicari per accidēs qd & quo. dupliciter.

Vel adhuc vniuerſalius poteſt accipi prędicari per accidens pro omni eo quod non prædicatur per ſe primo modo, vel modo prædicetur naturaliter, vel non prædicetur naturaliter, & ſic quælibet prædicatio indirecta, ſeu non naturalis vocatur prædicatio per accidens. Alio modo poteſt accipi per accidens, vt diſtinguitur contra per ſe ſecundo modo, & ſic illud per accidens dicitur conueniſſe alicui, quod ſibi conuenit per aliud. Si accipiatur per accidens primo modo, ſic logica dicitur communis per accidens pro quanto eius ſubiectum prædicatur, ſaltem in obliquo accidentaliter (quia nec per ſe primo, nec per ſe ſecundo modo), de ſubiectis aliarum ſcientiarum; iſtæ namq; propoſitiones ſunt veræ de ſubſtantia naturali, de numero ſono, de ente, ac de aliis huiuſmodi ſubiectis; poteſt eſſe Syllogiſmus, & demonſtratio, nec ſunt de primo vel de ſecundo modo dicēdi per ſe. Si accipiatur per accidēs, vt idem eſt quòd per aliud, ſic logica eſt communis per accidens, quia ſubiectum eius prædicatur de ſubiectis aliarum ſcientiarum per aliud, quia per eius materialia (quæ ſunt propoſitiones & termini) ac per reducibilia ad ipſum, vt ſunt ſubiectum, prædicatum, vniuerſale cōmune, ac cætera huiuſmodi; hæc namque eſt vera, ſubſtantia naturalis eſt ſubiectum, ens eſt commune.

Logica quō dr cōis per accidēs.

Ibi, ſi autem ſubiectum &c. Mauritius coniungit hanc literam antecedēti, & vult Doctorem hic reddere rationem, quare logica eſt communis per accidens, & ait hoc ideo eſſe quia ſubiectum eius eſt applicabile ſubiectis aliarum ſcientiarum. Dicitque Doctorem loqui dubitatiue dicendo ſi ſubiectum

biectum eius &c. quia nondum determinatum eſt, quod nam ſit logicæ ſubiectum. Io. Anglicus coniungit hanc literam ſubſequenti, vultque ly ſi, accipi pro quia. Ego autem coniungerem hanc particulam ſubſequenti, vt facit Io. Anglicus, ſed non acciperem poſtea ly ſi, dubitatiuè, vt facit Mauritius, nec pro quia, vt facit Anglicus, ſed illatiuè, ſicut accipitur cum dicimus, ſi aſinus volaret, hęret alas. Et tũc vult Doctor dicere, quòd ſi ſubiectũ logicæ eſt applicabile omnibus aliis ſciẽtiis, ſequitur logicam eſſe communem ſecundo modo, cuius ratio eſt, quia tunc omnes ſcientiæ vtuntur Syllogiſmo, ac aliis de quibus eſt logica.

Cadere in vſum aliarum ſcientiarum, ac eſſe eis applicabile an ſint idẽ?

Hic eſt difficultas, an cadere in vſum aliarum ſcientiarum, ac eſſe eis applicabile, idẽ ſint? Mauritius difficultate ſecunda dicit, quòd eſſe applicabile aliis ſcientiis, eſt eſſe denominatiuum accidentale intentionale reſpectu aliarum ſcientiarum, at cadere in vſum aliarum ſcientiarum, eſt accipi tanquam medium ad inferendum concluſiones in eis: & ita omnes ſcientiæ dicuntur vti Syllogiſmo, non quocunque ſed dialectico, non formaliter, ſed pro ſubſtracto capto, & hoc intelligendo, quantum ad media, quæ ſunt loci dialectici. vſus ergo logicę, ſecundum Mauritium, eſt circa probabilia, applicatio verò circa omnia intentionalia, & ita Doctor intelligit diuerſa per vſum & applicationem.

Contra Mauritium.

Contra applicatio inſtrumenti non differt ab vſu inſtrumenti, tunc enim artifex vtitur ſerra, cum eam applicat ligno, vt illud ſcindat, ergo a ſimili applicatio Syllogiſmi, non differt ab eius vſu. Prætereà cadere in vſum aliarum ſcientiarum, non eſt præcisè accipi pro medio ad inferendas concluſiones, ſed eſt etiam accipi pro inſtrumento ad diſtinguendum verum à falſo, vt ſuper præcedentem quæſtionem diximus, ex intentione Commentatoris. Prætetea id quod dicit, vſum eſſe tantum circa probabilia eſt falſum, nam poſſumus etiam vti demonſtratione, vt ſupra diximus. Poſſumus igitur dicere quòd idem eſt, ſubiectum logicę eſſe applicabile aliis ſcientijs, & cadere in vſum aliarum ſcientiarum. Et vlterius dicamus, dupliciter poſſe intelligi ſubiectum logicæ cadere in vſum aliarum ſcientiarum. Vnomodo quòd aliæ ſcientiæ vtãtur Syllogiſmo in ſe, & ſimpliciter ſumpto; alio modo quòd vtantur ſubiecto logicæ, ſcilicet Syllogiſmo ſimpliciter conſiderato, quantum ad ea de quibus dicitur, & quantum ad reducibilia ad ipſum; Et ſic aliæ ſcientiæ vtuntur Syllogiſmo demonſtratiuo, & topico, argumentatione, ac definitione, aliiſque de quibus dicitur Syllogiſmus ſimpliciter, vel quæ reducuntur ad ipſum. Poſſes etiam hic dubitare, an logica vtens ſit cõmunis, ſeu ex communibus. De quo dictum fuit ſupra reſpondendo ad argumenta Balduini.

Logica vtens an ſit cõis?

Argumẽtum principale.

Reliquum eſt erigere & declarare argumẽtum ante oppoſitũ, quod ſic formetur. Nulla ſcientia, cuius ſubiectum eſt diſtinctum à ſubiectis aliarum ſcientiarum, eſt communis, ſed ſubiectum logicæ eſt diſtinctum à ſubiectis aliarum ſcientiarum, ergo logica non eſt ſcientia communis. Maior patet: quia communitas ſcientiæ, eſt à communitate ſubiecti, quando igitur ſubiectum non eſt commune, ſed eſt diſtinctum ſeu ſe habet vt diſparatum, reſpectu ſubiectorum aliarum ſcientiarum, nec ſcientia erit communis. Minor probari poteſt per locum ab oppoſitis hoc modo. Si ſubiectum logicæ non eſſet diſtinctum à ſubiectis aliarum ſcientiarum, ergo eſſet idem illis, quod tamen eſt falſum. Tum quia ens rationis non eſt idem enti reali. Tum quia omnes ſcientiæ tunc eſſent eædem cum logica, ſecantur enim ſcientiæ, quemadmodum & res. 3. de anima.

Reſp. Diſtinctio ſubiecti vnius ſciẽ à ſubiectis aliarũ ſcientiarũ poteſt dupliciter intelligi.

Huic rationi nõ reſpõdet Doctor, quia reſponſio elici poteſt ex corpore quæſtionis. Dicamus quòd ſicut duplex eſt cõitas ſubiecti, ita quoq; eſt duplex diſtinctio eius à ſubiectis aliarum ſcientiarũ, quædã quantum ad prędicationẽ per ſe, vel per accidẽs, quędam quãtũ ad applicationẽ vel vſum. Subiectũ Philoſophię naturalis eſt omnino diſtinctũ à ſubiectis aliarũ ſciẽtiarũ, & ideo Philoſophia naturalis eſt ſcĩa ſpecialis. At ſubiectũ logicę eſt diſtinctũ quantũ ad p̄dicationẽ per ſe à ſubiectis aliarũ ſcientiarũ, quia nõ prędicatẽ de illis per ſe: non tamen eſt diſtinctũ quantũ ad prędicationem per accidens, nec quantum ad applicationẽ, & vſum, ſicut patet ex his quæ diximus ſupra: & ideo non dicitur logica hoc ſecundo modo ſpecialis.

QVÆSTIO III Vniuerſalium.

An Syllogiſmus ſit ſubiectum Logicæ?

ORdo ſeu continuatio ad quæſtiones precedentes patet ex iam dictis : ad ſequentes ſimiliter patet, eſt namque vltima quæſtio quam quærit circa totam logicam.

Reliquum eſt terminos declarare, quorum primus eſt ſubiectum, quod eſt æquiuocum ad ſex, vt docet Scotus. queſt. 2. priorum art. 1. Nam quandoque accipitur pro ſubſtantia materiali exiſtenti in potentia ad formam ſubſtantialem, quemadmodum dicimus, corpus eſſe animæ ſubiectum. Quandoque etiam accipitur pro ſubſtantia completa exiſtente in actu formali ſubſtantiali, & in potentia accidentali reſpectu accidentis, velut hominem dicimus eſſe albedinis ſubiectum.

Subiectũ quo tupliciter.

Secundo dicitur ſubiectum de ente in actu, ſicut accipitur à Philoſoph. 5. phy. tex. Commen. 7. cum ait motum eſſe mutationem quandam de ſubiecto in ſubiectum; generatio enim eſt mutatio de negato in affirmatum.

Tertio dicitur de ſeruo vt patet Politicorum primo, vbi Ariſt. ait, ſecundam combinationem principalem ipſius condiuiſionis (quæ eſt à natura propter ſalutẽ) eſſe inter principans ac ſubiectum.

Quarto dicitur de inferiori, quomodo accipitur in illa regula antepredic. Quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, &c.

Quinto capitur in ordine ad prædicatũ, & ſic definitur in ſummulis, eſt de quo aliud dicitur, id eſt, prædicatum.

Vltimo capitũ in relatione ad rationem, de quo loquitur Philoſophus primo Poſter. cum ait, ſcientiam vnam eſſe vnius generis ſubiecti. Aliam diſtinctionem do ſubiecto dedi in mea quæſtione, de virtuali continentia ſubiecti. Quod etiam aliud ſit ſubiectum materiale, & aliud formale, & quid vtrumque ſit, & quare ponantur, declaraui in mea quæſtione de ſubiecto formali Theologiæ. An verò ſubiectum principalitatis differat à ſubiecto attributionis: vide Parilienſes in logica. Subiectum attributionis de quo in præſenti eſt ſermo, poteſt ſic deſcribi. Eſt primo notum in ſcientia, quo ad quia eſt, & quid eſt, ac principaliter conſideratum in ipſa, cuius ratione omnes veritates in ea conſiderantur, ac per cuius quod quid eſt, principaliores paſſiones de ipſo, ac de alijs propter ipſum, oſtenduntur.

Subiectũ attributionis quid.

Alius terminus declarandus eſt Syllogiſmus, qui poteſt dupliciter accipi, vno modo primè intentionaliter, & ſic eſt oratio in mente, voce, vel ſcripto, tribus propoſitionibus formata, in qua duabus poſitis neceſſe eſt aliam ſequi. Alio modo capitur ſecunda intentionaliter, pro intentione attributa Syllogiſmo mentali, vocali, vel ſcripto. Et poteſt ſubdiuidi in particulari, & in communi captum. De Syllogiſmo primo modo capto non eſt ſcientia logicæ, tum quia eſt complexum quoddam, quod non ponitur ſubiectum in ſcientia: Tum quia eſt ens reale, de quo non poteſt eſſe logica, tanquam de ſubiecto. Similiter de Syllogiſmo particulari nõ eſt ſcientia, nec definitio. Syllogiſmus in communi, qui vocatur Syllogiſmus ſimpliciter, quia non eſt contractus ad aliquam materiam, ſic poteſt deſcribi. Eſt inſtrumentum quo acquiritur fides de quæſtione opinabili, & ſcientia de quæſtione ſcibili, & hoc vel verè, vel apparenter. Hoc vltimum addo propter Syllogiſmum Sophyſticum. Philoſophus primo priorum ſic definit Syllogiſmum ſimpliciter. Eſt oratio in qua poſitis quibuſdam, alterum quid à poſitis neceſſe eſt contingere, eo quod hæc ſint. In qua definitione ponitur oratio loco generis; & accipitur pro argumentatione vt dicit Doctor infra in hac quæſtione.

Syllogiſm' quo tupliciter.

Syllogiſmus ſimpliciter, quid.

Quòd ſi dicas æquiuocum non eſſe ſumendum in definitione, argumentatio autem eſt æquiuoca ad Syllogiſmum, inductionem, enthymema, & exemplum, quia

Obiectio.

eius

eius definitio (quæ eſt eſſe orationem compoſitam ex antecedente, & conſequente in bona ac probatiua conſequentia) non eſt communis illis quatuor, ergo &c.

Argumentatio dupliciter. Argum. quō genus ad Syllogiſmum in inductionē, &c.

Dicendum argumentationem ſtrictiſſimè captam (cuius eſt præcedens definitio) non eſſe genus ad illa quatuor iam enumerata. Argumentatio verò ſtrictè capta (quę eſt ratio compoſita ex antecedente, & conſequente in bona conſequentia, vel modo ſit probatiua vel nō) ponitur genus ad illa quatuor, & ſic ſumitur in definitione Syllogiſmi. Reliquum verò illius definitionis Syllogiſmi, ponitur loco differētiæ. Vnde per hoc quod dicitur (quibuſdam) excluditur enthymema. Et per illam particulam (poſitis) excluduntur inutiles coniugationes, & inductio: vnde per poſitis (vt cōmuniter dicitur) intelligitur diſpoſitis in modo & figura, quod an ſit verum infra declarabimus. Per illud quòd dicitur (neceſſe eſt contingere) excluditur exemplum, quod habet ſolam probabilitatem, cum ſit argumentum Rethoricum, vt ait Philoſophus primo poſter. Per hoc verò quod dicitur (alterum quid à poſitis) excluditur petitio principij, non loquendo de illa quæ eſt locus Sophyſticus, ſed de illa quæ eſt peccatum contra Syllogiſmum ſimpliciter, de qua Philoſ. 2. priorum.

Petitio prīcipij duplex.

Hic eſt difficultas, an definitio Syllogiſmi poſita à Philoſopho debeat potius vocari deſcriptio, an verè definitio.

Definitio Syllogiſmi an verè ſit definitio.

Ad hanc difficultatem dicit Doctor. q. 5. primi priorum, quòd definitio Syllogiſmi non eſt ſimpliciter quidditatiua, quoniam talis eſt ſolius ſubſtantiæ. Nec eſt definitio quid rei, quia in definitione accidentis debet explicari ſubiectum, at Syllogiſmus eſt accidens, nec in eius definitione explicatur ſubiectum. Et ita concludit quod eſt deſcriptio, ſeu definitio quid nominis. Oppoſitum tamen huius dicit in hac præſenti quæſtione. Quod etiam probatur, nam medium in demonſtratione eſt definitio quid rei, & non quid nominis, at definitio Syllogiſmi eſt medium in demōſtratione, vt manifeſtum erit in ſequentibus, ergo, &c. Dico quod ſi accipiantur illæ particulæ (quibuſdam poſitis, & neceſſe eſt aliud accidere) ſecundè intentionaliter, ſicut etiam accipitur illa particula (differentibus ſpecie) in definitione generis, (vt loco ſuo declarabimus) ſic ſunt differentiæ contrahentes argumentationem ad Syllogiſmum. Si autem accipiantur primè intentionaliter, ſic adhuc dico, quod ponuntur loco differentiæ; nam in definitione relationum ponitur fundamētum & terminus loco differentiæ: quod innuit Philoſophus in Prædicam. vbi ait. Ad aliquid dicuntur quæcunque hoc ipſum quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur, &c. Vnde per hoc quod dicit, hoc ipſum quod ſunt, innuit fundamentum, & per hoc quod dicit aliorum dicuntur, &c. innuit terminum debere poni in relationis, ſeu relatiuorum definitione. Cum igitur Syllogiſmus ſimpliciter pro formali ſit quidam reſpectus, ideo in eius definitione ponitur fundamentum & terminus; fundamentum cum dicitur quibuſdam poſitis præmiſſæ namque diſpoſitæ ſunt fundamentum huius reſpectus: terminus vero ponitur cum dicitur; neceſſe eſt aliud ſequi concluſio enim, quæ eſt alia à præmiſſis, & neceſſario ex ipſis ſequitur, eſt terminus huius reſpectus.

Pro ſolutione tamen eorum quæ dicuntur à Doctore primo Priorum ſciendum eſt, Philoſophum, 7. met. tex. Comm. 16. & Scotum. 1. d. 3. q. 3. velle ſubſtantiarum primo & per ſe eſſe definitionem, accidentium vero per ſe licet non primo: cuius ratio eſt ſecundum Doctorem. 7. met. Com. tex. 19. quia ſubſtantia eſt ens abſolutiſſimum nulli inhærens, ac à nullo dependens, ideo in eius definitione quietatiua non oportet aliquid addere, quod non competat per ſe primo definito: non ſic eſt de accidentibus, quia ſunt formæ inhærentes, & ab alio dependentes, & ideo neceſſe erit in eorum definitione quietatiua aliquid addęre.

Quō ſubſtē primo & per ſe eſt definitio.

Sciendum tamen accidentia eſſe in duplici differentia ſecundum Comm. 7. met. Commen. 18. quædam ſunt in ſubiectis accidentaliter, vt albedo in homine, quędam eſſentialiter, vt ſimitas in naſo, & maſculinitas in animalibus.

Subſtātia & accidens quō hñt definitionem.

Primus modus accidentium omnino non habet definitionem, ſecundum Commen. quod intelligas de definitione omnino quietatiua, nam ipſemet Auerro. 7. met. Commen. 14. & 15. aſſumit talia accidentia habere definitionem, quod eſt intelligendum

Accidentia ſunt in duplici dfia.

dum de definitione quidditatiua, ſeu logica, & de definitione quæ eſt aliquo modo quietatiua, licet non ſimpliciter, aliter contradiceret ſibi ipſi. Secundus vero modus accidentium habet definitiones ſimpliciter quietatiuas. Et hoc totum videtur etiam eſſe de mente Doctoris infra.q.15. vbi videtur velle Philoſophum. 7. met. loqui de accidentibus copulatis, cum dicit ſubſtantiam cadere in definitione accidentis Cum igitur intentiones ſecundæ non ſint accidentia copulata, vt patet à Doctore vbi ſupra, ideo in earum definitione non poteſt poni ſubiectum, & ita ex conſequenti non habent definitionem omnino quietatiuã: cum hoc tamen ſtat quòd poſſint habere definitionem quidditatiuam, & aliquo modo quietatiuam. Et hoc eſt quod vult habere Doctor primo Priorum, cum ait Syllogiſmum nõ habere definitionem quid rei, quia in ipſa non explicatur ſubiectum: & ita vocat illam deſcriptionem, vt deſcriptio diſtinguitur contra definitionẽ merè quidditatiuam, & contra definitionem quid rei ſimpliciter quietatiuam; non enim eſt ſimpliciter quietatiua, quia in ea non explicatur habitudo ad ſubiectum.

De aliquo ſcīa põt hři tripliciter. Vltra ea quæ dicta ſunt pro terminorũ declaratione notandum, quod ſcientiam eſſe de aliquo contingit tripliciter, vno modo tanquam de illo quod ſimpliciter ſcitur & ſic dicimus nos habere ſcientiam de tali, vel tali concluſione: & de illo quod ſcitur hoc modo verificantur conditiones poſitæ primo poſter. ſcilicet eſſe ex neceſſarijs, & ex impoſſibilibus aliter ſe habere: & hoc eſt quod quidam ſub alijs verbis dicunt, illas ſcilicet conditiones verificari de ſcibili totali. **Scientia quõ neceſſariorum.** Secundo modo poteſt haberi ſcientia de aliquo tanquam de illo quod de aliquo ſcitur, & hoc modo habemus ſcientiã de paſſione. 2. poſter. Tertio modo poteſt haberi ſcientia de aliquo, tanquam de illo de quo aliquid ſcitur, & hoc eſt ſubiectum concluſionis, quod à quibuſdam appellatur ſcibile partiale. Exemplum eſt de iſta concluſione homo eſt riſibilis, de qua eſt ſcientia primo modo; & de riſibilitate ſecundo modo; & de homine tertio modo. **Breuis declaratio tituli huius quæſtionis** Eſt igitur quæſtio, vtrum ſubiectum logicæ ſit Syllogiſmus idest, vtrum logica ſit de Syllogiſmo, tanquam de eo, de quo logicalia oſtenduntur, ſeu vtrum Syllogiſmus vel in ſe, vel in ſuis inferioribus, vel in reducibilibus ad ipſum ſit id quod ſubijcitur in qualibet concluſione logica?

Arg. ad oppoſitum. Tenet Doctor partem affirmatiuam, quam vnica ratione probat, quæ ſic erigatur. Id cuius paſſiones principaliter in logica demonſtrantur; ac de alijs propter ipſum, eſt ſubiectum primum in logica, ſed in logica paſſiones Syllogiſmi de ipſo principaliter demonſtrantur, ac de alijs propter ipſum, ergo Syllogiſmus eſt ſubiectũ in logica. Maior patet ex definitione ſubiecti attributionis ſupra poſita. Quæ etiã ſic probatur; habens conditiones ſubiecti de quibus Doctor infra, eſt ſubiectum in logica, ſed id cuius paſſiones in logica de eo principaliter demonſtrantur ac de alijs propter ipſum, habet illas tres conditiones ergo, &c. Hęc minor probatur: ex hoc enim quod paſſiones de ipſo demonſtrantur, eſt notum de illo quid eſt, & quia eſt, quæ eſt prima conditio. Et ex hoc quod principaliter de ipſo oſtenduntur, ſequitur quod hoc erit per eius quod quid eſt, quia id per quod paſſio de aliquo oſtenditur non principaliter, ſiue ſit inferius ſiue ſuperius, eſt ipſummet ſubiectum, vt per hominem oſtenditur riſibilitas de ſorte, & de animali, & ſic habetur ſecunda conditio. Ex hoc vero quod dicitur & de alijs propter ipſum, habetur tertia conditio.

Notandum. Notandum quod ly propter poteſt dicere vel circunſtantiam medij, vel finis. Si dicit circunſtantiam medij, ſic litera exponatur; propter ipſum ſubiectum, tanquam per medium, paſſiones ipſius ſubiecti demonſtrantur de alijs: & hæc expoſitio videtur bona, vt patet per Doctorem. 1. d. 2. q. 2. Vbi ait quod, quicquid primo, & immediatè conuenit alicui, de quolibet in eo, ſiue ſibi ſuperiori, ſiue inferiori, vel de paſſione, poteſt demonſtrari propter quid per illud cui primo conuenit, tanquam per medium Exemplum eſt de triangulo cui primo conuenit habere tres angulos ęquales duobus rectis, & per ipſum tanquam per medium oſtenditur, demonſtratione propter quid, de aliqua figura, & de qualibet ſpecie trianguli habere tres.

Si autem ly propter dicat circunſtantiam finis, ſic denotat ordinem aliorum

ad

ad primum ſubiectum, & tunc ſenſus eſt; quod propriæ paſſiones partium ſubiectiuarum, & integralium, ac reducibilium ad ipſum ſubiectum, demonſtrantur de propriis ſubiectis earum, in ordine ad primum ſubiectum; & talis quoque ſenſus eſt verus.

Corpus quæſtionis in duas ſecatur partes, ſcilicet in litigioſam, & in deceſiuam. Secunda ibi. Dicendum ergo, &c. Prima adhuc ſubdiuiditur in duas, in prima ponit ſex opiniones de ſubiecto logicæ. In ſecunda propoſito quoddam notabili, oſtendit quinque priores opiniones eſſe erroneas. Secunda ibi. Ad videndum, &cæt.

Opinio Egidii.

Prima opinio quam quidam dicunt eſſe Egidij, ponit, conceptum formatum ab actu rationis eſſe ſubiectum in logica. Et hic accipitur conceptus, pro conceptu obiectiuali, non pro conceptu formali, & pro eo qui cauſatus eſt à ratione, ſeu intellectu per actum comparatiuum; ſeu productiuum præſupponentem comparatiuum; & non pro eo qui ſupponitur à ratione, quam diſtinctionem videbis in ſumptis, noſtris de prima, & ſecunda intentione. Hæc opinio vnica probatur ratione, quæ ſic erigatur.

Concept⁹ multipliciter.

Quod eſt commune omnibus in logica conſideratis eſt eius ſubiectum, at conceptus formatus ab actu rationis eſt communis omnibus in logica conſideratis, ergo eſt eius ſubiectum. Huius rationis in litera, primo ponitur concluſio, deinde minor. Ibi quia ille, &c. Quæ probatur ſuppoſita prius quadam actuum intellectus diſtinctione. Pro cuius intelligentia multa ſunt notanda.

Primo quòd ratio accipitur multipliciter vt aliàs declarabimus, hic accipitur pro intellectu, eſt enim ratio vis quædam cognitiua ſubſtantiæ intellectualis à qua anima noſtra dicitur rationalis. Vnde Auguſtinus de ſpiritu & anima inquit. Quòd ratio eſt animi aſpectus. quo per ſe ipſum verum intuetur. Quidam etiam dicunt rationem eſſe virtutem animæ intellectualis, facientem currere cauſam in cauſatum. Et iſti videntur reſtringere rationem ad tertiam operationem intellectus, ad quam attinet facere currere cauſam in cauſatum, quia hoc non fit ſine diſcurſu.

Ratio quid.

Secundo notandum quod incomplexa appellantur indiuiſibilia logicæ, eo quod logica diuiſio non vltra progreditur: diuidit namque logicus Syllogiſmum in propoſitiones, & propoſitiones in terminos, ibique ſiſtit; ſicut & mathema. non vlterius diuidit puncta, nec ea quæ ſunt indiuiſibilia mathematicè.

Incōplexa quare dicuntur indiuiſibilia

Tertio notandum quod hic accipitur intelligentia, non pro intellectu, nec pro intellectu ſub actu ſecundo; ſed pro ipſo actu ſecundo, qui eſt intellectio ſeu notitia; ſicut etiam accipitur à Doctore, 1. diſt. 2. quæſt. 6. quando dicit, quod obiectum, vt eſt in memoria, producit ſe ipſum, vt eſt in intelligentia, ideſt producit notitiam ſui. Ex his dictis patent ea quæ dicuntur in litera de tribus actibus intellectus, vlterior enim perſcrutatio horum alibi habita fuit.

Intelligentia quotupliciter.

Ibi De conceptu formato &c. Applicat ad propoſitum iam allatam diſtinctionem pro cuius intellectu notandum, quod ſi volumus tenere, intellectui opus eſſe obiecto, tantum quantum ad primum actum, non autem quantum ad alios ſequentes, ita vt habito primo actu, poſſit poſtea virtute propria, & ſe ſolo (non concurrente obiecto vt cauſa partiali) componere, diuidere, diſcurrere, & conferre. Tunc quando dicitur in litera. De conceptu formato à primo actu, &c. denotatur occaſionatio, & non cauſalitas, Et ſenſus eſt de conceptu formato, ideſt, de intentione occaſionata à primo actu, &c.

Notandū per litera.

Exponitur litera.

Occaſionatur autem à primo actu intentio, inquantum intellectui tribuitur occaſio ex illo actu, vt poſſit cauſare intentionem ſecundam, ſimiliter ex ſecundo, & tertio actu tribuitur intellectui occaſio, vt poſſit aliàs intentiones cauſare in obiectis per illos actus cognitis.

Poſſumus etiam dicere, inſequendo hūc eundē modū dicendi de cōcurrentia obiecti cū intellectu ad cauſandos actus; quod formare importat cauſalitatem cauſæ materialis, & tunc ſenſus eſt. De conceptu formato (ideſt de intentione cauſata in genere cauſæ materialis) à primo actu, ideſt, ab obiecto apprehenſo per primum actum. Et breuiter ſenſus eſt, de intentione funda-

Alius modus exponēdi literā.

ta in obiecto habente eſſe cognitum per primum actum, eſt liber prædicamentorum. Et ſimiliter exponatur quod dicit de alijs duobus actibus.

Alius modus exponē di eadē literam. Si autem intellectus non poſſit cauſare aliquem actum non concurrente obiecto vt cauſa partiali, vel in ſe, vel in ſpecie, vel in ſua notitia (ſecundum quem modum dicendi locutus ſum in mea quæſtione de primis ac ſecundis intentibnibus; tunc litera exponenda eſt ſecundum cauſalitatem: Et tunc ſenſus eſt, de conceptu formato (ideſt de intentione cauſata) à primo actu rationis, (ideſt à notitia incomplexa terminorum) eſt liber prædicamentorum, qui eſt de incomplexo. Sumunt enim nomen intentiones ſecundæ à primis, in quibus fundantur, ſeu à quibus cauſantur, & propter hoc ſi ſubiectum eſt incomplexum, vel complexum, etiam ipſæ intentiones dicuntur incomplexæ, vel complexæ, & ideo licet ſubiectum libri Periher. ſit incomplexum, tamen dicitur eſſe de complexis propter id quod dictum eſt. Hec quoque modo exponatur ſequens litera.

Obiectionis dilutio. Et ſi obiicias, quia alibi dictum eſt actum comparatiuum cauſari à notitiis incomplexis terminorum; non ergo poteſt cauſari à ſecūdo actu, qui eſt compoſitio, nec à tertio, qui eſt diſcurſus. Dico quod notitia quæ appellatur compoſitio, & notitia diſcurſiua, vt comparantur ad actum comparatiuum habent rationem notitiæ incomplexæ, quia ſe habēt ac ſi eſſent notitiæ incomplexæ quantum ad hoc.

Ali⁹ modus exponēdi eandem literam. Poteſt etiam forte aliter exponi hæc litera accipiendo formare pro apprehendere, ſecūdum expoſitionem Auerrois. 3. de anima. Comment. 21. Et tunc ſenſus eſt, conceptus formatus (ideſt intentio cognita per actum rationis) eſt ſubiectum in logica. Quod non debet intelligi, quod intentio inquantum cognita ſit ſubiectum accipiendo ly inquantum reduplicatiuè, ſed benè ſpecificatiuè. Et ita de intentione apprehenſa per primum actum eſt liber prædicamentorum; & ſic reliquum literæ exponatur.

Opinio Boetij. Ibi, Aliter ponitur, &c. Ponitur opinio Boetij, quæ dicitur eſſe, quod intentiones ſecundæ applicatæ primis ſunt ſubiectum in logica. Cuius ratio eſt, quia illæ ſunt communes omnibus in logica conſideratis: & ratio formetur vt præcedens Egidij. Notandum quod ſecunda intentio poteſt ſic deſcribi. Eſt ens rationis habens relationem paſſiuæ effectiuitatis, ſeu productiuitatis ad extremum actus comparatiui in intellectus, vel ad actum productiuum præſupponentem comparatiuum. Intētio ſecunda quid.

Ens rōnis quo tupliciter. In hac deſcriptione ponitur ens rationis loco generis, & non accipitur pro ente rationis ſubiectiuè, quia ſic ſpecies actus, & habitus dicuntur entia rationis, cum ſubiectentur in anima. Nec accipitur pro quolibet ente rationis obiectiuè, quia non pro eo quod eſt in ratione vt cognitum in cognoſcente. Sed accipitur pro ente rationis obiectiuè, quod eſt in ratione vt effectus in ſua cauſa, cauſantur namque intentiones iſtæ ab intellectu: & propter hoc addo, habens relationem paſſiuæ effectiuitatis, quia quilibet effectus refertur ad ſuam cauſam, & productum ad producens. Dico vlterius ad extremum actus, &c. quia poſſumus tenere intentiones ſecundas cauſari, vel per actum comparatiuum, vel per productiuum. Si cauſantur per comparatiuum, hoc erit in vltimo ſigno, quia in primo comparat. Si autem cauſantur per actum productiuum, hoc non erit per quemcunque, ſed tantum per illum, qui neceſſario præſupponit comparatiuum. De quo alibi dictum eſt prolixius.

Opinio D. Tho. Ibi. Tertio modo, &c. Ponitur opinio D. Thomæ exiſtimantis ens eſſe ſubiectum in logica. Cuius ratio hoc modo erigatur. Id circa quod logicus laborat, eſt ſubiectum in logica, ſed circa ens logicus laborat, ergo ens eſt ſubiectum in logica. Minor probatur nam circa idem laborant meta, dialecticus, & Sophyſta. 4. met. text. Commen. 5. Sed metaphy. laborat circa ens 4. met. tex. Com. primi, ergo & logicus laborat circa ens.

Opinio nominalium. Ibi. Quarto modo, &c. Ponitur opinio nominalium, quæ poſtponitur tribus præcedentibus, quoniam illæ ponunt aliquid communius oratione eſſe ſubiectum, communiora autem præcedere debēt ex procœmio primi phyſicorum.

Præponitur verò duabus ſequentibus, quia eſt remotior à veritate. Ad hanc concluſionem aſtruendam, tali vtuntur ratione.

Id de

Id de quo, & de cuius partibus determinatur in veteri ac noua logica, eſt ſubiectum in ea ſed de oratione, ac de eius partibus, determinatur in veteri, ac noua logica, ergo, &c.

Minor probatur partes ſubiectiuæ orationis ſunt enunciatio, & Syllogiſmus. de enunciatione eſt liber Periher. & de eius partibus integralibus, ſcilicet de terminis, eſt liber prædicamentorum. De altera parte ſubiectiua orationis ſcilicet de Syllogiſmo, & de inferioribus ad ipſum, ideſt, de Syllogiſmo demonſtratiuo, Topico, & Elencho, eſt tota noua logica.

Alberti opinio. Ibi. Quinto ponitur, &c. Albertus ponit argumentationem eſſe ſubiectum logicæ; quod ſic probat. Id de cuius ſpeciebus, & partibus eſt tota logica, eſt eius ſubiectum, talis eſt argumentatio, ergo, &c. Species enim argumentationis ſunt Syllogiſmus, inductio, enthymema, & exemplum, de quibus eſt noua logica. Partes verò integrales propinquæ ſunt enunciationes, ſeu propoſitiones. Et partes integrales remotæ ſunt incomplexa, ac de his eſt logica vetus.

Scoti opinio. Ibi. Sexto modo, &c. Vltima opinio ponit Syllogiſmum eſſe ſubiectum, & loquimur de Syllogiſmo in communi, ſecunde intentionaliter capto, quod ſic probatur. Omnia de quibus eſt logica conſiderantur propter Syllogiſmum, ergo Syllogiſmus eſt eius ſubiectum.

Conſequentia patet: nam illud propter, quod omnia in ſcientia conſiderantur eſt eius ſubiectum; dummodo habeat aliàs conditiones ſubiecti de quibus ſtatim infra.

Ibi. Ad videndum, &c. Hæc eſt ſecunda pars primæ partis corporis huius quæſtionis, quæ poteſt ſubdiuidi in duas partes: in prima præponit quoddam notabile. In ſecunda menſurat quinque primas opiniones. Secunda ibi. Duæ primæ conditiones, &c.

Prima pars poteſt adhuc ſubdiuidi in tres particulas, ſecundum tres conditiones ſubiecti quas ponit. Dicit igitur Doctor primo, quod tres ſunt conditiones præcipuæ ſubiecti in ſcientia.

Cõditiones ſu- biecti ſcientiæ quot ſunt. Et notanter dicit præcipuæ ſeu principales, quia ſex ſunt conditiones ſubiecti in ſcientia, vt dicit Io. Canonicus in quæſtionibus phyſicorum, & Ant. Andreas de tribus principiis, & habentur à Scoto primo reportationum, quæſt. 1. quæ tamen reducuntur ad iſtas tres, & ideo iſtæ vocantur præcipuæ ſeu principales.

Q̃uo ſex cõditiones ſubiecti reducũt ad iſtas tres. Ad primam namque, quæ hic ponitur à Doctore, reducuntur duæ illarum conditionum. Ex hoc enim, quod de ſubiecto præcognoſcitur quid eſt, & quia eſt, ſequitur quòd ſubiectum debet habere conceptum quidditatiuum, & quod debet eſſe primo notum: quia ſi non haberet conceptum quidditatiuum, non poſſet de ipſo præcognoſci quid eſt. Et ſi non eſſet primo notum, non haberetur hæc duplex prę cognitio de ipſo, quia iſtæ duæ præcognitiones non habentur ſimul de eo quod nõ eſt primo notum.

Ad ſecundam: & tertiam conditionem ſimul reducitur vna illarum conditionum. Ex hoc enim; quod per eius quod quid eſt demonſtrantur paſſiones illius ſubiecti de eo, & ex hoc quod omnia alia determinata in ſciẽtia ad ipſum reducuntur, & propter ipſum conſiderantur, ſequitur ſubiectum virtualiter primo, ideſt adequatè. continere vel in ſe, vel in ſuis inferioribus, vel in reducibilibus ad ipſum, notitiam omnium veritatum.

Ad tertiam conditionem reducũtur tres illarum conditionum. Ex hoc enim, quod omnia alia determinata in ſcientia reducuntur ad ſubiectum, ſequitur quod non poſſit eſſe incluſum virtualiter in aliquo priori ad illam ſcientiam pertinente: quia aliter reduceretur ad illud prius in quo includeretur; & cum omnia alia determinata in ſcientia reducuntur ad ipſum ſubiectum, ſequitur, quod illud prius reducatur ad ſubiectum, & ex conſequenti ſubiectum reducetur ad ſe ipſum, quod eſt inconueniens. Ex eadem conditione ſequitur, ſubiectum eſſe adæquatum illi ſcientiæ cuius eſt ſubiectum, quia aliter non omnia primo reducerentur ad ipſum, nec propter ipſum primo conſiderarentur. Sequitur quoque ex eadem conditione, ſubiectum eſſe primo notum ſecundum rationem formalem propriam, & abſolutam; quia ſi eſſet notum per rationem alterius, reduceretur ad illud aliud, per cuius rationem eſſet notum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tum. Si etiam non eſſet notum per rationem abſolutam, ſed per reſpectiuam, cum conceptus reſpectiuus non ſit primus conceptus, ideo reducẽretur ad aliud. Ex hoc igitur quòd non reducitur ad aliud, ſequitur quod ſubiectum debet eſſe primo notũ ſecundum rationem formalem propriam: & abſolutam.

Præcognitiones quot ſunt.

Ibi. Prima videlicet, &c. Ponit primam conditionem ſubiecti; pro cuius intellectu duo ſunt notanda. Primo, quod licet ſint tria præcognita, & quatuor quæſtiones, non tamen ſequitur tres, vel quatuor eſſe præcognitiones. Primum patet, quia non oportet præcognitiones numerari ad numerationem præcogniti, ſicut nec pater numeratur ad numerationem filiorum: nõ enim ſequitur tres filii, ergo tres patres. Sunt igitur tantum duæ præcognitiones in genere ſcilicet, quid eſt, & quia eſt: ſpecie verò ſunt quatuor vel quinq; ſcilicet quid eſt ſubiecti, & quid eſt paſſionis, quia eſt ſubiecti, & quia eſt dignitatis, quibus præcognitionibus poteſt fortè addi quinta, quæ eſt, quia eſt paſſionis, ſeu concluſionis, nam quia eſt concluſionis poteſt eſſe præcognitio reſpectu quæſtionis propter quid: numero verò ſunt infinitæ præcognitiones. Secundum etiam patet, quòd ſcilicet non ſequitur quatuor ſunt quæſtiones, ergo quatuor præcognitiones: & hoc quia quæſtio quid eſt, & propter quid eſt, reducuntur ad cognitionem quid eſt, & quæſtiones ſi eſt, & quia eſt, ad cognitionem quia eſt.

Quid eſt & q̃a eſt ſubiecti dupliciter.

Secundo notandum; quod quid eſt, & quia eſt ſubiecti poſſunt dupliciter conſiderari, vel abſolutè, vel in ordine ad paſſionem. De ipſo quid eſt primo modo conſiderato, poteſt eſſe quæſtio: & ſi fiat ſermo de definitione materialis (qualis eſt illa definitio demonſtrationis poſita primo Poſter. vbi ait Philoſophus ipſum eſſe Syllogiſmum ex primis veris, immediatis, &c.) Sic dico quod ne dum poteſt demonſtrari de definito demonſtratione quia, ſicut oſtendimus in compoſito eſſe materiam, ex hoc quod eſt corruptibile: ſed etiam demonſtratione propter quid, cuius demonſtrationis medium erit quid formale, ſeu finale, quia forma, & finis ſunt cauſæ materiæ, talis enim eſt materia, qualem requirit forma, & forma inducitur in materia propter finem. Et hac de cauſa dicit Philoſophus in poſterioribus Analyticis, quod quædam definitio eſt concluſio, quædam principium, quædam verò eſt demonſtratio ſola poſitione differens.

Definĩo materialis dẽmõſtrat̃ demõſtratione quia, & pp q̃d.

Hoc totum poteſt declarari duplici exẽplo, primum eſt. Ariſt. primo poſter. oſtendentis definitionem materialem demonſtrationis de ipſa demonſtratione per eius definitionem formalem. Secundum eſt ſic arguendo. Omne cooperiens nos à pluuia, & tempeſtatibus eſt compoſitum ex lapidibus & lignis, domus eſt huiuſmodi, ergo, &c.

Definĩo formalis & finalis p̃t demonſtrari, quia nõ pp q̃d.

Si verò ſit ſermo de definitione formali vel finali. Sic dico quod quamuis venetur per diuiſionis viam, non tamen demonſtrari poteſt à priori, ſed bene poteſt à poſteriori, & per effectum oſtendi, vt ex hoc quod homo ſentit, & ratiocinatur, concludimus ipſum eſſe animal & rationale, & ex conſequenti eſſe animal rationale. Si autem quid eſt conſideretur in ordine ad paſſionem, ſeu ut eſt, quid eſt, ſic dico quod nullo modo demonſtratur de definito, ſed ſemper eſt præcognitio.

Similiter ſi quia eſt ſubiecti conſideretur abſolutè, poteſt eſſe quæſtio, & appellatur quæſtio ſi eſt; ſi autem conſideretur in ordine ad paſſionem, ſic eſt præcognitio, importãs non actualem, ſed aptitudinalem exiſtentiam ſubiecti, ſeu non repugnantiam ad eſſe. Doctor hic loquitur de quid eſt, & quia eſt ſubiecti ſecundo modo acceptis.

2. Conditio ſubiecti.

Ibi. Secunda eſt, &c. Ponitur ſecunda conditio ſubiecti, quæ eſt, quod per eius quod quid eſt demonſtrentur in ſcientia paſſiones illius ſubiecti de eo. Huius conditionis ratio eſt, quia cum demonſtratio ſit per cauſam, per quam oſtenditur, quia eſt paſſionis, ſeu eius inhærentia ad ſubiectum, ideo in ipſa demonſtratione accipere debemus pro medio id, quod eſt cauſa talis inhærentiæ, quæ quidem cauſæ ſunt principia intrinſeca metaphyſicalia ſcilicet, genus & differentia, ex quibus conſtituitur definitio, igitur per quod quid eſt ſubiecti demonſtrari debent paſſiones illius de eo. Notandum quod per quod quid eſt Doctor intelligit definitionem ſubiecti, ac fortè etiam quidditatiuum conceptum, ac paſ-

ſionem

ſionem priorem: quod dico propter opinionem exiſtimantium, paſſionem priorem entis eſſe medium ad demonſtrandam poſteriorem paſſionem.

Hic ſunt quatuor difficultates, prima an definitio ſubiecti ſit medium in demonſtratione. Secunda an ſubiectum quod eſt ſecunda intentio virtualiter contineat proprias paſſiones. Tertia an illa definitio ſubiecti data à Scoto. quæſt. 3. prologi ſententiarum, intelligenda ſit tantum de ente reali. Quarta an intelligenda ſit tantum de ſubiecto quod eſt ſpecies ſpecialiſſima.

Ad primam difficultatem pro nunc nihil dicam, aliàs autem diffusè declarabitur.

secunda intentio an virtualiter cõtineat ſuas paſſiones. Ad ſecundam dico, quod quibuſdam videtur intentionem ſecundam non continere virtualiter proprias paſſiones, eo quod ſunt de genere ſterilium. Ad oppoſitum tamen eſt, quia aliunde quàm à ſubiecto proprio cauſari nequeunt intentionem paſſiones, ergo earum cauſa erit ſubiectum.

Probo antecedens, quia ſi non cauſarentur à ſubiecto, ſed ab aliquo alio, illud maximè eſſet intellectus, quod eſt falſum. Probatur nam hoc eſſet, vel alio actu ab eo à quo cauſatur ſubiectum, vel eodem, ſed vtrunque eſt impoſſibile.

Probo, quia ſi alio, & alio actu, ergo ſicut illi actus diſtinguuntur realiter, cum ſenſus ſine altero eſſe valeat, ita & termini illorum actuum diſtinguerentur realiter & ita ſubiectum in intentionibus diſtingueretur realiter à paſſione, quod in via Scotiſtarum non videtur eſſe aſſerendum, quia ſi ſubiectum quod eſt ens reale non diſtinguitur realiter à ſua paſſione, quæ tamen importat maiorem entitatem, quàm paſſio intentionum, ergo nec paſſio in intentionibus diſtinguetur realiter à ſuo ſubiecto.

Si autem dicas quod eodem actu ambo cauſantur.

Contra quia aut ambo æquè primò terminant actum intellectus per quem cauſantur: aut ſubiectum primo terminat, & paſſio ſecundario: aut è conuerſo: quorum nullum eſt dicendum.

Probatur de primo, quæcunque æquè primo terminãt cauſalitatem alicuius cauſæ naturaliter agentis, ſimiliter, approximatæ, diſpoſitæ, & non impeditæ ſunt æqualis entitatis, ſed ſubiectum: & paſſio non ſunt æqualis entitatis, vt manifeſtum erit infra q. 6. ergo, &c.

Probatur de ſecundo, nam quæcunque ſic ſe habent quod vnum primo, aliud ſecundario terminat eandem cauſalitatem alicuius cauſæ, ſecundario terminans eſt pars terminantis primo, ſicut patet de toto & de forma, quia totum primo terminat generationem, & forma quæ eſt pars totius ſecundario, ſed in intentionibus paſſio non eſt pars ſubiecti, ergo, &c.

Probatur de tertio: nam tunc ſequeretur ſubiectum eſſe partem paſſionis, quod eſt falſum.

Pro ſolutione illius quod contra hoc adducebatur de ſterilitate intentionum, dico, duplicem eſſe cauſam ſcilicet phyſicam, & metaphyſicam, cauſa phyſica eſt cauſa cauſans cum motu, & mutatione, cauſa verò meta. eſt cauſa cauſans ſine motu & mutatione, & hæc eſt duplex, quædam cauſans abſolutum, vt obiectum intellectionem, quædam habitudinem, vt eſt in propoſito de ſubiecto cauſante paſſionem. Dico igitur intentiones ſecundas eſſe de genere ſterilium phyſicè, & methaphyſicè, quoad illam cauſationem cuius terminus eſt abſolutum, non autem quoad illam cuius terminus eſt habitudo, qualis eſt in propoſito. Vel dicas intentiones continere aliquid virtualiter pullulatiuè, & elicitiuè, quia ab ipſis pullulat propria paſſio; etiam quia intellectus poteſt multas concluſiones elicere ex ipſis: & quantum ad hoc non ſunt de genere ſterilium. Cauſa duplex. Intẽtiones ſcďę quõ de genere ſteriliũ.

Ad tertium dubium dicitur communiter intentionem ſecundam non continere virtualiter veritates ſcientiæ cuius eſt ſubiectum. Probatur: nam aliter ſequeretur intentionem ſecundam continere virtualiter aliquod abſolutum, puta notitiam & habitum. subiectũ qđ eſt 2. intentio an cõtineat virtualiter oĩes veritates.

Conſequentia patet; nam continere virtualiter veritates, eſt continere habitum, vel notitiam.

Ad oppoſitum tamen eſt, nam id, cuius definitio eſt medium in demonſtratione, continet virtualiter veritates habitus, ſed definitio Syllogiſmi eſt medium in aliqua

qua demonſtratione, vt manifeſtum erit ex infra dicendis; ergo Syllogiſmus, & ex conſequenti ſecunda intentio, continet virtualiter veritates habitus.

Maior patet: nam demonſtratio eſt per cauſam, quæ eſt medium in demonſtratione, igitur medium eſt cauſa, & ex conſequenti continet virtualiter euidentiam veritatum habitus. Ad hanc difficultatem reſpondeo per quatuor dicta, ex quibus inferam aliud.

Subiectũ cõtinere virtualiter veritates q̃d.

Primum ſit, quòd ſubiectum non dicitur continere virtualiter veritates, quia cõtineat notitiam, vel habitum, ſed quia continet euidentiam omnium veritatum. Hoc totum patet ponderando literam Scoti. q. 3. prologi ſententiarum, vbi dicit ſubiectũ continere virtualiter veritates, & non dixit quod contineat habitum vel notitiam: deinde probando hoc quod dixit de continentia ſubiecti, tantum oſtendit ipſum continere virtualiter euidentiam veritatis; igitur, per continere virtualiter veritates, intelligit continere euidentiam veritatum.

Scientia vnde habet q̃d ſit notitia, & euidens.

Secundum dictum eſt, quod licet ſcientia ſit notitia certa & euidens, de obiecto neceſſario, cauſata à cauſa euidente intellectui (vt declarando terminos primæ quæſtionis diximus) non tamen ab eodem habet hęc omnia; quia quod ſit notitia, habet effectiuè ab obiecto, & ab intellectu, quamuis principalius ab intellectu. Sed quòd ſit certa, & euidens habet tantum (vel ſaltem principalius) ab obiecto, quia obiectum eſt cauſa totalis, vel ſaltem principalis euidentiæ & aſſenſus.

Et ideo cum dicimus ſcientiam eſſe cauſatam à cauſa euidente intellectui, non loquimur de ſcientia vt eſt notitia, quoniam ſic cauſatur ab intellectu, qui tamen non debet eſſe euidens ſibi, ad hoc vt effectiuè cauſet ſcientiam: ſed loquimur de ſcientia, vt eſt certa, & euidens, ſic enim habetur cauſari à cauſa nota intellectui, quia per ignotum nihil ſcitur. Similiter cum dicimus

Scientia ad quid eſt effectus demonſtrationis.

ſcientiam eſſe effectum demonſtrationis, hoc intelligas quantum ad euidentiam veritatis, demõſtratio namq; rõne medij cauſat ſcientiam quantum ad euidentiam.

Notitia & veritas differunt.

Tertium dictum eſt, quòd notitia & veritas differunt, nam notitia eſt quædam qualitas in cuius conceptu non includitur relatio, veritas autem eſt relatio conformitatis inſurgens neceſſario ex compoſitione terminorum apprehenſorum; quæ compoſitio (à quocunque ſit terminorum, apprehenſio) ſit virtute propria intellectus poſſibilis. Et diuerſificantur veritates neceſſariæ ratione euidentiæ, nam quædam habent euidentiam ex terminis, & ſunt quarum alter terminus notus, reliquum neceſſario ac euidenter includit, vt ſunt propoſitionum immediatarum veritates.

Veritas quid.

Veritates euidentes quid.

Veritates neceſſariæ nõ euidentes q̃d.

Quædam autem quarum alter terminus notus reliquum neceſſario, ſed non immediatè, nec euidenter includit, vt eſt veritas propoſitionem in quibus prædicatur paſſio de ſuo primo ſubiecto. Quæ veritates habent euidentiam ex principiis per ſe notis, & ex forma Syllogiſtica Exemplum eſt de iſta, homo eſt riſibilis, quæ ſit euidens per iſtas propoſitiones diſpoſitas in modo & figura, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale. Quartum dictum eſt, ſubiectum dicitur continere virtualiter ne dum veritates concluſionum, ſed etiam veritates præmiſſarum. Ex hoc enim: quod continet eſſentialiter ſubiectum maioris, quod eſt definitio ſubiecti, & ex hoc quod continet virtualiter prædicatum maioris, quod eſt paſſio eiuſdem ſubiecti, dicimus ipſum ſubiectum virtualiter cõtinere euidentiam maioris. Ex hoc verò quod continet eſſentialiter prædicatum minoris, dicimus ipſum continere virtualiter euidentiam ipſius minoris.

Subiectũ cõtinet virtualiter oẽs veritates.

Dices ſimiliter prædicatum poſſe dici continere virtualiter euidentiam veritatis, cum veritas æque videatur ab ipſo dependere. Dico quod licet ueritas dependeat à ſubiecto & prædicato, cum neceſſario inſurgat ex compoſitione terminorum, non tamen eius euidentia dicitur contineri in prædicato virtualiter, quoniam prædicatum nec virtualiter nec eſſentialiter continet ſubiectum.

Dubiũ diluitur

Prędicatum nõ continet virtualiter euidentiam veritatis

Patet: nam ſi paſſio, quæ eſt prædicatum maioris, contineret virtualiter ſubiectum eiuſdem maioris, quod eſt definitio, ergo contineret virtualiter ſe ipſam; quod eſt falſum. Probatur conſequentia quia quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, cum igitur definitio ſubiecti contineat virtualite ſaltem vt quo, ſeu ſit ratio

conti-

continendi ipſam paſſionem, ergo ſi paſſio contineret virtualiter definitionem, contineret ſe ipſam. Similiter hoc clarum eſt de definitione (quod ſcilicet non continet eſſentialiter ſubiectum minoris) quia propoſitio per ſe non conuertitur in propoſitionem per ſe, ſaltem eiuſdem modi vt cõmuniter conceditur, & habetur à Philoſopho primo poſter. cap. de ſtatu principiorũ; oppoſitum tamen huius ſequeretur, nam ſi definitio contineret eſſentialiter definitum, iſta eſſet per ſe primo modo, animal rationale eſt homo, quod patet eſſe falſum, quia non eſt naturalis, ergo nec per ſe. Ex his quatuor dictis infero, quòd cum ſubiectum dicatur virtualiter continere omnes veritates, non quia cauſet habitum, aut notitiam terminorum vel propoſitionum, ſed quia poteſt cauſare euidentiam veritatum, quod non videtur eſſe inconueniens in intentionibus, inter quarum terminos apprçhenſos, & compoſitos inſurgit conformitas, ideo nullum erit inconueniens concedere ſubiectum, quod eſt ſecunda intentio, continere virtualiter omnes veritates habitus cuius eſt ſubiectum.

Et per hoc patet quid dicendum eſt ad id quod obijciebatur; procedit enim ac ſi ſubiectum diceretur virtualiter continere veritates, quia habitum vel notitiã poſſit cauſare, quod non eſt verum. Aequiuocat etiã de veritate, vt patet.

An definitio ſubiecti, debeat tm̃ intelligi de illo quod eſt ſpẽs ſpecialiſſima.

Ad quartam difficultatem communiter dicunt Scotiſtæ, illam definitionem ſubiecti intelligendam eſſe tantum de ſubiecto quod eſt ſpecies ſpecialiſſima; nam ſi ſubiectum eſſet genus, non contineret omnes veritates virtualiter, nam aliquas virtualiter, aliquas vero (puta inferiorum) contineret potentialiter. Mihi autem videtur eſſe dicendum quodlibet ſubiectum, vel ſit vnum ſpecificè, vel genericè, vel tranſcendẽter, continere virtualiter omnes veritates, illius habitus cuius eſt ſubiectum.

Verum tamen eſt, quod ſi non eſt ſpecies ſpecialiſſima, non continet virtualiter omnes in ſe, ſed aliquas ratione ſui, aliquas ratione ſuorum inferiorum, aliquas etiam ratione eorum quæ reducuntur ad ipſum. Nec ponere aliquid continere quędam virtualiter ratione ſuorum inferiorũ ac reducibilium ad ipſum, eſt longinquum à veritate, cùm ipſemet Doctor. 1. diſt. 3. q. 3. art. 2. declarando quomodo ens eſt primum & adæquatum obiectum noſtri intellectus, dicit quod ens reſpectu quorundam intelligibilium per ſe, ad quæ non eſt vniuocum in quid, habet primitatem virtualitatis, quia continet illa virtualiter ratione ſuorum inferiorum. Hæc ſufficiant de his difficultatibus, vlteriorem enim perſcrutationem horum omnium, videre poteris in mea quæſtione de virtuali continentia ſubiecti.

Ibi. Tertia eſt, &c. Ponitur tertia conditio ſubiecti. Pro cuius intellectu notandum, quòd cum non ſit neceſſe ſubiectum (ſaltem in recto) prædicari in quid de omnibus in ſcientia conſideratis, & ex conſequentè, non ſit neceſſe ipſum eſſe vniuocum in quid ad omnia conſiderata in ſciẽtia, vt habet iſte primo Perihermenias q. prima, ideo deficiente vnitate vniuocationis, ſciẽtia non poſſet dici vna extrinſecè à ſubiecto, niſi omnia conſiderata in ea haberent attributionem ad ipſum ſubiectum.

Subiectũ non ſemper pdicatur de oĩbus in ſciã conſideratis.

Attributio quid & quotuplex.

Eſt autem attributio habitudo ſeu ordo alicuius, vel aliquorum quodammodo ſe habentium ad aliquod vnum. Et poteſt accipi quadrupliciter. Primo pro ordine ſeu habitudine aliquorum ad primum illius ordinis; ſicut eſt habitudo, ſeu ordo effectuum poſteriorum ad effectum neceſſario priorem; & ſicut ſpecies ſpecialiſſima, & alia quæ cognoſcuntur confusè, dicuntur habere ordinem ac attributionem ad indiuiduum, tanquam ad primo notum in tali ordine.

Secundo pro ordine aliquorum ſe habẽtium ad aliquod aliud tanquam ad menſuram quidditatiuam. Et hoc modo ſpecies imperfectiores habent ordinem, & attributionem ad ſpeciem perfectiorem eiuſdem generis, vt omnia animalia ad hominem: propter quam attributionem dixit Philoſophus. 7. phy. tex. Commen. 31. quod in genere latent æquiuocationes.

Tertio põt accipi pro ordine aliquorũ ſe habentium ad aliquod tanquam ad originem, & hoc vel eſſendi, vel tantum conſiderandi: primo modo intentiones ſecundæ dicuntur habere attributionem ad primam intentionem, & ad proprietatem rei à qua originantur, & occaſionantur.

Secun-

Secundo modo multa in ſcientia dicuntur habere attributionem ad ſubiectum, quia eſt origo & cauſa quare conſiderantur in tali ſcientia. Quarto poteſt accipi attributio pro ordine aliquorum ſe habentium ad aliquod tanquam ad cauſam, & hoc vel in eſſendo & cognoſcendo ſimul, ſicut dicimus paſſiones, ac inferiora habere attributionem ad ſubiectum: vel tantum in cognoſcendo, & ſic cauſa dicitur habere attributionem ad effectum per quem cognoſcitur: & hoc modo Deus habet attributionē ad creaturas, per quas cognoſcitur quantum ad conceptus communes, puta entis, veri, & boni, & quantum ad conceptus proprios habitos ex communibus, vt eſt de cōceptu entis infiniti, ac de alijs huiuſmodi. Et propter hoc nullum eſt incōueniens ponere ſubſtantiam finitam ſub ratione naturalitatis eſſe ſubiectum primum totius philoſophiæ naturalis, & concedere quòd ad philoſophum naturalem ſpectat conſiderare de primo motore, nam primus motor poteſt habere attributionem ad ſubſtantiā naturalem.

Deus q̃uo pōt habere attributionem ad creaturas.

Omnia igitur conſiderata in ſcientia reducuntur, ſeu habent attributionem ad ſubiectum, vel tanquam ad cauſam in eſſendo, & cognoſcendo, vt eſt de partibus ſubiectiuis, ac de paſſionibus ſuis proprijs, eſt enim ſuperius cauſa cognoſcendi inferius ſaltem definitiuè. Vel tanquam ad cauſam in cognoſcendo tantum, vt eſt de negationibus, de priuationibus, & de cauſis ſeu principijs ipſius ſubiecti, quæ in aliqua ſciētia demonſtrantur quia, ſeu à poſteriori. Vel tanquam ad originem conſiderandi, vt eſt de partibus integralibus, & eſſentialibus, ac earum paſſionibus, ſimiliter & de paſſionibus partium ſubiectiuarum, imo & de diſpoſitionibus ſubiecti, ac de alijs huiuſmodi, quæ propter ipſum ſubiectum conſiderantur.

Quomodo oīa cōſiderata ī ſcīa habent attributionē ad ſubiectū

Ibi. Duæ primæ conditiones, &c. Menſurant quinque priores opiniones de ſubiecto logicæ, & hæc pars poteſt ſubdiuidi in tres particulas, in primo oſtendit tres primas opiniones non eſſe veras: in ſecunda, & tertia oſtendit quartam & quintam opinionem eſſe falſam. Secunda ibi. Quarto ſcilicet, &c. Tertia ibi. Quinto ſcilicet, &c. Doctor menſurando tres primas opiniones, tria facit, primo declarat quæ conditiones ſubiecti deſunt illi; Secundo oſtendit illas tres poſitiones non differre: Tertio reſpondet earum rationibus.

Dic t igit q̃d duæ primæ conditiones deſunt trib. primis poſitionibus. De prima patet, & maximè quod non eſt notum de ipſis quid eſt in logica, quia nullius eorum ſubiectorum rationem generalem (id eſt ſic in generali) vt ponuntur ſubiecta (ab illis viris) habetur definitio in logica: nullibi enim in logica definitur conceptus formatus à ratione, nec intentio ſecunda, nec ens. De ſecunda etiam conditione patet, quia nullius ſubiectorum definitio præmittitur vt principium ſcientiæ, & ideo per ipſam non poteſt aliquid demonſtrari de illis ſubiectis: nec etiam paſſio aliqua de eis demonſtratur in generali acceptis. Et ideo concludendum eſt quodlibet eorum eſſe nimis commune ſubiectum. Notandum quodlibet iſtorum ſubiectorum poſſe vocari ſubiectum prædicationis, non autem attributionis, & de hoc in præſenti loquimur. Dubium eſt an verum ſit quod dicit Doctor, definitionem ſcilicet præmittendam eſſe in ſcientia vt principium? Et videtur quod non, nam tunc Deus non eſſet ſubiectum in Theologia, nec ſubſtantia naturalis in primo phyſicorum, nec Syllogiſmus in tota logica, quia non præmittitur eius definitio in libris prædicamentorum, ſicut nec definitio Dei in Theologia, nec definitio naturæ præmittitur primo phyſicorum. Dico quòd Doctor hic loquitur de ſcientia naturaliter inuenta, & non adhuc de qualibet tali, quia non de inquiſitiua, ſed de demonſtratiua.

An definitio ſit p̄mittēda ī ſcīa vt principium.

Vnde animaduerſione dignum eſt, aliquam ſcientiam eſſe merè inquiſitiuam, aliquam merè demonſtratiuam, in ſcientia inquiſitiua non debet præmitti definitio, ſecus eſt in demonſtratiua; ſed in ea quę partim eſt inquiſitiua, partim demonſtratiua; debet præmitti definitio vt principium in ea parte tantum, quæ eſt demonſtratiua: cùm igitur primus liber phyſicorum ſit inquiſitiuus principiorum entium naturalium, ideo non debuit Philoſophus in illo præmittere naturæ definitionem. Similiter cum in prædicamentis ac in Perhier. inquirat ſeu doceat principia materialia Syllogiſmi

Scientia quotuplex.

Definitio ī qua ſcīa dēt p̄mitti vt pricipium.

giſmi tam incomplexa quàm complexa: ideo congruum non erat in eis præmittere Syllogiſmi definitionem.

Ibi. Etiam non differunt, &c. Oſtendit tres primas poſitiones non differre inter ſe, quod cum manifeſtũ ſit de duabus primis, ideo hoc tantum probat de tertia, quæ ponebat ens eſſe logicæ ſubiectum. Notandum ens rationis quandoque accipi pro ente quod eſt in ratione vt in ſubiecto, ſicut eſt actus & habitus, quãdoque pro eo quod obijcitur intellectui, & vocatur ens rationis obiectiuè; quandoque pro ente cauſato à ratione per actum collatiuum, vel per productiuum præſupponentem collatiuum. Arguit igitur Doctor inquirendo de quo ente loquitur D. Thomas, cum dicit ipſum eſſe logicæ ſubiectum; quia aut loquitur de ente reali, aut de ente rationis; non de ente reali, quia tunc logica eſſet ſcientia realis, quod eſt falſum. Si autem loquitur de ente rationis, aut ergo loquitur de ente rationis, id eſt conſiderato ab intellectu, quod appellatur ens rationis obiectiuè, aut de ente rationis, id eſt cauſato à ratione. Si primo modo, ſic adhuc logica poterit eſſe realis, quoniam cuiuslibet ſcientiæ ſubiectum eſt ens rationis obiectiuè, nam cum nihil ſit ſubiectum ſcientiæ naturaliter inuentæ niſi ſit vniuerſale, & intellectus ſit qui facit vniuerſalitatem in rebus, vt communiter dicitur, ideo nihil eſt ſubiectum alicuius ſcientiæ, niſi vt conſideratum à ratione; & ita non niſi vt eſt ens rationis obiectiuè. Oportet igitur dicere D. Thomam loqui de ente rationis id eſt, cauſato à ratione, quod eſt idem cum aliis duabus poſitionibus.

Ens rõnis tripliciter.

Ibi. Ad rationem quidem, &c. Reſpondet ad rationes harum trium poſitionum. Et ad primam dicit argumentum non valere; quia arguit ab inſufficienti diuiſione, vel melius inductione, ſeu enumeratione, quia licet conceptus formatus ab actu rationis habeat vltimam conditionem ſubiecti, quia omnia conſiderata in logica ad ipſum reducuntur, vt inferiora ad ſuum ſuperius, tamen ei deſunt aliæ duæ conditiones, vt ſupra dictum eſt: & ideo illa ratio committit fallaciam conſequentis, quantum ad ſecundum modum illius fallaciæ.

Reſponſio ad rõnẽ Egidij.

Ad rationem quæ adducebatur pro Boetio dicit, verum eſſe quòd ſecundæ intentiones ſunt communes omnibus in logica cõſideratis, & ideo logica erit de ſecundis intentionibus, non tamen ſequitur ipſas eſſe ſubiectum in logica, quia eſſet arguere ab inſufficiente inductione, vt iam dictum eſt. Et ſi dicas logicam eſſe de ſecundis intentionibus per Boetium, ergo ſecundæ intentiones ſunt ſubiectum in ea. Neganda eſt conſequentia, loquendo de ſubiecto attributionis; nam non quodlibet de quo eſt ſcientia eſt eius ſubiectum, phyſica namque eſt de motu, de loco, de tempore, & de multis aliis, quæ non ſunt eius ſubiectum. Similiter omnis ſcientia eſt de ente, cũ nulla ſit de non ente, non tamen ſequitur ens ſic in communi eſſe ſubiectum in qualibet ſcientia.

Reſp. ad rõnem Boetij.

Ad rationem D. Thomæ reſpondet, exponendo illam auctoritatem Ariſt. 4. met. & primo excludit intellectum falſum, & ait. Non ideo met. logicus & Sophyſta dicuntur laborare circa idem, quia idem ſit ſubiectum harum ſcientiarum; ſed pro tanto dicuntur circa idem, pro quanto in logica cõſideratur illud per quod circa omnia conuenit laborare.

Reſp. ad rõnem D. Thomæ.

Meta, logicus, & Sophiſta quõ laborẽt circa idẽ.

Notandum quòd li per, poteſt dicere vel circunſtantiam medij, vel circunſtantiam inſtrumenti. Si dicat circunſtantiam medij, ſenſus eſt, in logica conſideratur illud per quod &c.

Id eſt in logica conſiderantur quædam propoſitiones, quæ appellantur maximæ, ſeu loci Topici, per quas tanquam per media, ſeu per premiſſas, conuenit laborare circa omnia, inferendo probabiliter in qualibet ſcientia concluſiones. Si verò dicat circunſtantiam inſtrumenti, ſenſus eſt, in logica conſideratur, &c.

Id eſt in logica conſideratur Syllogiſmus demonſtratiuus, Topicus, & Elenchus, per quem contingit laborare in omni ſcientia demonſtratiuè, Topice, aut apparenter, & hoc, ſi non eſt vera ſcientia; imo in vera ſcientia contingit laborare Sophyſticè, nõ ad decipiendum, ſed ad manifeſtandum errorem.

Ibi. Nam circa multa, &c. Reddit Doctor rationem illius quòd dixit in principio huius reſponſionis: quòd ſcilicet non ſequitur Met. Dialecticus & Sophyſta laborat circa idem, ergo idem eſt ſubiectum.

Et

Et ſic ratio eſt, nam circa multa laboratur in ſcientia, non tamen propter hoc quodlibet illorum eſt principale ſubiectum illius ſcientiæ, veluti dictum fuit ſupra de motu, & de multis alijs circa quæ laborat phyſicus, quæ tamen non ſunt ſubiectum primum ac principale Philoſophiæ naturalis, ſicut nec enunciatio eſt ſubiectum principale logicæ, & ſi logicus circa ipſam laborat. Aliter etiam ad hanc eandem rationē D. Thomæ poſſumus reſpondere, concedendo maiorem de eo circa quod per ſe primo, & principaliter laborat ſcientia, tale enim eſt eius ſubiectum, & tunc neganda eſt minor de logica docente, nam logica docens non verſatur circa ens reale.

Alia reſpon. ad rōnē D. Tho.

Et cum probatur per Philoſophum. 4. met. dicendum, quod loquitur de dialectica & Sophyſtica vtente, & non de docente, vt ait Doctor exponendo illum textum. Poſſumus etiam dicere meta. laborare circa ens primo & per ſe, at dialecticus & Sophyſta non niſi ſecundario & per accidens, id autem circa quod artifex laborat ſecundario, & per accidens, non eſt eius ſubiectum primum.

Opinio nominalium quare falſa.

Ibi. Quarto ſcilicet, &c. Menſurat nominalium opinionem, dicitque quod orationi deficit ſecunda conditio, & tertia: deficit ſecunda, quia per eius quod quid eſt nō demonſtrantur principaliores paſſiones logicæ de ipſa oratione. Nec ad ipſam poſſunt reduci omnia conſiderata in logica, cum deficiat ei ratio reductionis, ſcilicet vniuocatio: propter namque eius vniuocationem ad enunciationem, & ad Syllogiſmū ponebat iſta opinio omnia poſſe reduci ad orationem.

Oratio an ſit æquiuoca enūciationi & Syllog.

Hic eſt difficultas multæ conſiderationis an ſcilicet oratio æquiuoce dicatur de enunciatione, & Syllogiſmo, Et videtur, quod ſic per Doctorem hoc in loco. Hoc etiam confirmari poteſt, nam nomen tantum, & non definitio orationis, conuenit orationi dictæ de Syllogiſmo, ergo eſt æquiuoca.

Probatur antecedens nam oratio eſt vox ſignificatiua, cuius partium aliqua ſignificatiua eſt ſeparata, vt dictio non vt affirmatio vel negatio, ſed partes Syllogiſmi ſeparatæ ſignificant vt affirmatio vel negatio, cum ſint propoſitiones affirmatiuæ vel negatiuæ, ergo, &c.

Reſpon. Mauritij.

Huic difficultati reſpōdet Mauritius tripliciter. Primo dicit, Doctorem hic accipere æquiuocationem extenſiuè pro analogia. Secundo dicit, quòd illa non eſt vera definitio ſed potius deſcriptio quid nominis. Tertio dicit, quod oratio eſt æquiuoca, nec ei conuenit definitio vt accipitur ſic in communi, ſed prout accipitur pro vno ſignificato, ideſt pro enunciatione; ſic enim oratio eſt per ſe vna, & eſt genus orationis indicatiuæ, imperatiuæ, ac aliarum huiuſmodi: oratio autem quæ eſt argumentatio non eſt per ſe vna, niſi vnitate ordinis vel integritatis.

Auctoris reſp.

Aliter ego dicerem quod oratio eſt æquiuoca enunciationi, & Syllogiſmo, cū hoc tamen ſtat quod habeat definitionem illis æquiuocam. Pro huius reſponſionis intellectu, notandū ex Auerroe. 7. phy. Com. 26. æquiuoca eſſe in duplici differentia, quædam ſunt purè, & verè æquiuoca, quædam vero nec purè nec verè ſunt æquiuoca, quæ vocantur æquiuoca ambigua.

Aequiuocū duplex.

Aequiuoca pura quæ.

Aequiuoca pura ſunt quæ licet ſint eadem ſecundum vocem, eorum tamen definitiones ſunt diuerſæ voce, & ratione, ſeu ſignificatione, vt canis & aucupum, nulla enim eorum aſſignatur conuertibilis definitio, ſed plures ſecundum pluralitatem ſignificatorum, nam ſicut canis marinus, terreſtris, & cęleſtis differunt uoce & ratione, ita, & eorum definitiones.

Aequuoca ambigua quę.

Aequiuoca ambigua, ſeu non pura, ſunt quorum definitiones æquiuocæ, vt nomina. Seu ſunt quorum definitiones ſunt eędem voce, & æquiuocæ poſitione ſeu ſignificatione. Exemplum eſt de multo & pauco, quorum definitiones dicuntur eſſe æquiuocæ, quia ſi quis dixerit in definitione magni, quod eſt talis quantitatis, tunc hoc nomen quantitas erit æquiuocum.

Velox & tardū quid.

Exemplum etiam eſt de veloci & tardo, vnde velox eſt quod pertranſit multum ſpacium in pauco tempore, & tardum quod pertranſit paucum ſpacium in multo tempore. Quælibet harum definitionum dicitur æquiuoca, ſicut termini poſiti in illis, ſcilicet ſpacium, quod dicitur de ſpacio recto & circulari, nec non de quantitatiuo & qualitatiuo diuerſis rationibus: hoc idem dicas de duplo, dimidio, multo, & pauco. ſciendum

dum tamen eſt quòd iſta conſiderari poſſunt vel abſolutè, prout dicunt vnum conceptum ad modum generis, & ſic ſunt magis vniuoca quam æquiuoca. Vel reſpectiuè, vt circuncernunt diuerſas materias diuei ſarum naturarum, & ſic ſunt æquiuoca. Et ſi quæras an animal ſit æquiuocum hoc modo. Dico quòd non, tum quia magis accedit ad vniuocationem, quàm ad æquiuocationem. Tum quia contrahitur per differentiam ſimpliciter vniuocam, nulli niſi homini potentem conuenire. Ita per oppoſitum dicendum duplicia eſſe vniuoca, quædam non vera, quorum definitiones ſunt eædem voce non ratione, vt definitiones multi, & pauci: quædam vera, & ſunt quorum rationes ſunt eædem voce & ratione, vt homo, & animal.

Aĩal an ſit ęquiuocum ambiguum? Vniuocum duplex.

Oratio qũo ęquoca.

Ad propoſitum applicando, dico orationem non eſſe æquiuocam primo modo, ſed benè ſecundo modo, nec eſt inconueniens ipſam habere definitionem æquiuocè conuenientem orationi cathegoricæ, & hyppoteticæ, enunciationi ac Syllogiſmo. Et ſi dicas quod Doctor, quando dicit orationem eſſe æquiuocam, loquitur de æquiuoco, quod non poteſt definiri, quale eſt æquiuocum primo modo, igitur Doctor vult orationem eſſe purè æquiuocam. Dico Doctorem hic loqui de quocunque æquiuoco, quod non poteſt definiri definitione, quæ poſſit eſſe medium in demonſtratione, propter quod poſtea negat, illud ęquiuocum poſſe eſſe ſubiectum; tale autem eſt ne dum purum æquiuocum, ſed etiam æquiuocum ambiguum, quod vt tale, non poteſt eſſe ſubiectum ſcientiæ, nec eius definitio poteſt eſſe medium in demonſtratione. Hoc totum probatur: nam ſi genus vt genus non habet paſſionem, nec definitionem, quæ ſit medium in demonſtratione, ergo multo minus æquiuocum ambiguum, vt tale, poteſt habere definitionem, quæ ſit medium in demonſtratione.

Obiectionis dilutio.

Conſequentia patet: nam genus vt genus habet magis rationem vniuoci, quam ęquiuocum ambiguum. Antecedens probatur: nam generis, vt genus, nec eſt genus nec differentia, nec ex conſequenti definitio. Id etiam quod aſſumitur de paſſione manifeſtum erit in ſequentibus. Ex his patet quid dicēdum eſt ad Doctorem hoc in loco. Ad illam confirmationem negatur antecedens: ad cuius probationem, dici poteſt ex Alexan. & Amonio, quòd cum primo Periher. definiatur oratio in communi, ideo debuit poni in eius definitione, id quod eſt commune orationi ſimplici, & compoſitæ, habere autem partes ſignificantes aliquid vt affirmatio vel negatio, ſolum competit orationi compoſitæ; ſed habere partes ſignificantes aliquid per modum dictionis, non per modum affirmationis vel negationis, eſt commune orationi ſimplici & compoſitæ, & ideo hoc vltimum debuit poni in definitione orationis. Ex his patet ſolutio alterius difficultatis, quare ſcilicet, Doctor non dixit orationi deficere primam conditionem. Reuera enim de ipſa oratione eſt notum quid eſt in logica, non tamen illud quid per quod vt tale, demonſtrentur paſſiones, & ideo quantum ad hoc non habet definitionem, vt dictum eſt ſeu ſub alijs verbis, non habet definitionem, quæ præmittatur vt principium ſcientiæ.

Difficultatis dilutio.

Ibi ſumitur enim in &c. Declarat quomodo ſumatur oratio in definitione Syllogiſmi, & ait, quòd ſumitur pro argumentatione. Notandum quòd cum Syllogiſmus poſſit definiri, vel in ordine ad intellectum, cui facit fidem de re dubia; vel in ordine ad concluſionem, quæ deducitur, vel in ordine ad partes integrales, ideo oratio poſita in eius definitione, poteſt diuerſimodè ſumi. Si enim definiatur in ordine ad intellectum, accipitur oratio pro argumentatione, quæ eſt explicatio argumenti per orationem, quod argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, quam equidem fidem non facit niſi intellectui, igitur argumentatio importat ordinem ſeu comparationem ad intellectum. Si verò definiatur in ordine ad concluſionem, accipitur oratio pro ratiocinatione, Syllogiſmus enim inquantum eſt ratiocinatio habet ordinem ad concluſionem; eſt namque ratiocinatio diſcurſus à præmiſſis in concluſionem Si autem definiatur in ordine ad partes integrales, ſic oratio verè accipitur pro ipſa oratione; quam Priſcianus dicit eſſe congruam dictionum ordinationem.

Oratio in definitione Syllogiſmi pro quo ſumatur.

Argumẽtatio & argumẽtum quid.

Ratiocinatio quid.

Oratio quid.

Ibi. Quinto ſcilicet, &c. Oſtendit argumentatione deficere omnes tres, conditio-

nes ſubiecti. De prima patet, nam argumentatio in communi nunquam definitur ab Ariſt. Et licet Boetius, libro primo ac ſecundo de differentijs Topicis circa principium eam definiat, non tamen illa definitio ponitur in hac ſcientia, vt eius principium: & hoc, vel quia eſt deſcriptio, & nõ vera definitio; Dicit enim vbi ſupra, quod argumentatio eſt argumẽti per orationem explicatio. Vel quia per iſtam definitionem nihil ab Ariſt. vel Boetio de ipſa argumentatione oſtenditur.

Alberti opinio quare falſa.

Ex defectu huius primæ conditionis, patet error aſſerentium argumentationem eſſe ſubiectum logicæ completæ traditę. Hoc enim eſt falſum, ne dum quia iſti ponunt Philoſophum non tradidiſſe complete logicam: Sed etiam quia argumentatio non habet definitionem quid rei, vel ſi habet, illa tamen non poteſt eſſe principium huius ſcientiæ.

Error quorundam.

Ibi. Secundum etiam, &c. Remouet ſecundam conditionem ſubiecti ab argumentione; ſi enim non præmittitur eius definitio vt principium ſcientiæ, ergo per illam non poterunt demonſtrari paſſiones aliquæ in logica. Mauritius vult Doctorem hic per rationem generalem, intelligere talem rationem. Argumentatio non habet quod quid eſt, ergo per ſuum quod quid eſt nihil demonſtratur de ipſa. Et hanc rationẽ exiſtimo Mauritium vocaſſe generalem, quia communis eſt ad probandum de qualibet opinione (cui deficit prima conditio ſubiecti) quod ei deficiat etiam tertia. Sed vt verum fatear, non mihi videtur hãc eſſe mentẽ Scoti hoc in loco; nã ſupra remouendo à trib. primis poſitionib. duas primas conditiones, vſus eſt quoque hoc eodem modo loquendi, ſecundum rationem generalem, nec ibi loquebatur de ratione poſita à Mauritio, ergo nec hic. Dicamus igitur quòd Doctor per rationem generalem intelligit, ſic in communi; & ita ſenſus eſt, argumentationi ſecundum rationem generalem (idest in communi acceptę) deeſt ſecunda conditio, vt manifeſtum eſt: nam vel non habet definitionem, cuius ſignum eſt, quia nuſquam ſic in communi definitur à Philoſopho pertractante de eius ſpeciebus, ſeu modis. Vel dato etiam quod habet et definitionem, non tamen ponitur vt principium ſcientiæ, & ita ex his manifeſtum eſt argumẽtationi deeſſe ſecundam conditionem.

Mauritij error.

Ibi. Tertium etiam, &c. remouet tertiã conditionem ab argumentatione, nam vel eſt æquiuoca, vel analoga. Si æquiuoca ergo deficit ei tertia conditio ſubiecti. Probatur conſequentia, nam reductio omniũ aliorum ad ſubiectum, eſt propter vnitatem ſcientiæ, ſed ab æquiuoco non poteſt ſcientia habere vnitatem, igitur ad æquiuocum non poteſt eſſe reductio, ergo ſi argumentatio eſt æquiuoca deficit ei tertia conditio. Minor patet, nam ab eo quod non eſt vnum ſcibile, nec vnum intelligibile, ſcientia non poteſt habere vnitatem, tale verò eſt æquiuocum, ergo, &c.

Si autem eſt analoga, ergo deficit ſibi tertia conditio ſubiecti. Probatur conſequẽtia, quia reductio omnium aliorum quæ pertractantur in ſcientia, ſtat ad illud à quo ſcientia habet vnitatem; ſed non ab vnitate analogi, ſed ab vnitate principalis, ſcientia habet vnitatem; ergo non ad analogum ſed ad principale contentum ſub ipſo, ſtat reductio omnium aliorum in ſcientia: principale autem contentum ſub argumentatione eſt Syllogiſmus, ergo in logica omnia alia habent attributionem ad Syllogiſmum, & ita ex conſequenti Sillogiſmus, & non argumentatio, eſt ſubiectum attributionis in logica. Exemplum eſt de metaphyſica, cuius vnitas eſt ab vnitate ſubſtantiæ, ad quam omnia alia entia attribuuntur.

Notandum Doctorem duo ſupponere ex conceſſis ab Alberto, primo argumentationem non eſſe vniuocam, quod an ſit verum declaratum fuit ſupra in expoſitione terminorum. Secundo analogum mediare inter vniuocum & æquiuocum. Ex quibus patet hanc rationem Doctoris (qua oſtendit argumentationi deficere tertiam ſubiecti conditionem) procedere ex ſufficienti diuiſione, & per oppoſita.

Ibi. Dicendum, ergo, &c. Hęc eſt ſecunda pars principalis corporis huius quęſtionis, in qua determinat Syllogiſmum eſſe ſubiectum primum, & proprium logicę: & poteſt ſubdiuidi in tres partes, ſecundum tres conditiones ſubiecti quas oſtendit ineſſe Syllogiſmo. Habet enim primam cõditionem,

ditionem, quia ſtatim poſt determinationem de eius partibus integralibus, tam remotis, quã propinquis, in veteri logica; in primo priorum pręmittit eius definitionẽ. Hic notabis quod diximus ſupra, cũ enim in ſcientia inquiſitiua, & determinatiua partium integralium, non ſit neceſſe, nec debeat præponi definitio, ideo iure non præmittitur definitio Syllogiſmi in veteri logica.

Ibi. Et ſecundam habet, &c. Oſtendit Syllogiſmum habere ſecundam ſubiecti cõditionem, quia in eodem primo priorum Philoſophus oſtendit multas paſſiones de ipſo Syllogiſmo per eius definitionem. Et Doctor hic enumerat duas paſſiones, prima eſt modus & figura, quæ oſtenduntur in illis de ineſſe (ideſt de Syllogiſmis compoſitis ex præpoſitionibus de ineſſe) & in modalibus (ideſt de Syllogiſmis compoſitis ex propoſitionibus modalibus) Secunda paſſio eſt habere tres terminos, quæ oſtenditur de Syllogiſmo primo priorum, cap. 23. primi ſecti, iuxta Auer. ac Alex. diuiſionem; quod incipit. Quoniam igitur in illis figuris, &c. Et hanc paſſionem oſtendit Philoſophus per hoc quòd eſt ex neceſſitate accidere concluſionem. Hic ſunt duo notanda, deinde dubium eſt diſcutiendum.

Primo notandum quòd cum ſubiectum ſcientiæ naturaliter inuentæ debeat habere principia partes, & paſſiones, iuxta Doctrinam Ariſt. primo Poſter. tex. Commen. 43. idcirco Syllogiſmum hæc omnia habere eſt neceſſe. Principia Syllogiſmi ſunt in triplici differentia, quædam ſunt formalia, quædam materialia, quædam regulatiua. Principium formale Syllogiſmi eſt neceſſaria illatio. Et ſi dicas Syllogiſmum eſſe ſecundam intentionem, & ex conſequenti formam ſimplicem, cuius nullum eſt principium formale. Dico ſecundam intentionem eſſe formam ſimplicem phyſicè, quia non eſt compoſita ex materia, & forma phyſica, & ita non habet principium formale phyſicum. Non tamen eſt forma ſimplex meta. eſt enim compoſita ſuo modo ex realitate generis & differentiæ, ſicut quodlibet quod eſt in genere: habet igitur Syllogiſmus principium formale metaphyſicum, quod eſt eius differentia conſtitutiua, quæ eſt ex neceſſitate accidere, ſeu neceſſaria illatio. Principia materialia Syllogiſmi ſunt duplicia, quædam remota, vt termini, quædam propinqua, vt propoſitiones, quibus poſtea diſpoſitis ineſt illatio. Sciendum tamen eſt quod hic non loquor de principio materiali intrinſeco, quod eſt genus, ſed de principio materiali extrinſeco, quod eſt fundamentum cui applicatur illatio neceſſaria. Principia regulatiua Syllogiſmi ſunt dici de omni, & de nullo. Paſſiones Syllogiſmi ſunt modus figura, conſtare ex tribus terminis, ex duabus propoſitionibus, & aliquam præmiſſarum eſſe affirmatiuam, & aliquam vniuerſalem. Concludere autem negatiuè, vel affirmatiuè, particulariter, vel vniuerſaliter non eſt paſſio Syllogiſmi, ſed ſunt differentiæ cõtrahentes ipſum ſimpliciter acceptũ; ſicut. n. dicimus ſenſibilium, aliud rationale, aliud irrationale, ita etiam dicimus, quòd eorum quæ ex neceſſitate concludũt, alia concludunt particulariter, alia vniuerſaliter, & quædam negatiuè, quædam affirmatiuè. Partes ſubiectiuæ Syllogiſmi ſunt in duplici differẽtia, quædam ſunt ad quas contrahitur per principia formalia, vt Syllogiſmus in Barbara, Celarent, & ita de alijs. Quæ diuiſio Syllogiſmi eſt generis in ſpecies, propter quod nemini mirum videatur, ſi Syllogiſmi primæ figurę ſunt cæteris perfectiores, genus enim analogicè deſcendit in ſpecies. Quædam ſunt partes ſubiectiuę ad quas contrahitur per principia materialia, de quibus ſtatim infra erit ſermo.

Secundo notandum Philoſophum primo priorum diuerſis in locis oſtẽdere prædictas paſſiones de Syllogiſmo. Nam cap. 24. primi ſecti iuxta Auerr. diuiſionem, oſtendit modum de Syllogiſmo (qui eſt ordinatio duarum præmiſſarum in debita quantitate & qualitate) Ait enim ibi quod in omni Syllogiſmo aliqua præmiſſarum eſt affirmatiua, & aliqua vniuerſalis, & non ambæ particulares, & negatiuæ. Et cap. 25. oſtendit omnem Syllogiſmum tantum ex tribus terminis, & duabus propoſitionibus conſtare. Et cap. 23. oſtendit conſtare ex tribus terminis, & ex duabus propoſitionibus de Syllogiſmo. Seu [ſecundum aliorum expoſitionem] oſtendit Syllogiſmum conſtare ex duabus propoſitionibus

Principiũ formale ſyllogiſmi. Secũda ĩtentio forma duplex.

Prĩcipia materialia ſyllogiſmi q̃.

Prĩcipia regulatiua ſyllogiſmi.

Paſſiones ſyllogiſmi quæ.

Partes ſubiectiuę ſyllogiſmi q̃.

Loca in quibus Ariſt. oſtendit paſſiones Syllogiſmi de ipſo.

communicantibus in aliquo medio, per hoc quòd eſt ex neceſſitate accidere.

Ait namque eo enim; quòd vnum de vno ſit acceptum, nil accidit ex neceſſitate, quare aſſumenda eſt altera propoſitio. Cap. etiam. v. oſtendit figuram (quæ eſt ordo medij termini inter extrema) de Syllogiſmo, per hoc quod eſt ex neceſſitate accidere.

Ait enim; ſi primum omne conſequitur medium, medium verò nulli ineſt extremo, non erit Syllogiſmus extremitatum, nihil enim neceſſariũ accidit, eo quòd hęc ſint. Similiter in ſequentibus capitulis oſtendit de ipſis cõiugationibus (quæ nil aliud ſunt ſaltem conſecutiuè, quàm diſpoſitio præmiſſarum in modo & figura) quaſdam eſſe vtiles, quaſdam inutiles, & hoc nedum in illis de ineſſe, ſed etiam in modalibus, oſtẽdit autem per hoc, quia vtiles ſunt Syllogiſmi, ideſt quia ex vtilibus accidit aliquid neceſſarium, eo quod hæc ſint, inutiles verò non ſunt Syllogiſmi, nihil enim neceſſe eſt accidere.

Modus & figura, & ex neceſſitate accidere an ſint paſſiones Syllog.

Hic eſt vna difficultas duas includens partes. An ſcilicet modus & figura, & ex neceſſitate accidere ſint paſſiones Syllogiſmi? Probatur quòd modus, & figura non ſint paſſiones, quia quod ponitur in definitione quid rei alicuius, non eſt eius paſſio, ſed modus & figura ponuntur in definitione quid rei Syllogiſmi, ergo, &c. Minor probatur nam per ly poſitis in definitione Syllogiſmi, exponitur communiter diſpoſitis in modo; & in figura.

Ad oppoſitum eſt Doctor hic. Ad affirmatiuam alterius partis huius difficultatis arguitur, probando ex neceſſitate accidere eſſe paſſionem Syllogiſmi. Dicit enim Io. Anglicus Doctorem velle Philoſophum in illo cap. Quoniam igitur in illis figuris &c. aſſignare multas paſſiones ipſi Syllogiſmo in communi, puta habere tres terminos, & ex neceſſitate accidere.

Contra Io. Anglicum.

Ad oppoſitum eſt, nam reuera vir iſte non habet mentem Doctoris hoc in loco; vult enim Doctor ex neceſſitate accidere concluſionem, eſſe medium, per quod Philoſophus in illo capitulo oſtendit conſtare ex tribus terminis de Syllogiſmo. Item quod ponitur in definitione quid rei Syllogiſmi, nõ eſt eius paſſio, ſed ita eſt de ipſo accidere ex neceſſitate, ergo, &c. Item quod eſt medium ad oſtendendas paſſiones in ſcientia demonſtratiua de ſubiecto habente definitionem non eſt paſſio, tale eſt accidere ex neceſſitate, vt patet ex his, quæ habet Doctor hic, & prima quæſtione, ergo, &c.

Item ſi accidere ex neceſſitate eſſet paſſio Syllogiſmi, igitur conſtare ex tribus terminis, ac modus, & figura ſunt paſſiones priores conſequens eſt falſum, nam tunc Philoſophus potius debuiſſet oſtendere accidere ex neceſſitate per modum & figuram, vel per conſtare ex tribus terminis, quàm è conuerſo.

Conſequentia probatur: nam ſicut termini ac præmiſſæ ſunt priores concluſione, ita quoque conſtare ex tribus terminis, nec non diſpoſitio terminorum ac præmiſſarum in figura, & modo erit prior, eo qđ eſt concluſionem neceſſario ſequi ex præmiſſis. Item Doctor primo Priorum. q. 2. art. 3. vult argumentationem habere aliquas proprietates communes ſe tenentes ex parte neceſſariæ illationis, ergo neceſſaria illatio non eſt paſſio; aliter ratione eius non ineſſet aliqua paſſio argumentationi.

Ad primam partem huius difficultatis dico; modum & figuram eſſe paſſiones, & non differentias Syllogiſmi: & ad illud quod obijcitur poſſumus dicere iuxta expoſitionem Alexan. Auerrois, Philoponi, & multorum aliorum, Philoſophum per ly poſitis, non intelligere diſpoſitis, ſed conceſſis: per hoc enim verbum intendit excludere multa genera orationum, in quibus nihil dat, neque ponitur, neque conceditur, vt eſt de orationibus imperandi, optandi, interrogandi, & vocandi, in quibus nihil conceditur, neque ponitur. Aliter etiam ait Philoponus, Ariſt. dixiſſe poſitis, propter ratiocinationes hypotheticas, in quibus nulla ponitur propoſitio, ſed tantũ ſumitur, poſitio enim de hypoteſi enunciatur. Alexander vult Philoſophum ideo dixiſſe poſitis, & nõ abſolutè ſumptis, vt manifeſtaret modum eorum quę ſumuntur; ſiquidem oportet eſſe propoſitiones prædicatiuas, & non ſuppoſitiuas, quę ſumunt, ex his enim non conficitur ratiocinatio, vt clarum eſt ex primo priorum. Poſſumus etiam aliter dicere ſuſtinendo communem

Illud verbum poſitis ĩ definitione Syllog. pro quo accipit.

modum

modum dicendi multorum, quod per ly poſitis intelligitur diſpoſitis.

Verum tamen eſt quod ipſa diſpoſitio ſeu ordo terminorum ac propoſitionum non eſt formaliter modus & figura, nec è conuerſo,ſed bene ad talem diſpoſitionem ſeu ordinem conſequitur modus & figura.

Obiectio tollitur.

Quod ſi obijcias quia modus & figura defi niuntur per diſpoſitionem ſeu ordinem,eſt enim modus ordinatio duarum præmiſſarum in debita quantitate & qualitate,ſimi liter figura eſt ordo medij termini inter ex trema,ergo modus, & figura ſunt formali ter ordo ſeu diſpoſitio. Dico quod illæ de finitiones ſunt cauſales, & ideo pro tanto modus,& figura eſt ordo ſeu diſpoſitio, ꝓ quanto ſequitur ad talem ordinem ſeu diſpoſitionem ſicut ad principium, velut & riſibilitas ad rationalitatem conſequi dici tur. Ex his patet quod diuerſimode poſſu mus reſpondere ad id quod obijciebatur in principio de modo,& figura.

Definitio modi, & figuræ quō intelligenda.

Ad ſecundam partem huius difficultatis patet quid dicendum ſit ex his quæ diximus contra Io Anglicum, & ex his quæ di ximus declarando terminos huius quæſtio nis. Ex hoc eodem patet error Tatareti,di centis primo Priorum.q.1 art.2. dubio pri mo, modum & figuram eſſe principia ſeu differentias Syllogiſmi, per quas Syllogiſmus ſimpliciter deſcendit in Syllogiſmū in Barbara,celarent,& ita de alijs.Sed ex di ctis clarum eſt hoc eſſe falſum,nam modus & figura ſunt paſſiones Syllogiſmi:& ipſe Syllogiſmus ſimpliciter deſcendit in Barbara,Celarent,& in alios Syllogiſmos, per hoc quod eſt ex neceſſitate accidere particulariter ad vniuerſaliter, affirmatiuè, vel negatiuè, & non per modum & figuram.

Tatareti error.

Ibi. Et tertiam ſimiliter habet,&c.Oſtē dit Syllogiſmum habere tertiam ſubiecti conditionem, declarando quomodo om nia quæ conſiderantur in logica ad ipſum reducuntur. Ibi De eius partibus integra libus,&c. Notandum partes integrales Syl logiſmi ſimpliciter eſſe terminos,& propoſitiones;termini ſunt partes remotæ,at pro poſitiones ſunt partes propinquę. Nec va let dicere Syllogiſmum eſſe formam ſimplicem, cuius non ſunt partes integrales. Nam cum logicus conſideret intentiones ſecūdas primis applicatas, & ex conſequēti Syllogiſmum, non vt præſcindit à funda-

Partes ītegrales Syllog.

Dubiū tollitur.

mēto,ideo ratione ſui materialis poteſt habere partes integrales. Et ſi vlterius obijcias,ſaltem propoſitiones nō eſſe partes in tegrales Syllogiſmi ſimpliciter, nam iſtæ ſunt vel neceſſariæ,vel probabiles,vel appa rentes,Syllogiſmi autem ſimpliciter partes integrales non ſunt tales, quia aliter nō dif ferret a Syllogiſmo cōtracto per materiam neceſſariam probabilem,vel apparentē.Dico propoſitiones dupliciter cōſiderari poſſe,aut inquantum ſunt affirmatiuæ,vel negatiuæ,aut inquantum ſunt verę,vel falſę, neceſſariæ,probabiles, vel apparentes: primo modo ſunt materia,ſeu partes integra les Syllogiſmi ſimpliciter; & ſecundo modo Syllogiſmi contracti.

Aliud dubium tollitur.

Propoſitiones quō sūt materia Syllog. ſimpliciter.

Ibi. Et de partibus ſubiectiuis,&c. Dicit Doctor quòd de partib. ſubiectiuis Syllogiſmi determinat in libro Topicorum,priorum,& poſteriorum. Sed hoc non videtur eſſe verum,quia in libro Priorum determi natur de Syllogiſmo ſimpliciter, ſed idem non eſt pars ſubiectiua ſui ipſius,ergo in libro priorum non determinatur de partībus ſubiectiuis Syllogiſmi. Item ſi Syllogiſmus demonſtratiuus & Topicus eſſent partes ſubiectiuæ Syllogiſmi ſimpliciter, aut ergo eſſent indiuidua,aut ſpecies eius; non indiuidua,quia Syllogiſmus Topicus & demonſtratiuus non differunt inter ſe ſolo numero,cum magis differant quàm duo topici. Nec ſunt ſpecies eius, quoniam tunc Syllogiſmus ſimpliciter deſcēderet in Topicum, & demonſtratiuum per differentias formales, quod eſt falſum. Conſequentia patet ex 2.met. genus enim diuiditur in ſpe cies per differentias formales,ſe tenentes ex parte formæ. Falſitas conſequentis probatur,quia probabile,& neceſſarium(per quę Syllogiſmus ſimpliciter deſcendit in Topicum & demonſtratiuum) ſe tenent ex parte materię. Vnde Philoſ.1.Top.c.1.ait, qđ Syllogiſmus dialecticus eſt qui ex ꝓbabili bus eſt collectus. Ad primum dupliciter reſpondeo,primo dico,idem diuerſimodè cōſideratum poſſe dici (licet improprie) partē ſubiectiuam ſui ipſius,ſicut eſt in propoſito noſtro de Syllogiſmo ſimpliciter, ꝗ ſub minori ambitu,& cōtinentia, quoad.ſ.proprietates ipſum formaliter cōſequentes, eſt pars ſubiectiua ſui ipſius, prout conſiderat ſub maiori ambitu,& continentia.ſ.omnes proprietates,ne dum ipſum,ſed ēt eius par-

Syllog. demonſtrationis & topic⁹ an partes ſubiectiuę Syllog. ſimpliciter.

Idē quō pōt eſſe pars ſubiectiua ſui ipſius.

tes ſubiectiuas ac integrales, nec non reducibilia ad ipſum cōſequentes. Aliter ēt dico quod partes ſubiectiuę Syllogiſmi de quib. determinatur in lib. Prioȓ ſunt Syllogiſmus in Barbara, Celarent, ac in cęteris modis, & ita ex hoc non ſequit̄ idem eſſe partem ſubiectiuā ſui ipſius. Ad aliud pro nūc dici pōt partē ſubiectiuam poſſe dupliciter accipi, vel proprie, pro omni incomplexo de quo aliud prædicat̄ in quid: vel extenſiuè pro quolibet minus cōi: Syllogiſmus dialecticus ac demōſtratiuus ſunt partes ſubiectiuę Syllogiſmi ſimpliciter ſecūdo modo, nā Syllogiſmus ſimpliciter ſe hēt vt totū in modo, & ita vt magis cōe, & Syllogiſmus demōſtratiuus ac Topicus vt pars in modo, & ita vt minus cōe; idē n. terminus incōplexus eſt totum in modo reſpectu ſui ipſius ſumpti cū determinatione accidentali vel materiali, vt homo eſt totū in modo, & homo albus eſt pars in modo. Cum igit̄ probabile, & neceſſariū ſint determinationes materiales, ideo Syllogiſmus Topicus, & demonſtratiuus ſunt partes in modo. Vide Doctorē ad hoc propoſitū. q. 4. Elench.

Pars ſubiectiua 2. accipitur.

Syllog. demonſtratiu⁹, & Top. ſunt partes ī modo ſillogiſ. ſimpliciter.

Quod ſi dicas Syllogiſmus ſimpliciter prædicatur in quid de demōſtratiuo, & Topico, ergo ſunt eius ſpecies, & non partes in modo. Dico iuxta mentē Scot. 1. priorū. q. 6. quod non quodlibet de quo p̄dicatur genus in quid eſt eius ſpecies, vel indiuiduū, nam p̄dicatur in quid de definitione ſuorum inferiorū, quæ tñ non eſt ſpecies nec indiuiduū eius, quia de ratione ſpeciei eſt, quod ſit terminus incomplexus. Licet ergo Syllogiſmus ſimpliciter p̄dicetur in q̄d de Syllogiſmo Topico, non tñ ſequitur quod Syllogiſmus Topicus ſit ſpecies vel indiuiduum, nā eſt totum in modo, & ita quoddam complexum.

Nōquid libet de quo prędicat̄ genus ī q̄d eſt ſpēs vel indiuiduū.

Ibi. Et de Syllogiſmo Sophiſtico, &c. Hic Doctor vult Syllogiſmū Sophiſticum eſſe priuationē ſillogiſmi ſimpliciter. Q̄d tñ non vr̄ verum, nā ſillogiſmus ſophiſticus illius eſt priuatio cuius apparentiā p̄tendit, ſed p̄tendit apparentiā ſillogiſmi dialectici & nō ſillogiſmi ſimpliciter, ergo, &c. Minor probatur p̄ Phil. 1. Top. c. 1 Vbi ait, quod ſillogiſmus litigioſus eſt ex iis q̄ videntur probabilia, & nō ſunt, Itē p̄tendit apparentiā ſillogiſmi demōſtratiui, cū ars ſophiſtica ſit apparens ſapientia, ergo eſt eius priuatio. Ad hāc difficultatē reſpōdeo

Syllog. ſoph an ſit priuatio ſillogiſ. ſimpliciter.

Reſpō.

p̄mittendo vnū, ſ. q̄d ſillogiſmus pōt peccare vel in materia, vel in forma, vel in vtroq; Peccare in materia eſt ęquocū ad tria: nam q̄nq; accipitur materia ſillogiſmi pro ipſis terminis, ac propoſitionib. & tūc peccare in materia, eſt nō cōſtare ex trib. terminis, vel duab. propoſitionib. ſillogiſmuſq; hoc modo peccās in materia, deficit à rōne ſillogiſmi, ſicut ſi deficeret in forma. Et hoc, nō q̄a cōſtare ex trib. terminis, & duab. propoſitionib. ſit de rōne ſillogiſmi, ſed q̄a neceſſario ſe concomitant̄ quantū ad eſſe exiſtēnę, ſicut eſt de hoīe & riſibilitate, vnū n. ſine alio reperiri nequit. Q̄nq; accipit̄ materia pro conditionib. materiæ, q̄ ſunt probabilitas, veritas & neceſſitas. Et ſciendū q̄d ſillogiſmus propriè ſophiſticus nō dr̄ peccare in materia, quia peccet contra q̄libet conditionē materię, quia nō eo, q̄ peccet cōtra veritatē vel neceſſitatē, nā aliter cōcludere verū ex falſo eſſet propriè ſillogizare ſophiſticè. Etiā ſillogiſmus ſophiſticus eſſet defectus demōſtratiui, q̄d eſt falſum; quia priuatio nullius particulę requiſitæ ad demōſtrationē, inquantū talis, eſt cā apparētię in ſophiſtico ſillogiſmo. Q̄nq; accipit̄ materia pro ſpeciali cōditione ſillogiſmi, vt ait Doctor in fi. q 4 Elen. & ſic peccare in materia, eſt peccare cōtra ſpecialē ſillogiſmi cōditionē, & hoc modo ſillogiſmus ſophiſticus verè peccat in materia, licet hoc nō appareat. Sūt aūt cōditiones ſillogiſmi (de quib. exiſtimo Doctorē vbi ſupra loqui) principia ac paſſiones ſillogiſmi ſimpliciter, & cōtra has latenter peccat ſillogiſmus ſophiſticus. Vnde in fallacia ęquocationis, amphibologiæ, figuræ dictionis, & accidētis, vr̄ tm̄ eſſe tres terminos, & tñ vere ſunt quatuor; latet. n. in ęquiuocatione diuerſitas rei ſub vnitate vocis, & in amphibologia diuerſitas ſententiæ ſub identitate orationis eiuſdē ſm̄ ſubſtantiā & modū proferēdi; & in alijs duab. fallaciis latet variatio medij, vide Scot. q. 6. Elen. Ex his patet quid eſt peccare in materia. Peccare verò in forma ſm̄ Tataretū 1. Top. q. 1. art 2. dubio primo eſt peccare in modo & in figura, ſeu in diſpoſitione terminorū, & præmiſſarū. Contra nā ſillogiſmus peccās in forma, peccat cōtra rōnē formalē ſillogiſmi; patet quia talis nō eſt ſillogiſmus ſm̄ ipſummet Tataretū 1. Prior. q. 1. ar. 2. dubio. 2. a. modus & figura nō ſunt de rōne ſillogiſmi, ergo peccare in forma, non

Peccare ī materia eſt ęquiuocū ad tria.

Materia ſillogiſ. tripliciter.

Syllog. ſoph. nō eſt defectus demonſtratio.

Tataretī error.

non eſt peccare in modo & in figura, formaliter, ſed bene cõſecutiuè; quia ſicut modus, & figura, & vniuerſaliter qlibet paſſio, conſequit rõnẽ formalẽ ſubiecti, ita dr̃ eſſe rõ formalis ſubiecti cõſecutiuè. Dico igitur qđ peccare in forma: eſt peccare in neceſſaria illatione, nã modus inferendi, ſeu neceſſaria illatio eſt forma ſillogiſmi, vt hẽt Doctor q. 6. primi. Prioꝝ Per hęc rñdeo ad difficultatẽ, & dico, ꝙ ſillogiſmus ſophiſticus, ſeu apparens, importat priuationẽ & defectũ, illius qđ verè nõ hẽt; & vr̃ habere, hoc aũt qđ ſibi verè deeſt, põt eſſe (loquendo de ſillogiſmo propriè ſophiſtico) vel probabilitas, vel cõueniens materia, probabilitatẽ vr̃ habere rõne falſæ habitudinis localis, q̃ eſt formale in ſillogiſmo ſophiſtico. Vnde falſa habitudo localis in fallacia ęquocationis eſt, ꝙ vni nomini ſoli vr̃ correſpondere vna ſola res; Et in fallacia amphibologiæ eſt, quia vr̃ qđ cũ identitate orationis, eiuſdem ſm̃ ſubſtantiã, & ſm̃ modũ proferẽdi, nõ poſſit ſtare diuerſitas ſnĩæ, ſeu ſignificatorũ. Cõuenientẽ materiã (& loquor de materia accepta pro ſpeciali cõditione ſillogiſmi) vr̃ habere vel ratione vnitatis vocis, vel idẽtitatis orationis, & diſcurre ꝑ cãs apparẽtię in oĩb fallacijs; rõne cuius apparẽtiæ, vr̃ cõſtare ex trib. terminis, & habere alias cõditiones requiſitas ad ſillogiſmũ. Si ſillogiſmus ſophiſticus primo ĩportat priuationẽ probabilitatis, primo ẽt importat defectũ ſillogiſmi dialectici, cui primo opponĩt rõne falſę habitudinis localis; & cũ ĩ illa falſa habitudine locali nõ poſſint ſaluari principia regulatiua ſillogiſmi ſimpliciter, nec oĩs aliæ eius cõditiones, ideo ex cõſequẽti ſillogiſmus ſophiſticus importat priuationẽ debitę materię, & defectũ ſillogiſmi ſimpliciter. Si aũt non exiſtẽtia q̃ latet ſub illa maxima falſa, q̃ vocaĩ habitudo localis, nõ repugnat dialectico inq̃tũ talis (ſicut vr̃, nã diuerſitas medij ſeu rei eſt cã non exiſtẽtię, & hoc non repugnat primo ſillogiſmo dialectico, q̃a de rõne eius vt talis non eſt unitas rei, vel medii) ſic ſillogiſmus ſophiſticus primo dicit defectũ ſillogiſmi ſimpliciter. Sed quicquid ſit de hoc, an. ſ. ſillogiſ. ſoph. 1. an vero ſecundario dicat priuationẽ ſillogiſmi ſimpliciter, modo non eſt curãdũ, ſaltẽ. n. habemus, ꝙ dicit priuationẽ ſillogiſmi ſimpliciter, qđ eſt propoſitũ noſtrũ. Per hoc patet ad rões in oppoſitũ, ad primã licet poſſet diuerſimodi rñderi, pro nunc tñ dico, ipſam cõcludere ſillogiſmũ ſophiſticũ primo eſſe priuationẽ ſillogiſmi dialectici, quia ẽt primo ꝑtendit eius apparentiã, ſecundario tñ eſt ẽt priuatio ſillogiſmi ſimpliciter. Ad ſecũdã dicẽdũ ꝙ ſophiſtica nõ dr̃ apparẽs ſapientia, quia procedat ex apparẽter veris, aut apparẽter neceſſariis, ſed q̃a procedit ex apparẽter ꝓbabilib. & ideo nõ ꝑtendit apparentiã ſillogiſmi demõſtratiui.

Peccare ĩ forma quid.

Sillog. ſoph. in quo deficit.

Sillog. ſoph. ci' 1. eſt defectus.

Reſpon. ad primã ratio nẽ.

Reſpon. ad ſecundã ratio nem.

Vltimo loco ſunt erigenda, declarãdaq; argumẽta principalia, ac eorũ ſolutiones. Vt aũt melius intelligaĩ prima rõ, ac eius ſolutio notandũ, qđ ſillog põt accipi, vel pro ipſo ſillog. in cõi, qui eſt ſubiectũ logicę, de quo primo & per ſe eſt ſcĩa, qui vocetur A vel pro ſillog. particulari, pe quẽ habetur ſcĩa, & vocet. B & de hoc ſillog. particulari non eſt ſcĩa per ſe primo, per ſe tñ ſecundario eſt ſcĩa, quia qd ſcitur de ſuperiori, ſciẽ de inferiori; licet non æquè primo. Hoc notato ſic erigaĩ rõ, in ſecõda figura. De quocunq; ſubiecto ſcĩæ habetur ſcĩa per ſillog. ſed de ſillog. non põt haberi ſcĩa per ſillog. ergo ſillog nõ eſt ſubiectũ in ſcĩa, nec ex cõſequenti in logica. Maior ſic põt probari, demõſtratio eſt ſillog. 1. poſter. tex. Com. 5. ſed de ſubiecto ſcĩæ habetur ſcĩa per demõſtrationẽ, ergo de ſubiecto ſcĩæ habeĩ ſcĩa ꝑ ſillogiſmũ. Minor probaĩ dupliciter à Doctore, primo ſic, per ignotũ nihil ſcitur, ſed ſillog. per quem habeĩ ſcĩa (. ſ. ipſum. b) eſt ignotus, ergo per illũ nõ põt haberi ſcĩa de ſillogiſmo, ſ. de ipſo a Secũdo ſic de ſillog. per quẽ habeĩ ſcĩa (. ſ. de ipſo b.) aut eſt ſcĩa, aut nõ. Si nõ, ergo pari rõne nec de ſillog. in cõi (. ſ. de ipſo. à.) erit ſcĩa. Conſequentia probatur, quia quod ſciĩ de cõi, ſcitur de quolibet particulari, ergo ſignũ quod aliq̃d non ſciaĩ de cõi eſt, quia nõ ſciĩ de particulari, ſi igiĩ de ipſo. b. non eſt ſcĩa, nec de ipſo. à. erit ſcĩa. Si aũt dicas de ſillog. particulari, eſſe ſciam. Cõtra quia tũc aut eſſet ꝓcedere in infinitũ, aut idẽ eſſet notũ & ignotũ, quoꝝ neutrũ eſt dicendũ, ergo de ipſo non eſt ſcĩa. Probatur cõſequentia quantũ ad primã partẽ, quia cũ oĩs ſcĩa ſit per ſillogiſmũ, ſi igitur de ſillog particulari (. ſ. de ipſo. b.) eſſet ſcĩa, hoc eſſ. t per aliũ ſillogiſmũ, puta per ipſum. c. & tunc q̃ro de ipſo. c. an ſit ſcĩa, vel nõ, ſi nõ: ergo nec pari rõne de ipſo. b. Si ſic, igiĩ erit procedere in infinitũ. Probaĩ falſitas primæ partis conſequentis,

Sophiſt. quare dr̃ apparẽs ſapiẽtia.

Arg. 1. prĩcipale.

 infi-

infinitū eſt ignotū nēc pertranſiri pōt 1. poſter.tex.Com.35.& 1.ph.tex. Com.35.& 3.ph tex.Com.65.& 2 met.tex.Cō.11.igiť ſi in ſillogiſmis,per quos habeť ſcīa,eſt proceſſus in infinitū,non poterit haberi ſillog. nec ex cōſequenti , ſcīa per ipſum. Secūdā partem cōſequentiæ ſic probo extra literā, quia ſillogiſ.per quē habetur ſcīa eſt notus per ſe,cū ex conceſſis de ipſo habeať ſcīa,& tñ cum de particulari non habeať alia ſcīa, ab ea q̄ hř de cōi, & de ſillog.cōi non habeatur ſcīa,ergo nec de particulari, igiť ſillog. particularis erit notus , & ignotus. Falſitas ſecūdæ partes illius conſequentis probatur, nā ſi eſſet notus , & ignotus eſſet notus , & non notus, qđ eſt oppoſitū primi principij. Notandū qđ licet illa vltima verba Doctoris(igiť idē notū & ignotū)poſſint cōiungi cum eo qđ dicit ante illud ſm', Tum:tñ ēt coniungi poſſunt cū ly ſi ſic,ita vt ſit ſcđa pars cōſequentis, ꝙ infert ex illo antecedēte,ſi de ſillogiſmo in particulari eſt ſciātia.

Reſp.ad 1 principale. Rñdet Doctor negando minorē,quia de ſillogiſmo in cōi habeť ſcīa per aliquē ſillogiſmū particularē. Quod dictū ſic dēt intelligi,per aliquem ſillogiſmū particularē ſecunde intentionaliter captū, ſupponentem perſonaliter pro ſillogiſmo prime intentionaliter capto,tanq̄ per cām inſtrumentalē, habetur ſcīa. Ad primā probationē minoris reſpōdet, declarando quoad quid ſillogiſ. particularis eſt notus,& quoad qđ eſt ignotus. Et dicit,qa eſt notus q̄tum ad vnītatē pręmiſſarū, & quantū ad illationē concluſionis. Et hoc idē habes à Doctore,q.1.prologi ac alibi ſæpè,vbi vult ſcientiā concluſionū non depēdere, niſi ex intellectu principij,& ex deductione concluſionū ex principio. Eſt notus iſte ſillog. particularis q̄tū ad veritatē p̄miſſarū,quia ſunt propoſitiones immediatè illatiuæ concluſionis,i.non inferentes concluſionem mediante aliquo alio. Sunt.n aliquę ꝓpoſitiones,quę immediatè inferunt concluſionē:vt ſunt iſtę, oē animal rōnale eſt riſibile, oīs homo eſt aīal rationale;& tales ſunt per ſe notæ. Quæ iā vero ſunt,quæ mediatè inferūt cōcluſionē, & tales non ſunt per ſe notæ,vt eſt de iſtis omnis homo eſt riſibilis, ſortes eſt homo; pōt.n.maior fieri euidens per iſtā,omne animal rationale eſt riſibile. Eſt etiam notus iſte ſillogiſmus particularis quantum ad illationem concluſionis ex pręmiſſis,quia illatio eſt per ſe manifeſta in ſillog. perfectō, qualis eſt iſte ſillog. particularis, per quem habetur ſcīa;nā ſillog.perfectus eſt qui nullius indiget ad hoc vt appareat neceſſarius, 1.Prior.c.1.Ideſt ad hoc vt manifeſtū ſit cōcluſionē ſequi ex præmiſſis. Sillog. ꝑfectus quid.

Quod ſi dicas cum iſte ſillog particularis ſit notus q̄tum ad veritatem præmiſſarum,& q̄tum ad neceſſariā illationem concluſionis,per qđ q̄ſo ſit ſic notus nō ne per alium ſillogiſmum? Dubiū tollitur. Dico ꝙ eſt notus q̄tum ad euidentiā veritatis p̄miſſarum ex terminis proprijs, vt ait iſte.1.d.2.q.2.declarādo quid eſt propoſitio per ſe nota. At q̄tum ad neceſſariā illationē eſt notus per experimentum, & nullo modo à priori. Ibi ſed iſte Syllogiſmus, &c. declarat quoad quid iſte ſillog. particularis eſt ignotus; & dicit, ꝙ eſt ignotus quo ad paſſionem illam,q̄ demonſtratur de ſillog. in cōi. Sed hoc non vř eſſe verum,quia conſtare ex trib.terminis , modus & figura demonſtrātur de ſillog.in cōi per ſillogiſmū particularem , ſi ergo ſillog.particularis eſt ignotus quantum ad paſſionem q̄ demonſtratur de ſillog. cōi, erit ignotum de iſto ſillog.particulari, an conſtet ex trib. terminis,& an ſit in modo & figura,& ex conſequenti an ſit ſillog. Paſſio q̄ oſtendiť de ſill.in cōi an ſit ignota de particulari?

Reſpon. Dupliciter reſpōdeo. Primo dico,eſſe notū de ſillog. particulari à poſteriori & per experimentū conſtare ex trib.terminis , & eſſe in modo & in figura; non aūt eſt notum à priori & ſcientificè: nec inconuenit aliq̄ paſſionem eſſe notam de aliquo ſingulari per experimētū,& ignotum de illo ſingulari,& de illo cuius primo eſt,à priori & ſcientificè:exemplifica de riſibilitate. Alia reſpon. Vel aliter dico,non eſſe notū de ſillog.particulari ante demonſtrationē , an ſit ex trib.terminis,& an ſit in modo,ac in figura:ſed intellectus habito de ſillog.cōi ꝙ debet cōſtare ex trib.terminis,& eſſe in modo,& in figura,reflectit ſe ſupra illum diſcurſum, per quem habuit talem notitiā de Syllog.in cōi,& tunc cognoſcit talem ſillogiſmum particularem eſſe in modo & in figura,ac conſtare ex trib.terminis. Et cū dicis ſi ſillog. particularis eſt ignotus q̄tum ad modum & figuram, ergo non erit notū ante demonſtrationem,ꝙ ſit Syllog. Nego conſequentiam,non.n.ſequiť ignotū eſt de ſorte,an ſit riſibilis,ergo ēt ignotum eſt an ſit homo. Quod ſi dicas ſillog.non pōt eſſe ſine modo & figura,ergo nec intelligi. Neganda

ganda

ganda eſt conſequentia, abſtrahentium.n. non eſt mẽdacium,ſecundo phy.tex.Com. 18.& 3.de anima.tex.Com.35.

Ibi.Ad aliud contra hoc,&c. Reſpondet ad aliam probationem minoris,concedẽdo de ſillog.particulari eſſe ſcĩam ſed non ante demonſtrationem, & cũ probat̃ ꝙ non, quia aut eſſet proceſſus in infinitũ,aut idẽ eſſet notum & ignotũ.Reſpondet negando conſequentiã,nã ſtatus eſt in illo ſillog.particulari,per quem eſt ſcĩa de ſillog.in cõi:ſicut.n.id ꝙ ſcitur de cõi,ſcitur ẽt de particulari;ita id per quod aliquid ſcitur de cõi,eſt id,per quod ſcitur de particulari; cum igĩ de ſillog.in cõi oſtendatur paſſio per Syllogiſmum particularem,ẽt per ſillogiſ.particularem oſtenditur talis paſſio de ſe ipſo in quantum ſillog.eſt,nec aliter eſt ſcĩa,demõſtratio,a c definitio de particulari.Notandũ

Ephectic. opinio. quod Io. Gram.1. Prior.Com.text.14.dicit quod Ephectici hac ratione adducti,omnino auferebant ratiocinationẽ.Inquirebã:.n. an ratiocinatio inuenta eſſet demonſtratione,an ſine demonſtratione. Si nulla adhibita demonſtratione,nulla quoq; fides(dicebant ipſi) eſt inuentoribus adhibenda, q̃nquidem veri certiq; eſt demonſtratio. Si verò demõſtratione,tunc erit proceſſus in infinitũ. Reſpondet ipſe Philoponus dupliciter,primo dicit ꝙ ratiocinatio,per q̃. aliqd oſtẽditur,verè vocat̃ ratiocinatio & inſtrumentum,q̃ verò oſtenditur,vt talis, potius vocatur res,q̃ ratiocinatio. Aliter dicit,& magis ad propoſitum,ꝙ illæ rationes, per quas introducta eſt demonſtratio,cõficiuntur ex p̃miſſis q̃ aliis principiis non probantur, & ideo non eſt procedere in infinitũ. Et ita vt vides hęc eſt reſponſio Doctoris dicentis,illum ſillogiſmum particularẽ eſſe notum q̃tum ad veritatẽ p̃miſſarũ. Sed nõ eſt poſtea ita completa reſponſio Philoponi,vt eſt illa Doctoris noſtri. Egidius lib.1.

Sillog. duplex. Priorũ,ante expoſitionẽ textus dicit ꝙ duplex eſt ſillog.vnus cuius cognitio habetur per inuentionem,vt per ſenſum, & experimentum,& iſte quieſcit in anima inuentoris, ſicut ars in anima artificis, alius eſt cuius cognitio habet̃ per doctrinã mediante ſillogiſmum inuento per experimentum: & ita non erit procedere in infinitum in Syllogiſmis,nec idem erit notum & ignotum, nec idem erit ante ſe ipſum.

Arg.2. Secundo principaliter argumentatur ſic. Nihil eſt ſubiectũ totius & partis,ſillog.eſt ſubiectum partis logicę,ſ.lib.Prior.ergo nõ eſt ſubiectum totius logicæ. Minor cõiter conceditur.Maior dupliciter probatur.Primo quia quod eſt ſubiectum adęquatum partis,non poteſt eſſe adęquatum ſubiectũ totius,nã ſicut totum excedit partẽ,ita ſubiectum totius debet excedere ſubiectũ partis.Secundo quia ſicut tota ſcĩa ſe habet ad partem ſcĩæ,ita ſubiectum totius ad ſubiectum partis,ſed tota ſcientia non eſt formaliter pars ſcientiæ, ergo ſubiectũ totius nõ eſt formaliter ſubiectum partis. Huic tõni dupliciter reſpondet,ſecunda ibi. Vel põt dici, &c. In prima reſponſione duo facit, primo ſatisfacit argumento, Secũdo remouet q̃dam tacitam obiectionẽ,Secundũ ibi. Nec oportet ſubiectum &c.In prima igitur reſponſione dicit,quod ſillog.dupliciter cõſiderari p̃t, vno modo quoad paſſiones ſeu proprietates ipſum formaliter conſequẽtes quæ ſunt paſſiones ſibi inexiſtentes ratione neceſſariæ illationis, & ſic eſt ſubiectũ libri priorum.Vel poteſt conſiderari quoad omnes paſſiones quas habet ne dum in ſe, ſeu ratione ſui, ſed etiam quas habet in ſuis partib.integralibus,& ſubiectiuis,vel reducibilibus ad ipſum ; & hoc modo eſt ſubiectum totius logicæ.Per hoc ad formam argumenti dico, maiorem eſſe falſam de ſubiecto diuerſimode conſiderato, vnde ſillogiſmus primo modo cõſideratus eſt ſubiectum libri priorum ; & illo modo præcisè conſideratus,non eſt ſubiectum totius logicæ.Ad primam probationem maioris patet ex dictis. Ad ſecundam probationẽ dico,quod ſicut tota ſcientia,non eſt formaliter pars ſcientiæ, ita ſubiectum totius nõ eſt formaliter(ideſt ſub eadem ratione formali, ſeu eodem modo conſideratum) ſubiectum partis. Ibi. Nec oportet,&c.Remouet quandam obiectionẽ.poſſet enim quis obiicere, Syllogiſmus non prædicatur de omnibus in logica conſideratis, ergo non eſt eius ſubiectum. Dicit quod non oportet ſubiectum attributionis prædicari de omnibus in ſcientia conſideratis. Et notanter dicit de omnibus, quia de aliquib. benè eſt neceſſe,eo quòd ſubiectum primum ſciętię naturaliter inuentæ,debet eſſe cõe,quia debet habere partes ſubiectiuas,ex primo poſter.tex Com.43.) ſed debet eſſe id propter quod alia conſiderantur. Exemplum eſt de ſubie-

principale.

Prima reſp. ad 2. principale.

Sill.quõ ſubiectũ logicæ, & libri priorũ.

Non oportet ſubiectũ p̃dicari de oĩb. i ſcĩa cõſideratis.

ſubiecto naturalis ſcientiæ, quod ſecundũ commanem viam eſt corpus mobile,& nõ prædicatur de omnibus de quibus agitur in philoſophia naturali, vt patet in litera.

ſubiectũ quo põt pdicari de oĩbus in ſcien tia cõclu ſionis.

Notandum, quòd licet ſubiectum non prædicetur in recto, prædicatione dicente hoc eſt hoc, de omnibus in ſcientia conſideratis tamen vel in recto, vel in obliquo prædicatur de omnibus vnde omnia de quibus agit philoſophia naturalis, vt tradita ab Ariſt. vel ſunt corpus mobile, ſeu corpus naturale (ſecundum veriorem ſententiam) vel corporis mobilis, vel à corpore mobile, ſicut etiam ea, de quibus eſt theologia, vel ſunt Deus, vel Dei, vel ad Deum, vel à Deo.

2. Reſp. ad 2. ar. principale.

Ibi, Vel poteſt dici, &c. Hæc eſt ſecunda reſponſio ad ſecundum principale, in qua vult habere duplex eſſe ſubiectũ totius ſciẽtiæ, quoddam eſt quod requirit multa determinari propter eius completam, & perfectam cognitionem; quoddam verò quod non exigit multa determinari. Loquendo de ſubiecto primo modo, maior eſt falſa, nam de ipſo poteſt eſſe tota ſcientia, ac etiam aliqua pars ſcientiæ. Exemplum eſt de corpore mobili, quod ponitur ſubiectũ in tota ſcientia naturali, & in libro phyſicorum, qui eſt pars eius: ita quoque eſt dicendum de Syllogiſmo, quod ſcilicet poteſt eſſe ſubiectum totius, & partis.

3. Arg. principale.

Tertiò, & vltimo argumentatᷣ ſic. Quodlibet ſubiectum ſcientiæ, eſt intelligibile, at Syllogiſmus non eſt intelligibilis, ergo nõ eſt ſubiectum ſcĩæ, nec ex conſequenti logicæ. Maior patet ex his quæ dixit ſupra in hac quæſtione, oſtendendo tres primas poſitiones de logicæ ſubiecto non differre, dixit enim nil poni ſubiectum ſcĩæ, niſi vt conſideratum à ratione. Poſſet ẽt probari, quia oppoſitum prædicati infert oppoſitũ ſubiecti, ſi enim non eſſet intelligibile, non eſſet ſcibile, nec ſubiectum ſcĩæ. Minor ſic probatur, omne intelligibile vel fuit, vel eſt vel poteſt eſſe in ſenſu, ſed Syllog. nec eſt, nec fuit, nec vnquã erit in ſenſu, ergo Syllog. non eſt intelligibilis. Minor patet. Maior probatur ex auctoritate Ariſt. de ſenſu, & ſenſato cap. 6. & ſecundum diuiſionem Alex. tex. Com. 55. vbi ait. Nec. n. intelliget intellectus q̃ exterius nõ cũ ſenſu exiſtẽtia.

Reſp. ad 3. princi pale.

Ad hoc argumentum reſpondẽdo duo facit, primo reſpondet, ſecundo remouet, quandam obiectionem, quæ poſſet fieri. Secundum ibi. In plus enim &c. Reſponſio eſt negando minorem, ad cuius probationẽ reſpondet gloſando illam Ariſt. auctoritatem; intelligenda enim eſt de obiecto motiuo, quod eſt quidditas rei materialis, & nõ de omnib. per ſe intelligibilibus. Vt intelligatur id quod habet hic Doctor, ac alibi ſę pè. Notandum quòd cũ loquimur de obiecto primo noſtri intellectus, poteſt eſſe ſermo de obiecto primo primitate, vel generationis, vel perfectionis, vel adęquationis. Primum primitate generationis, in notitia confuſa eſt ſingulare, & inter vniuerſalia eſt ſpecies ſpecialiſſima, cuius ſingulare fortius mouet ſenſum: at in notitia diſtincta eſt ipſum ens acceptum non vt, eſt quoddã totum (quia ſic confuſè cognoſcitur) ſed vt eſt pars eorum, in quibus includitur. Primum obiectum primitate perfectionis eſt Deus, vt habes à Doctore. 1. d. 3. q. 2. Primum verò obiectum primitate adęquationis diſtinguitur, nam aliud eſt terminatiuũ aliud motiuum Terminatiuum eſt ens cõe enti reali ac enti rationis. Quòd ſi obijcias; nam potentiæ habent vnitatem, & diſtinctionẽ ab obiectis ex. 2. de anima tex. Com. 33. & 38. ſed ens commune enti reali ac enti rationis eſt æquiuocum, quacunq; ęquiuocatione, ergo potentia intellectiua non erit vna, ſed plures, quod eſt falſum. Dico auctoritatem Ariſto. intelligendam eſſe de obiecto motiuo, non determinatiuo, quale eſt ens communiſſimè ſumptum. Vel dicas illud dictum eſſe verũ tm̃ de potentijs omnino diſparatis, quales potentiæ ſunt ſenſus exteriores. Vide Sco. 1. d. 3. q. 3. Vel tertio dicas illud dictum Ariſt. habere veritatẽ tantum de potentijs organicis, non autem de potentijs abſtractiſſimis, quę ſunt totius entis, vide pro hoc Doctorem. 2. d. 24. in ſolutione ſecundi principalis. Obiectum primum motiuum intellectus noſtri diuerſificatur: nam aliud eſt motiuum intellectus ex natura potentiæ, aliud pro ſtatu iſto. Obiectum primũ motiuum ex natura potentiæ, ſecundum Sco. q. 14. quol. eſt ens limitatum, abſolutum, vel reſpectiuum cuius terminus non eſt Deus: & hoc vltimũ addo, ꝑ dependentiã hoĩs ad Deum, ſaltẽ vt ad cauſam finalem, q̃ homo non põt, naturaliter cognoſcere, quia nec naturaliter põt cognoſcere eius terminum, eo modo, & ſm illas conditiones, ſecundum quas eſt eius termi-

De primo obiecto noſtri ĩtellectus.

Obiectũ 1. terminatiuũ nr̃i intellectus.

Obiectionis dilutio.

Quõ intelligiẽ potẽtias hr̃e vnitatem & diſtinctionẽ ab obiecto.

Obiectũ motiuũ noĩe intellectus ex natura potentiæ.

terminus, vt q. 1. prologi, & in noſtra quæſtione de neceſſitate Theologiæ declarauimus. Quodlibet autem aliud ens limitatũ poteſt attingi virtute cauſæ naturaliter motiuæ intellectus. Si autem quæras ſecundũ quam primitatem ens limitatum ponitur primum obiectum noſtri intellectus; quod eſt quærere quam primitatem habet ens limitatum reſpectu omnium per ſe intelligibilium. Poſſumus dicere conformiter ad ea quæ habet Doctor 1. d. 3. q. 3 ipſum ens habere duplicem primitatem. ſ. prædicationis in quid, & virtutis; de quibuſdam. n. per ſe intelligibilibus prædicatur in quid, vt de ſubſtantia, quantitate, & qualitate, de materia, & forma; & reſpectu horum habet primitatem prædicationis; de quibuſdam verò non prædicatur in quid, vt eſt de paſſionibus entis, & de vltimis differentijs, & reſpectu horum habet primitatem virtutis, quia talia aut includuntur eſſentialiter aut virtualitèr in includente eſſentialiter ipſum ens: imo reſpectu quorundam intelligibilium, vt reſpectu relationis realis, ſimul habet duplicem hanc primitatem, nam de relatione reali ens prædicatur in quid, & ẽt ipſa includitur virtualiter in includente eſſentialiter ens ſ. in fundamento & termino virtute quorum motiuum intelligitur ipſa relatio. Obiectum verò motiuum noſtri intellectus pro ſtatu iſto ſecundum D. Tho. eſt quidditas rei materialis, & ſecundũ Scotum vbi ſupra, eſt quidditas rei ſenſibilis, intelligendo non ſolum de ſenſibili propriè, ſed etiam de incluſo eſſentialiter, vel virtualiter in ipſo ſenſibili. Loquendo igitur de eo quod eſt primum intelligibile (ideſt de eo quod eſt primum obiectum motiuum noſtri intellectus pro ſtatu iſto, verũ eſt qđ nihil poteſt eſſe in intellectu per ſpeciẽ intelligibilem (Lapis. n. non eſt in anima niſi obiectiuè, ſeu per ſpeciem intelligibilem) quin prius fuerit in ſenſu per ſpeciem ſenſibilem, nã obiectum, ꝙ naturaliter ac virtute propria cãt ſpẽm ſui in intellectu, prius imprimit ſpeciem ſenſibilẽ in ſenſu, & hoc vel ꝓp pęnã peccati originalis; vel ꝓp ordinẽ potentiarum. Loquendo aũt de alijs ꝑ ſe intelligibilib. q̃ in ſe non mouent intellectum pro ſtatu iſto vt eſt de ſubſtãtia, de relationib. realib. rationis, ac de multis alijs, non intelligitur dictum Ariſt. de ſenſu, & ſenſato. Imo dico, ꝙ licet intellectus habeat ſenſum pro cã q̃tum ad multorũ ſimplicium apprehenſionem, non tñ habet ipſum pro cã q̃tum ad compoſitionem illorum ſimplicium, ſed tm̃ pro occaſione, vt habet iſte. 1. d. 3. q. 4. art. 2. Quod ſi obiicias, phãtaſmata ſe habent ad intellectum, vt ſenſibilia ad ſenſum, ex. 3. de aĩa. tex Com 30. & 39. ſed nihil põt ſentiri, niſi ſit ſenſibile, igitur nec aliquid põt intelligi niſi ſit phãtaſiabile, ſillogiſmus, igitur cum non ſit phantaſiabilis quia non cãt ſpeciem in ſenſu, nec erit intelligibilis. Dico, ꝙ cum nullum ſit inconueniens ponere ordinem eſſentialẽ ſine dependentia eſſentiali, vt patet de hoĩe, & aſino, inter quos eſt ordo eſſentialis, non autẽ depẽdentia. Ideo nullum abſurdum erit dicere, ꝙ licet non quęlibet intellectio eſſentialiter dependeat à phantaſmate, quia nõ ſemper intellectus habet ſenſum pro cã, vt dictum eſt; tñ quælibet habet ordinem eſſentialem ad phantaſmata; ꝓp qđ dicit Phil. 3. de aĩa. tex. Com. 30. Nequaquã ſine phantaſmate animã intelligere: & tex. Cõ. 39. ait. Neceſſe eſſe intelligentẽ phantaſmata ſpeculari; & in calce eiuſdẽ textus dicit. Intellectionẽ non eſſe imaginationẽ, ſed cũ imaginatione. Propter hoc idẽ dixit phantaſmata ſe habere ad intellectum, ſicut ſenſibilia ad ſenſum: vbi non vult omnimodã eſſe ſimilitudinem inter intellectũ & ſenſũ, quia non q̃libet intellectionẽ recipit intellectus à phantaſmate tanq̃ a cã ſicut quãlibet ſenſationem recipit ſenſus à ſenſibili. Nec ẽt valet illa ſimilitudo q̃tum ad hoc, quod. ſ. ſicut quodlibet, ꝙ percipiť a ſenſu, eſt in ſe ſenſibile, qđ ita quodlibet, qđ intelligiť, ſit in ſe phantaſiabile. Sed tm̃ tenet ſimilitudo, q̃tum ad hoc, quod. ſ. ſicut ſenſus nõ põt aliquid ſentire, niſi illud ſit ſenſibile, ita intellectus non põt aliquid intelligere, niſi illud ſit aliquo modo phantaſiabile, ſ. vel in ſe, vt hæc albedo, vel in ſuis inferiorib. vt vniuerſale, vel in ſuo effectu, vt Deus, vel in ſuo fundamẽto, vt intentio ſecunda, vel in ſuo ſimili, vt Antichriſtus, vel in ſua parte, vt mons aureus, vel in remiſſo vt albedo intenſa; vel in aliquo alio huiuſmodi. Et hoc totum eſt de mente Scoti. 1. d 3. q. 3. ac alibi ſępè, vbi ait. Quod propter concordiam ſeu ordinem potentiarum animæ in operando, intellectus operatur circa idem, circa quod phantaſia, ſi vtraq; potẽtia habeat operationẽ perfectã, & quot cunque

Ens quã primitatẽ habet reſpectu oĩum ꝑ ſe intelligibiliũ.

Obiectũ motiuũ intellectus pro ſtatu iſto.

Nihil ẽ ĩ intellectu quin pri⁹ fuerit in sẽſu quõ verum.

Obiectio. diluiio.

Phantaſmata ſe habent ad intellectũ vt ſenſibilia ad sẽſum quõ intelligitur.

cunque intelligimus vniuerſale, actu phantaſiamur eius ſingulare. Aliter rñdet Sco. 1. d. 3. q. 1. & 4. d. 45. q. 1. in reſpōſione ad primum principale, & ait illud dictum Ariſt. Phantaſmata ſe habent ad intellectum, &c. habere veritatem tantum quantum ad primam motionem intellectus, ſ. quantum ad receptionem ſpeciei, ſicut. n. ſenſus nón recepit ſpeciem ſenſibilem niſi à ſenſibili, ita intellectus non recipit ſpeciē intelligibilem ab aliquo in rōne obiecti, niſi à phātaſmate. Ibi in plus. n. &c. Remouet quandā obiectionem, quis. n. poſſet contra dicta obijcere, nam omne per ſe tale eſt primo tale, cū igitur Syllogiſmus ſit per ſe intelligibilis, igitur erit primo intelligibilis, & tunc remanet eademmet difficultas argumenti. Reſpondet in plus eſſe per ſe, quàm primo, vt patet primo poſter. c. 4. & hoc idem habet, Auer. 2. phy Com. 3. Notandum quód hic nō accipitur primo vt. 5. 6. & 8. ph. prout. ſ. idem eſt quód ſecundum ſe totum. Nec capitur vt a Them. 2 ph. ſuper tex. 3 prout ſcilicet idem eſt quod ſine medio, hoc. n. modo dicit, nautā eſſe in naui primo. Sed capitur, vt dicit prçciſam cauſalitatem: & ſic Syllogiſmus non eſt primo intelligibilis motiuè.

[margin:] Alia reſponſio. — 1. Multiplicitet.

Contra iam determinata de ſubiecto logicæ poſſet quis adducere Sco. q. 2. 1. Prior. & Tataretum q. 3. procemiali, tenentes inſtrumentum ſciendi, ſeu modum ſciendi eſſe ſubiectum in logica. Dico quod ipſi loquuntur de ſubiecto prædicationis, & hic Doctor loquitur de ſubiecto attributionis. Et quód loquantur de tali ſubiecto patet, ponderādo eorum dicta. Vel aliter concordabis recurrēdo ad illam diſtinctionem D. Bonauenturæ in prólogo primi ſententiarum, q 1. de ſubiecto attributionis, nā aliud eſt radicale, aliud totale, aliud vniuerſale, vt in geometria ſubiectum radicale eſt punctus, totale integrale eſt corpus continens omnes dimenſiones, ſubiectum vniuerſale eſt quantitas continua. Ita in propoſito noſtro ſubiectum radicale logicæ eſt terminus, ſubiectum totale integrale eſt Syllogiſmus, ac totale vniuerſale eſt modus ſciēdi. Hæcque ſatis ſint pro dilucidatione huius quæſtionis.

Prænotandum pro quæſtionibus ſequentibus.

EXpletis quæſtionibus attinētibus ad totam logicā, nunc incipiunt quæſtiones ſpectantes libri Porphyrij ſubiectum, & eſt ſecunda pars principalis huius libri, includens nouē quæſtiones immediate ſequētes. Omnibus verò his quæſtionibus vnum præmittit dignum ſcitu, & hoc dupliciex cauſa facit.

Primo vt regulam Ariſt. primo de cœlo & mundo. text. Com. 110. obſeruaret, vbi vult æquiuoca prius eſſe diſtinguenda, ne intellectus remaneat confuſus, ignorando ſecundum quod ſignificatum eius contingat quod dicitur.

Secundo quia quid dicitur per nomen præcedere debet omnem quæſtionem: vnde licet ſi eſt præcedat quid rei, non tamen præcedit ipſum quid nominis, quia quid nominis poteſt eſſe tam entium, quàm non entium, quod non eſt verum de ipſo ſi eſt. Hancque ſecundam rationem, ſeu cauſam tangit Doctor in litera. Dicit igitur Doctor, quód vniuerſale (ſicut & cętera concreta) tripliciter ſumitur. Cum enim quodlibet concretum accidentale (de quo tantū in præſenti eſt ſermo) habeat ſignificatum, & modum ſignificandi, rationeque ſignificati importet formam, ac ratione modi ſignificandi importet ſubiectum; ac ratione vtriuſque vtrumque ſimul; ideo concretū accidentale poteſt accipi vel pro forma, vel pro ſubiecto, vel pro vtroque ſimul. Exemplum eſt de albo quod quandoque pro ipſa albedine, quandoque pro eius ſubiecto, quando pro toto aggregato accipitur.

[margin:] Concretū accidentale pōt accipi tripliciter.

Ita quoque dicendum eſt de vniuerſali, & de quaubet alia intentione concretiue ſumpta, quandoque enim ſumitur pro ſubiecto, ſeu pro ſubſtrato, pro connotato, pro denominato, ſeu pro re primæ intentionis, cui applicatur intentio vniuerſalis, quæ omnia ſunt Synonima; & hoc modo vniuerſale eſt prima intentio, & eſt primum obiectum intellectus, vt hic dicit Doctor. Quód ſi obiicias, nam ſi vniuerſale eſt primū obiectū intellectus, ergo ſingulare nō poterit intelligi ab intellectu, cuius

oppoſi-

oppoſitum affirmant Scotiſtæ 7. meta. Probatur conſequentia, quia potentia non excedit ſuum obiectum primum & adęquatum, ſed ſingulare non eſt vniuerſale, igitur ſi primum obiectum intellectus eſt vniuerſale, non poterit ſingulare intelligi. Præterea ens eſt primum obiectum noſtri intellectus, ex primo d 3. q. 3. ſed ens non eſt vniuerſale pro ſubſtrato, vt patet inducendo per omnia vniuerſalia; ergo vniuerſale pro ſubſtrato non eſt primum obiectum intellectus.

Reſpondeo & dico, vniuerſale eſſe obiectum noſtri intellectus, vt habet Philoſophus primo phy. tex. Commen 49. & 2. de anima tex. Commen. 60. Quas auctoritates Scotus 4 diſt. 45. quæſt. 3. Soluendo ſecundum principale, dicit eſſe veras de intellectu vt habet intellectionem ſcientificam, ſic enim eſt vniuerſalium, & hoc idē dicit Burleus. Et Ant. And. 7. met. q. 13. dicit, ſenſum eſſe præciſe ſingularium, intellectum verò eſſe vniuerſalium, ſed non præciſè.

Intellect⁹ quō eſt vniuerſaliū & sēſus ſingularium.

Poſſumus etiam dicere quod ſenſus pro tāto dicitur eſſe ſingularium, pro quanto ſingularitas eſt conditio neceſſario requiſita ad hoc vt poſſit cauſari ſenſatio in ſenſu exteriori; intellectus autem eſt potentia abſtractiua, & ideo ſingularitas non eſt conditio, quæ neceſſario requiratur in eius obiecto, & propter hoc dicitur eſſe vniuerſalium, licet non cum præciſione.

Dico etiam vlterius, ne dum verum eſſe id quod dictum eſt, vniuerſale, ſcilicet eſſe obiectum intellectus; ſed verum quoque eſt ipſum eſſe primum obiectum intellectus, vt dicit Doctor hic & in 2. diſt. 3. quæſt. 1. vbi reſpondendo ad quæſtionem ait, quod quid eſt eſſe per ſe obiectum intellectus, Per hæc patet quid dicendum eſt ad difficultatem.

Ad ea autem quæ obijciuntur poſſumus tripliciter reſpondere. Vno modo dicendo, quòd quando dicimus vniuerſale eſſe primum obiectum, non accipitur ly primū poſitiuè, ſed cōparatiuè, vt idem eſt quod prius, & ſic vniuerſale ℘ ſubſtrato eſt prius obiectum intellectus, quàm ſecunda intentio, & hoc triplici prioritate ſcilicet, generationis, perfectionis, & naturæ.

Primū multipliciter.

Alio modo poſſumus reſpondere diſtinguendo ly primum, quod poteſt dupliciter accipi, ſcilicet vel vt idem eſt, quòd per ſe, vel vt idem eſt quod adæquatè. Hic accipitur ly primum primo modo: & ſic vniuerſale dicitur primum, ideſt per ſe, obiectum intellectus. Hæcque expoſitio conformis eſt dictis iſtius. 2. d. 3. q. 1.

Vel tertio dicere poſſumus, quod hic nō accipitur primum, pro primitate adęquationis, nec pro primitate perfectionis, nec pro primitate origenis, ſed pro primitate præciſionis, ſeu excluſionis: & ſic vniuerſale, ſeu quod quid eſt, ſeu quidditas abſtracta à ſingularitate, vt albedo, nigredo, & alia huiuſmodi, ſunt primum obiectum intellectus primitate præciſionis, ideſt præciſè attinguntur ab intellectu, & non ab aliqua alia potentia, loquendo de attingentia in cognoſcendo. Ex his patet quid dicendum eſt ad rationes, quæ contra iam determinata adducebantur: procedunt namq; ac ſi poneremus vniuerſale eſſe primum, ideſt, adęquatum, obiectum intellectus.

Ibi. Quandoque ſumitur, &c. Dicit vniuerſale quandoque ſumi pro forma, ſeu pro per ſe ſignificato, ſeu pro eo quod ſignificat, ſeu pro formali, ſeu pro re ſecundæ intentionis, hæc enim omnia ſunt Synonima; & vniuerſale hoc modo ſumptum eſt res ſecundæ intentionis cauſata ab intellectu, & applicabilis rebus primæ intentionis, & ſic logicus propriè loquitur de vniuerſali; eſt namque logica de ſecundis intentionibus applicatis primis.

Obijcies fortè, ſi logica eſt de vniuerſali applicabili primis intentionibus, ergo erit de aliquo ente per accedens aggregante primam, & ſecundam intentionem, ſed de tali ente non eſt ſcientia, vt ſtatim dicet Doctor. Dico quod ſicut homo cum albedine eſt aggregatum per accidens, & concipere hominē; hoc modo, eſt cōcipere aliquod ens per accidens, quia tunc albedo importat partem conceptus: homo vero ſub albedine eſt ens per ſe vnum, & concipere hominem hoc modo, ſeu vt habet habitudinem ad albedinem, eſt concipere aliquod ens per ſe vnum, quia tunc albedo non eſt pars conceptus, ſed modus concipiendi, ſeu modus ſub quo concipitur homo. Ita concipere intentionem ſecundam cum prima, eſt concipere aliquod ens per accidēs: at concipere intentionem ſecundam in habitudine

Obiectionis delutio. Logica quō pōt eſſe de ſecūdis intentionibus applicatis primis & ñ eſſe de ente per accidens.

habitudine ad primam,ſeu vt eſt applicabilis primæ, eſt concipere vnum per ſe, quia tunc denotatur modus concipiendi, & ſic prima intentio non ponitur vt pars illius conceptus,ſed vt terminus illius applicabilitatis. Et de hoc eodem infra erit ſermo.

Ens aggregatū quotupliciter.

Ibi. Tertio modo, &c. Dicit vniuerſale poſſe quandoque accipi pro aggregato ex ſubiecto & forma;& tale,cum ſit ens per accidens, ad nullam ſpectat ſcientiam. Hic ſunt tria notanda. primo quod ens aggregatum quandoque ſumitur largiſſimè, vt ſe extendit ad quodlibet ens aggregans in ſe res vel eiuſdem generis,vel diuerſorum generum,ex quibus fit, vel non fit vnum per ſe,& hoc modo homo po eſt dici ens aggregatum ex anima & corpore. Quandoque ſumitur largè pro ente aggregante in ſe res diuerſorum,generum, ex quibus fit vnum per accidens,ſeu denominatiuè;& hoc modo homo albus eſt vnum per accidens. Quandoque ſumitur ſtrictè pro ente aggregante res eiuſdem generis ex quibus fit tantum vnum ordine,vt eſt de exercitu & regno Quandoque etiam ſumitur ſtrictiſſimè ſeu propriè pro aggregante res eiuſdem generis,ex quibus non fit vnum per ſe,nec per accidens,nec vnum ordine, vt eſt de cumulo ſeu aceruo lapidum. Ens aggregatum hoc vltimo modo propinquè tenet nomen entis aggregati, vt ait Doctor. 4.d.1. q.2. art.2. Et tale non eſt definibile, vt patet.2. met.tex.Com.15. Ens verò aggregatum ſecundo modo,propriè vocatur ens per accidens,vt habet Doctor vbi ſupra, & 1.d.3. q.3. ſoluendo tertiam inſtantiam contra vniuocationem entis adductā:& de tali loquitur Philoſophus 5. meta. cap. de ente & vno,& 7.meta. quando negat per accidens habere definitionem. Doctor cum hic dicit vniuerſale poſſe accipi pro aggregato ex ſubiecto,& forma, loquitur de aggregato ſecundo modo,& propter hoc ſtatim ſubiungit.Et illud eſt ens per accidens,quia aggregat diuerſas naturas,ex quibus non fit vnū per ſe, fieri tamen poteſt vnum per accidens ſeu denominatiuè.

Ens per accidens dupliciter.

Secundo notandum ex Scoto. 6. meta. Com.tex.4.& ex Ant.And.6.met.quæſt.4. Quod ens per accidens accipitur dupliciter. Vno modo vt negat,vel priuat perſeitatem rei ſecundum ſe acceptæ;& hoc eſt ens aggregatum large,de quo Philoſophus 5.meta.tex. Com.13. ponit tres modos,primus cum accidens prædicatur de alio accidente vt iuſtum,& muſicum Secundus cum accidens prædicatur de ſubiecto, vt homo eſt muſicus. Tertius cum ſubiectum dicitur de accidente,vt muſicus eſt homo. Poſſent etiam his addi alii duo modi quos ponit in eodem.5 meta.tex. Com.7. Quorum vnus eſt quando complexum per accidens prędicatur de incomplexo,vt homo eſt homo albus. Alius eſt cum complexum per accidens prædicatur de alio ſimiliter complexo.vt homo muſicus eſt homo iuſtus.Alio modo accipitur ens per accidens, pro vt ly per accidens priuat perſeitatem, non in entitate rei ſecundum ſe,ſed in comparatione ad aliquam cauſam,& ſic illud quod comparatur ad aliquam cauſam,quæ non ordinatur eſſentialiter ad eius eſſe vel fieri,dicitur ens per accidens,vel fortuitum,ſeu caſuale. De ente per accidens hoc ſecundo modo,inquantum tale,non poteſt eſſe ſcientia ſecundum Philoſophum 6 met. tex. Com. 5.nam tale nec fit ſemper,nec frequenter, ſed habet cauſam indeterminatam.2.ph. & 6.met.cauſa autem indeterminata eſt ignota, quia infinita, igitur non poteſt per talem cauſam cognoſci, ſcire autem eſt ens per cauſam cognoſcere,primo poſter.ca.5. Sed ſi ens per accidens hoc ſecundum conſideretur abſolutè,ſic de ipſo poteſt eſſe ſciētia,quia cauſa per accidēs reducitur ad cauſam per ſe,per quam contingit demonſtrare vt patet.2.poſter. Ens per accidens primo modo habet definitionem ſecundum quid,& per accidens,vt dicit Doctor ex intentione Ariſt.in primo diſt. 3.q.3. de ipſo etiam poteſt eſſe ſcientia vna vnitate generis proximi,vel remoti, vt ait Ant.And.6. meta.q.4.quod an ſit verum, alibi habet determinari. Vltimo notandum,quòd licet Doctor hic proteſtetur ſe deinceps locuturum eſſe de vniuerſali ſecundo modo capto,tamen hoc debet intelligi vt in pluribus,nam quandoque etiam erit ſermo de vniuerſali pro ſubſtrato,& præſertim.q.16. Ex his notatis eſt manifeſta litera Doctoris,nunc tranſeamus ad exponendam quartam quæſtionem.

Modi entis per accidens

De ente per accidens nō eſt ſcientia.

QVAE-

QVÆSTIO IIII Vniuerſalium.

Vtrum vniuerſale ſit ens?

Ordo. INtentio Doctoris in his quæſtionib. procmiali bus eſt oſtēdere vniuerſale eſſe ſubiectum in libro Porphirij. Et qm nihil poteſt poni ſubiectum in ſcientia, niſi ſit ens, ac per ſe intelligibile, & niſi habeat proprietates, ac ſit vniuocum; idcirco Doctor prius hæc omnia concludit de vniuerſali, antequam quærat an ſit ſubiectum in hoc libro. Et cum vlterius nihil ſit per ſe intelligibile, nec habeat proprietates, niſi ſit ens, ideo prius ſtatuendum erat, quòd vniuerſale eſt ens, quàm quod ſit per ſe intelligibile, & quod habeat proprietates.

Vniuerſale quo tupliciter: Duo ſunt termini declarandi, primus eſt vniuerſale, quod eſt æquiuocum ad vniuerſale in cauſando vt Deus, ad vniuerſale in repręſentando, vt ſpecies intelligibilis, ad vniuerſale in diſtribuendo, vt ſignum vniuerſale; & ad naturam ſeu conceptum limitatum de ſe indifferentem ad eſſe in pluribus, & vniuerſale hoc modo potius vocādum eſt commune, quàm vniuerſale: eſt etiam æquiuocum ad quandam intentionem ſecundam cauſatam ab intellectu, & applicatam enti limitato de ſe nato eſſe in pluribus. Hic eſt ſermo de vniuerſali hoc vltimo modo, quod definitur per prædicari de pluribus, vt q. 6. declarabimus. Vide etiam ea quæ diximus in noſtra. q. An vniuerſale ſit primum obiectum intellectus noſtri, in qua multa diximus de vniuerſali.

Ens vnde impo natur. Secundus terminus declarandus eſt ens, pro cuius dilucidatione tria dico. Primo quod ens non imponitur ab eſſe exiſtentię, quia cum exiſtentia in creaturis ſit modus intrinſecus, importans aliquid additum eſſentiæ, vt in quæſtione noſtra de exiſtentia Dei declarauimus, ideo ens importaret aliquid additum eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ rei; & ita aliquid eſſet prius ente, quod eſt falſum.

Eſſe eſſentię, eſſe exiſtentiæ nunquā ſeparantur. Imponitur ergo ab eſſe eſſentiæ, quod concomitatur eſſe exiſtentiæ, nunquam enim ſeparatur eſſe exiſtentiæ & eſſe eſſentiæ, proportionaliter; ſumendo vtrumque nam eſſe eſſentiæ obiectiuum non reperitur ſine ſimili eſſe exiſtentiæ, & eſſe eſſentiæ actuale non reperitur ſine exiſtentia actuali. Secundo dico, quod ens ſeu eſſe poteſt accipi dupliciter, vt notat D. Thomas prima parte ſummæ. quęſt 48. art. 2. Vno modo pro vt ſignificat entitatem rei, & hoc vel realem vel rationis. Alio modo vt ſignificat vnitatem propoſitionis, quæ conſiſtit in compoſitione, & hoc eſt ens, quo reſpondetur ad quæſtionem an eſt, & de hoc loquitur Philoſophus. 5. meta. cap. de vno. Enſque hoc ſecundo modo vocatur à Scoto. 3. diſt 6. q. 1. Syncathegorema, & ſignificat (vt ibidem dicit Doctor) compoſitionem intellectus vni entis prædicatum cum ſubiecto.

Ens vt eſt Syncathegorema quid. Vel ſignificat vt ait Doctor. 5. meta. Com. textus. 14. ipſam habitudinem prædicati ad ſubiectum in propoſitione, quæ habitudo capitur ab intellectu componente & diuidente, ac comparante terminum pręgdicatum ad terminum ſubiectum: & hoc tale ens, ſeu eſſe, eſt eſſe intentionis, & poteſt vocari eſſe propoſitionale, de quo loquitur Philoſophus. 5. met. tex. Commen. 14. & 6. met. tex. Com. 8. vbi inquit. Quod autem tanquam verum ens, & non ens vt falſum, quoniam circa compoſitionem, & diuiſionem, eſt &c.

Gregorius Ariminenſis quæſtione prima prologi. art. primo ponit tres acceptiones entis, quas hic non pono breuitatis cauſa. Tertio dico ens non habere definitionem, nec deſcriptionem; nec per aliquid notius, ſaltem à priori, explicari poſſe, vt ait iſte. 1 diſt 2 q. 2. art. 3. Et hoc nedum quia ens eſt ſimpliciter ſimplex; ſed etiam quia id per quod explicaretur eſſet ens, ac minus notum, quàm ens ipſum. Ens nō habet definitionē nec deſcriptionē nec per notius pōt explicari.

Et propter hoc dicebat Auicen. primo ſuæ meta. quod ens & res prima impreſſione imprimuntur in anima, nec poſſunt manifeſtari ex alijs. Et Albertus. 5. meta. ait, quod

quod intellectus apprehendit ens ſecundū modum imaginationis ſine aliquo dubio, neque eget ad declarandum definitione, vel deſcriptione. Et D. Thomas in quæſtionibus de veritate. quæſt. prima, ait. Illud quod intellectus concipit quaſi notiſſimū, & in quo conceptiones omnes reſoluuntur eſt ens.

Arg. primum ad oppoſitum. Duabus rationibus probat Doctor affirmatiuam huius quæſtionis: prima ſic erigatur. Quicquid definitur eſt ens, vniuerſale definitur, ergo vniuerſale eſt ens. Maior patet, quia non entis non eſt definitio, nec ſcientia, primo poſter. cap 2. nec etiam eius eſt aliqua differentia. 4 phy. tex. Com 67. Minor eſt manifeſta, definitur enim ab Ariſto. primo Periher. cap. 5. vbi ait. Dico autem vniuerſale, quod in pluribus prædicari natum eſt. Et primo meta. Com. 27. vniuerſale eſt vnum prędicatum de pluribus. Vniuerſale q.d.

Notandum ex 5. phy. tex. Commen. 8. & ex 12. meta. tex. Commen. 11. Quod aliquid dicitur non ens tripliciter. Vno modo ſecundum compoſitionem & diuiſionem, & ſic propoſitio falſa affirmatiua, vt homo eſt aſinus, & falſa negatiua, vt homo nō eſt animal, dicitur non ens. Non ens que hoc modo ſumptum opponitur enti ſumpto pro veritate propoſitionis. De quo loquitur Philoſophus, 5. ac. 6. met. vbi ſupra, ac etiam primo poſter. cap. 2. cum ait. Quoniam non eſt ſcire quod non eſt, vt quod diameter ſit Symeter. Cuius ratio eſt, quia non ens hoc modo ſumptum includit contradictionem ad omne eſſe extra intellectum, & ad eſſe iudicatiuè in intellectu, nō autem ad eſſe apprehenſiuè in intellectu, propter quod obiicit iſte. 2. d. 1. q. 3. contra dictoria eſſe vix intelligibilia. Quod enim diameter ſit Symeter id eſt ſit commenſurabilis lateri quadrati, implicat contradictionem, & incompoſſibilitatem, & ideo eſt nō ens. De quo licet poſſit eſſe ratio nominis diſtinctè explicans, quod nomen implicitè & confusè importat, non tamen eius poteſt eſſe definitio, vel ſcientia, quia nec eſt per ſe vnum intelligibile. Nō ens tripliciter. Cōtradictoria quō sūt intelligibilia. Nō entis non eſt definitio, nec ſcīa.

Secundo modo dicitur non ens, quia nō eſt ens in actu, quamuis ſit ens in potentia.

Tertio modo dicitur non ens, quod eſt non ens tale, vt non album. Hic Doctor loquitur de non ente primo modo, & vult vniuerſale non eſſe non ens includens contradictionem, quale non ens eſt Chymera.

Secundo arguit ſic. Quicquid applicatur enti eſt ens, ſed per Boetium ſecundæ intentiones (de quarum numero eſt vniuerſale) applicantur enti, ergo intentiones ſecundæ, & ex conſequenti vniuerſale, ſunt entia. 2. Arg. ad oppoſitum.

In corpore quæſtionis duo facit, primo reſpondet ad quæſtionem, deinde probat vniuerſale eſſe ens. Dicit igitur quod vniuerſale eſt ens, quod tali ratione probat. Nihil intelligitur ſub ratione non entis. ſed quicquid intelligitur, intelligitur ſub ratione vniuerſalis, ergo vniuerſale non eſt omnino non ens. Minorem infra declarabimus. Maior ſic probatur. Nihil poteſt mouere intellectum ſub ratione non entis, ſed quicquid eſt intelligibile ſeu intelligitur; mouet intellectum, ergo nihil eſt intelligibile, ſeu intelligitur ſub ratione non entis. Huius proſyllogiſmi primo probatur minor, deinde maior. Minor ſic, intellectus eſt virtus paſſiua. 3. de anima tex. Com. 5. ergo non operatur niſi moueatur ab obiecto, ergo quicquid intelligitur mouet intellectum. Maior probatur: nam mouere eſt entis in actu, ergo nihil poteſt mouere intellectum ſub ratione non entis. Huius rationis in litera primo ponitur maior, cum ſuis probationibus, deinde minor, ac concluſio, ibi quicquid autem &c.

Circa hanc literam occurrunt quædam dubia. Et primo circa illam particulam (Quia intelligibile mouet intellectum) duo dubia ſe nobis offerunt. Primum eſt, quid nam eſt obiectum mouere, & terminare intellectum. Secundum eſt, an hoc dictum Doctoris ſit verum, quod ſcilicet, omne intelligibile moueat intellectum

Quantum ad primum communiter dicitur, obiectum mouere intellectum, eſſe obiectum cauſare actum intelligendi. Obiectū mouere intellectū quid.

Sed hæc non videtur bona, neque ſufficiens deſcriptio. Tum quia ex hoc quod obiectum cauſat actum intelligendi, non dicitur mouere intellectum; nam in tertio ſigno cauſatur actus partialiter ab obiecto, nec illo ſigno intellectus mouetur. Tum quia obiectum dicitur quoque mouere intellectum cauſando in ipſo ſpeciem intelligibilē, non ergo illa eſt ſufficiēs deſcriptio. Contra.

Dico

Dico igitur obiectum mouere intellectum non eſſe obiectum tribuere intellectui actũ primum, quo intellectus, partiali cauſatione ſibi correſpondente, cauſat intellectionẽ: quia obiectũ & intellectus ſũt duæ cãæ quaſi ſe ex æquo habentes, vt ait iſte. 2. d. 3. q. 8. reſpondendo ad tertiam obiectionem in corpore quæſtionis factam dicuntur autem cauſæ ex æquo ſe habentes, quia neutra eſt totalis cauſa intellectionis, nec vna ab altera dependet in cauſando, igitur intellectus non habet virtutem ſuam propriam cauſandi intellectionem ab obiecto. Sed obiectum mouere intellectum eſt obiectum partialiter, vel totaliter imprimere in intellectui aliquam formam, quæ eſt, vel ſpecies, vel actus. Pro huius intellectu ſciendum, ponenda eſſe quatuor ſigna in intellectu.

Intellectus & obiectũ ſunt cãę ex ęquo ſe habẽtes.

In primo obiectum relucens in phantaſmate ſeu ipſa phantaſmata vice obiecti, ſimul cum intellectu agente, cauſant ſpeciẽ intelligibilem in intellectu poſſibili, cuius eſt omnia fieri. 3. de anima.

Quatuor ſigna intellectꝰ.

In ſecundo ſigno intellectus poſſibilis recipit ſpeciem intelligibilem; quæ cum vice obiecti cauſet ſimul cum intellectu poſſibili actum intelligendi in notitia abſtractiua, ideo dicimus intellectum in hoc ſigno moueri ab obiecto ad actum primum; non equidem ad actum primum, qui eſt ipſius potentiæ vt eſt potentia, ſed ad actum primum conuenientem obiecto.

In tertio ſigno ſpecies vice obiecti, & intellectus poſſibilis ſuis partialibus cauſationibus integrantibus vnam totalem cauſam, producunt actum intelligendi, qui eſt effectus communis eorum; & in hoc ſigno intellectus non mouetur, quia nihil omnino recipit.

In quarto ſigno recipit partialiter intellectionem ab obiecto, & ideo in hoc quarto ſigno dicitur moueri ad actum ſecundum; non autem in tertio ſigno, quia prius intelligitur actus produci; quã recipi. Cum igitur intellectum moueri ſit intellectum recipere (quia eius motio, non eſt ad mouere actiuè, ſed ad recipere) nec aliquid recipiat ab obiecto, niſi ſpeciem in ſecundo ſigno, & actum intelligendi in quarto, ideo obiectum mouere intellectum, eſt obiectum imprimere intellectui aliquam formam, quæ eſt vel ſpecies, vel actus. Obiectum verò terminare intellectum, eſt obiectum terminare actũ intellectus: terminari enim conuenit intellectui ratione actus ſeu intellectionis, actiui verò conuenit ratione ſui, vt colligitur ex dictis Doctoris. 1. d. 3. q. nona reſpondendo ad tertium principale. vbi ait. De ratione actus eſſe tranſire in aliquid vt in terminum.

Obiectũ terminare ĩtellectũ qđ.

Quod non exiſtimo intelligendum eſſe de actu ea ratione, qua eſt qualitas; quia aliter omnis qualitas haberet terminum: nec ea ratione qua eſt talis qualitas, quia tunc non eſſet in genere qualitatis, quia nulla qualitas, vt talis, habetur terminum: habet igitur terminum ea ratione quæ eſt actus, quia ea ratione qua eſt actus habet relationem tendentiæ, ſeu attingentiæ ſibi annexam, qua tendit in obiectum, quod cognoſcitur per talem actum, Ex his patet quid dicendum eſt ad primam difficultatem.

Quo de rõne actus eſt tranſire in aliud & hẽre terminũ

Erat alia difficultas, an verum ſit quòd quicquid intelligitur moueat intellectum. Et videtur quod non, nam nec relationes, nec quantitas, nec materia prima poſſunt mouere intellectum, ſaltem pro ſtatu iſto, & tamen intelliguntur, ergo non omne quod intelligitur mouet intellectum. Dicit Io. Anglicus Doctorem hic non loqui de mouere ſtrictè, quod idem eſt, quod ſua virtute, aut efficacia agere in intellectum, & excitare ad actum per ſe perſeitate tertij modi. Sed loqui de mouere largè, quod idem eſt quòd terminare actum intelligendi, quale mouere conuenit quibuſcunque entibus. Aliter poſſumus dicere quòd hic loquitur Doctor de eo quod intelligitur motiue, & quodlibet tale mouet intellectum. Vel tertio dicamus quodlibet intelligibile mouere intellectum, vel in ſe, vel in eo in quo includitur eſſentialiter, vel virtualiter.

Omni qđ intelligiť an moueat intellectũ?

Mouere dupliciter.

Circa illam literam. Intellectus eſt virtus paſſiua, & non operatur niſi moueatur ab obiecto; eſt difficultas, uidetur enim Doctorem in illis verbis concedere oppoſita; nam vult intellectum eſſe virtutem paſſiuam, & tamen cõcedit quòd ſit virtus actiua: dicit enim quòd non operatur niſi moueatur ab obiecto, igitur cum mouetur operatur, & ſic eſt actiuus. Dico quòd intellectus eſt virtus paſſiua, vt multis in locis habemus à Philoſopho, & præcipuè. 3. de ani-

ma text. Com. 2. vbi dicit intelligere eſſe quoddam pati; nam intellectus non dicitur formaliter intelligere, niſi cum recipit intellectionem, vt exponit Doctor. 1.d.3.q. 7.& in quod q. 13. Ad hoc idem facit id quod habet Doctor, q. 3. prologi, ac alibi, vbi vult quod proportio obiecti ad potentiam ſit proportio motiui ad mobile, vel actiui ad paſſiuum. Dico etiam vlterius, quod intellectus poſſibilis eſt virtus actiua, nō tamē operatur niſi moueatur quod expreſſe habetur a Philoſopho. 3. de anima tex. Com. 14 vbi dicit quod obiectum mouet non motum, intellectus verò non mouet niſi motus: obiectum namque in cauſatione tam ſpeciei intelligibilis, quàm actus intelligendi, nihil recipit in ſe, & ideo mouet non motus: intellectus autem non cauſat actum intelligēdi niſi prius recipiat ſpeciem intelligibilem, & ideo non mouet niſi motus, & hoc modo exponitur illa auctoritas Ariſto. à Scoto 1.d.3.q 8. reſpondendo ad primum principale. Ex his patet Doctorem non concedere oppoſita, nam intellectus poſſibilis eſt paſſiuus inquantum recipit, eſt autem actiuus inquantum cauſat.

Intellectus eſt virtus paſſiua.

Proportio obiecti ad potentiam quæ.

Obiectū mouet non motum.

Intellectus nō mouet niſi motus.

Circa illam literam (Quicquid intelligitur intelligatur ſub ratione vniuerſalis) eſt difficultas. non enim illud dictum videtur eſſe verum. Nam ſingulare intelligitur, non tamen ſub ratione vniuerſalis, quia ſingulare non eſt vniuerſale. Item nihil, prius quam ſit, poteſt eſſe modus intelligēdi aliquid, ſed prima intentio prius intelligitur, quàm ſit ſecunda; quia comparatio extremorum præſupponitur cauſationi intentionum, & cognitio extremorum præſupponitur comparationi eorum; ergo vniuerſale non poteſt eſſe modus intelligendi primam intentionem, ſeu ipſa extrema; & ita non quicquid intelligitur, intelligitur ſub ratione vniuerſalis.

Quicquid intelligatur an intelligatur ſub rōne vniuerſalis.

Mauritius præſenti. q. dubio. 6 dat multas reſponſiones. Dicit enim Doctorem hic loqui, de modo intelligendi diſtinctè, & logicè, & præſupponente inuentionem ſeu fabricationē ſecundarum intētionum. Aliter dicit quod per vniuerſale Doctor intelligit modum intelligendi omne intelligibile, etiam in primo actu, pro quanto eſt in potentia propinqua ad eſſe & applicari. Seu loquitur de vniuerſale aptitudinaliter vel in potentia propinqua, ſeu loquitur de ſpecie intelligibile, quæ poteſt dici vniuerſale. Aliter ego reſponderem (& hæc reſponſio coincidit cum prima Mauritij, eſtque declaratiua eius) & dicerem, Doctorem hic loqui de eo quod intelligitur diſtinctè & logicè, quodlibet enim tale intelligitur ſub ratione vniuerſalis. Pro cuius intelligentia duo ſunt notanda.

Reſponſiones Mauritij.

Auctoris reſpōſiones.

Primo quod licet ſingulare vagum intelligatur ab intellectu coniuncto primo primitate originis & directè, & ſingularitas tunc ſit pars obiecti intellecti; non tamen intelligitur ab intellectu coniuncto ſub ratione ſingularitatis: & cum non poſſit intelligi diſtinctè, niſi ſub ratione ſingularitatis, ideo ſequitur ſingulare, vt tale, eſſe omnino ignotum in ordine notitiæ diſtinctæ, & propter hoc dicimus, quod ſicut ens non poteſt cognoſci confusè, ita nec ſingulare diſtinctè, ſaltem pro iſto ſtatu.

Singulare quō cognoſcatur à nobis.

Singulare nō cognoſcitē diſtinctè.

Secundo dico, quòd modus, quo metaphyſicus conſiderat quidditatem, differt à modo quo eam conſiderat logicus, vt dicit Doctor 2.d.3.q.1. Metaph. enim conſiderat quidditatem vt eſt prior naturaliter vnitate, ac pluralitate numerali, ac etiam vniuerſalitate, quam habet in intellectu, & particularitate. Secundum quam prioritatem quidditas ipſa eſt per ſe obiectum intellectus noſtri, & exprimitur per definitionē, & conueniunt ſibi prædicata primi modi. Logicus verò conſiderat quidditatem vt eſt ſub aliqua ſecunda intētione; quia per Boetium & Auicenam, logica eſt de ſecundis intentionibus applicatis primis; & ideo non conſiderat primas, niſi ſub ſecundis. Ex his patet, quòd cum nihil cognoſcatur diſtinctè, niſi quidditas, ſeu vel pro ſubſtrato; nec hoc cognoſcatur logicè, niſi ſub aliqua intentione ſecunda, quæ maximè erit vniuerſale, igitur quicquid intelligitur diſtinctè ac logice, intelligitur ſub ratione vniuerſalis. Per hoc patet ad rationes quę contra hoc adducebantur, nam prima procedit de eo quod non poteſt cognoſci diſtinctè à nobis ſcilicet de ſingulari. Et ſecunda procedit de prima intentione, ſeu de extremis cognitis meta. ſic enim intelliguntur prius quàm ſit intentio ſecunda: non autem hoc poſtea eſt verum quando intelli-

Modus cōſiderādi meta. & logici differūt.

intelliguntur logicè. Aliter etiam poſſumus exponere dictum Doctoris hoc modo; quicquid intelligitur logicè, intellectione naturali, & ſcientifica, intelligitur ſub ratione vniuerſalis.

Alia reſponſio.

Vel aliter dicamus, Doctorem hic loqui, ſecundum communem modum dicendi, qui tenet ſingulare non niſi indirectè, & per reflexionem ad phantaſmata intelligi poſſe, intellectus enim nihil primo intelligit niſi vniuerſale vide D. Thomam prima parte. q.86. art. primo. Accipit etiam Doctor ly intelligitur ſecundum, prout importat aptitudinem, & non actum: & tunc ſenſus eſt quòd, quicquid intelligitur, intelligitur (id eſt eſt intelligibile, ſaltem quantum ad aliquem actum) ſub ratione vniuerſalis: & hoc ſufficiebat Doctori ad probandum vniuerſale eſſe ens. Per hoc patet qd dicendum ſit ad primam rationem quę cōtra hoc adducebatur.

Arg. 1. principale.

Ad ſecundam vero dico, maiorem eſſe falſam, aliquid enim prius quàm ſit, poteſt eſſe modus intelligendi aliquid, id eſt ſub quo aliquid eſt intelligibile quantum ad aliquem actum: & ideo licet prima intentio aliquo actu prius intelligatur, quàm ſit ſecunda, tamen cum hoc ſtat primam eſſe intelligibilem ſub ſecunda quantum ad aliquem actum. Vide ad hoc.q. noſtram. An quicquid intelligitur & appetitur, intelligatur, & appetatur ſub ratione vniuerſalis.

Contra id quod determinatum eſt de entitate vniuerſalis, arguit Doctor tribus rationibus, & primo ſic. Omne quod eſt, ideo eſt, quia vnum numero eſt, at vniuerſale non eſt vnum numero, ergo vniuerſale nō eſt ens. Maior eſt Boetii in libro de vnitate, & vno. Minor probatur quia quod prædicatur de pluribus non eſt vnum numero nā aliter ſequeretur idem prædicari de pluribus, & non prædicari de pluribus: ex hoc enim quod eſt vnum numero, ſequitur quod tantum ab vno ſolo prædicetur: ſed vniuerſale prædicatur de pluribus, primo Periher. ergo vniuerſale non eſt vnum numero. Nota quod iſta auctoritas Boetii habetur circa principium illius libelli de vnitate & vno, vbi ait, & ſunt verba eius. Quicquid eſt, ideo eſt, quòd vnum eſt. Et ibi videtur loqui de vnitate numerali, vt patet ex præcedentibus verbis, ait enim.

Non ſolum autem vnitate vna eſt, ſed etiam tandiu eſt quicquid id quod eſt, quā diu in ſe vnitas eſt: cum autem deſinit eſſe vnū, deſinit eſſe id quod eſt, vnde hoc eſt. Per hæc patet illam additionem de vnitate numerale apertè non haberi in illo libro ſed tantum coniici ex dictis Boetii.

Reſp. ad 1. Arg. principale.

Reſpondet Doctor concedendo maiorem (quæ eſt auctoritas Boetii) de eo, quod eſt præter operationem intellectus, & hoc præciſè, nam de eo quod eſt per operationem intellectus non habet veritatem, & ideo licèt vniuerſale non ſit vnum numero, non tamen ſequitur, quod non ſit ens. Circa hanc rationem ac eius reſponſionem ocurrūt quædam dubia, & quædam notanda. Dubium eſt circa reſponſionem, nam ſi auctoritas Boetii eſt vera de eo quod eſt præter operationem intellectus, ergo cum natura, vt habet vnitatem maiorem vnitate numerali, ſit præter operationem intellectus, erit vna numero: quod non videtur verum, quia tunc non eſſet vna vnitate minore vnitate numerali.

Notabilis obiectio.

Dico quòd aliqd poteſt dici vnum numero dupliciter ſcilicet, vel quia cum aliis ponitur in numerum: & ſic vnitas numeralis conuenit etiam ipſis quidditatibus. Vel vt diſtinguitur contra vnum ſpecie, genere, & proportione. Quod vlterius diſtinguitur ſecundum Doctorem. 2.d.3.q 6. nam aliquid poteſt dici vnum numero (accipiendo vnum numero vt diſtinguitur contra vnum ſpecie, genere, & proportione) aut per ſe primo, aut per ſe, aut denominatiuè. Realitas à qua ſumitur differentia indiuidualis, vltimatè actuans naturam, eſt vna numero per ſe primo, ipſi enim per ſe primo repugnat ſimpliciter diuidi, & non eſſe hanc.

Vnum numero quotupliciter.

Sed hic lapis, cuius eſt illa vltima realitas, eſt per ſe vnum numero licet non primo. Natura verò lapidis, quæ eſt in hoc lapide, eſt vna numero denominatiuè. Hæc eadem diſtinctio poteſt applicari ad vnitatem ſpecificam, quoniam aliquid eſt vnum ſpecie per ſe primo, vt differentia ſpecifica, puta rationalitas: aliquid per ſe, licet non primo, vt homo: aliquid denominatiuè tantum, vt ſunt ſuperiora incluſa in illa ſpecie, puta animal, corpus, & alia huiuſmodi. Ad propoſitum applicando dico, quòd

Vnum ſpecie tripliciter.

quamuis natura de ſe habeat vnitatem minorem vnitate numerali, tamen vt eſt in indiuiduo, eſt vna numero denominatiuè: & ita quicquid eſt præter operationem intellectus eſt vnum aliquo horum trium modorum, quod ſaltem verum eſt conſiderando illa quantum ad eſſe actuale, quod habent in indiuiduis.

Pro vlteriori inueſtigatione intelligentiæ illius auctoritatis Boetij, ſex notabimus ex quibus inferam expoſitionem illius auctoritatis, & vltimò remouebo errorem quorundam. Primo igitur notandũ quòd eſſe, ſeu eſt, prædicat quandoque ſecundũ, quandoque tertium adiacens: quando poſt ipſum eſt, non additur aliud prædicatum materiale rei verbi ſpecificatiuum, prędicat ſecundum adiacens; Tuncque regulariter prædicat actualem exiſtentiam.

Eſt vt ē ſm adiacēs q̃d.

Cum autem additur tertium prædicatum, prædicat illud tertium, & non id q̃d in ſe habet, vt dicendo homo eſt albus. Secundo notandum ly quia eſſe notam cauſalitatis, & ſignificat illud cui addit̃ eſſe cauſam alterius; vt cum dico homo eſt riſibilis quia rationalis, denotatur quòd rationalitas eſt cauſa quare riſibilitas inſit homini.

Eſt tertiũ adiacens q̃d.

Quia cuius eſt nota.

Tertio notandum exiſtentiam quadrupliciter conſiderari poſſe, aut in eſſe obiectiuo, aut in eſſe poſſibili, aut in eſſe cognito, & volito aut in eſſe reali actuali: primis duobus modis exiſtentia non includit aliquem reſpectum, ſed capitur abſolutè, eſtque eadem cum exiſtentia actuali, non differens ab illa, niſi quia illa eſt in actu hæc autem in potentia: exiſtentia tertio modo includit reſpectum ad Deum cognoſcentem, vel volentem, quo dicitur habere eſſe cognitũ, vel volitum: exiſtentia quarto modo importat actualem exiſtentiam, quam habet res extra cauſam ſuam. Quarto notandum exiſtentiam nunquam ſeparari ab eſſentia, nec è conuerſo, proportionabiliter ſumendo vtrumque, vt ſupra dictum fuit, eſſentia enim in eſſe obiectiuo non reperitur ſine exiſtentia in tali eſſe, ſimiliter eſſentia in eſſe reali actuali, non reperitur ſine exiſtentia in tali eſſe.

Exiſtentia quadrupliciter cõſideraẽ.

Exiſtentia & eſſentia ñ ſeparentur.

Quod ſi obijcias prędicamenta abſtrahere ab exiſtentia. Dico hoc verum eſſe de exiſtentia actuali, non autem de aptitudinali. Vel dicas quod prædicamenta pro tanto dicuntur abſtrahere ab exiſtentia, pro quanto exiſtentia non eſt ratio prima & p̱ ſe, quare aliquid reponatur in prædicamẽto.

Prædicamenta quõ abſtrahũt ab exiſtentia.

Quinto notandum vnitatem numeralem quandoque ſumi à principio intrinſeco, quod eſt proprietas indiuidualis, quandoque à principio extrinſeco, puta a ſubiecto: vnitas numeralis hoc ſecundo modo eſt poſterior exiſtẽtia actuali: vt patet de albedine & dulcedine in lacte, quæ dicuntur vnum numero extrinſece, & denominatiuè; & tamen prius (ſaltem natura) exiſtunt, quàm habeant talem vnitatem; quia exiſtẽtia actualis prius eis conuenit, quam inhærentia actualis. Sexto notandum quod exiſtentia rebus actualis eſt poſterior vnitate numerali intrinſeca, & primo conuenit ſingulari cuius eſt modus, & proprietas, naturæ verò conuenit præciſe ratione ſingularis, in quo eſt talis natura.

Vnitas numeralis duplex, & vnde ſumitur.

Vnitas numeralis extrĩſeca eſt poſterior exiſtẽtia naturali.

Hoc probo multipliciter primo ſic. Quidditas ac prædicata primi modi ſunt priora (ſaltem natura) modo intrinſeco, ſed proprietas indiuidualis conuenit indiuiduo in primo modo dicendi per ſe, vt aliàs declarabimus, & actualis exiſtentia eſt modus intrinſecus, ergo illa proprietas, & ex conſequenti vnitas numeralis, quæ ineſt ratione eius eſt prior natura exiſtentia actuali.

Vnitas numeralis ĩtrinſeca eſt prior exiſtẽtia actuali.

Item hic homo abſtrahit ab exiſtentia actuali, & non à proprietate ſeu vnitate numerali, per iſtum. 2. d. 3. q. 3. ergo vnitas numeralis, præcedit exiſtentiam actualem, q̃a id à quo prius fit abſtractio eſt poſterius.

Item in qualibet coordinatione prædicamentali datur ſtatus in ſurſum; & deorsũ primo Poſter. tex. Com. 34. & inde, igitur ſicut inuenitur generaliſſimum, intermediũ & ſpecialiſſimum abſq; exiſtentia actuali, ita inuenitur etiam infimũ, quod eſt ſingulare abſq; omni exiſtentia actuali, non tñ illud eſt ſine vnitate numerali, aliter. n. nõ eſſet indiuiduum, ergo &c. Item oſtendo exiſtentiam actualem primo conuenire ſingulari; nam exiſtentia actualis eſt qua res dicitur habere eſſe extra cauſam ſuam, ſed eſſe extra cauſam ſuam primo conuenit ſingulari, cui etiam primo conueniunt actiones, & paſſiones, ex proœmio primi meta. ergo, &c.

Exiſtentia actualis I cõuenit ſĩgulari.

Per hæc corriges. Io. Anglicum dicentem exiſtentiam actualem præcedere vnitatem

Error Io. Ang.

tatem numeralem. Sed contra iſta obiicies nam Scotus. 4. d. 45. q. 3. reſpondendo ad ſecundum principale, videtur velle, quod exiſtentia actualis præcedat vnitatem numeralem. & quod non inſit naturæ ratione ſingularis, ait enim, & ſunt verba eius. Exiſtentia actualis primo conuenit naturæ; vnde hæc natura non eſt exiſtens formaliter, quia hic, ſed per naturam. Huic obiectioni quæ difficilis eſt, multipliciter reſpondeo. *Difficilis obiectio.*

1. reſp. Primo dico, quòd intentio Doctoris non eſt, quod exiſtentia actualis prius conueniat naturæ in communi acceptæ, quam ipſi ſingulari; ſed intentio eius eſt, quod actualis exiſtentia prius conuenit naturæ, q̄ eſſe hic & nunc, vnde Doctor non comparat naturam ad ſingulare quantum ad actualem exiſtentiam, ſed comparat actualem exiſtentiam ad eſſe hic & nunc reſpectu naturæ; & ſic dicit quod exiſtentia prima, ideſt prius conuenit naturæ quam eſſe hic & nunc vnde ly primo accipitur comparatiuè, hæcque reſponſio patet ponderando literam Scoti in illo loco. *2. reſp.* Aliter poſſumus reſpondere diſtinguendo de exiſtẽtia vniuerſali; & particulari: Doctor enim in 4. loquitur de exiſtentia vniuerſali, nos autem de particulari. *Exiſtentia duplex.* *3. reſp.* Poſſumus etiam dicere quod exiſtentia poteſt comparari vel ad vnitatem numeralem, ſeu ad ipſum ſingulare, vel ad ipſam naturam: primo modo eſt poſterior vnitate numerali, ſecundo modo eſt prior. *4. reſp.* Poſſumus etiam quarto dicere Doctorem non loqui in quarto de natura vniuerſali, ſecundum quòd eſt fundamentum proximum vel remotum vniuerſalitatis, quia natura illo modo abſtrahit ab exiſtentia actuali, imo & ipſa ſingularia, vt reſpiciuntur à natura illo modo ſumpta, abſtrahunt ab omni exiſtentia actuali, ab omni loco, ab omni ſitu, & ab aliis huiuſmodi, vt ait Trombeta. 7. meta. q. 9. Sed loquitur de natura particulari, puta de natura ſortis, vel huius lapidis, & naturæ hoc ſecundo modo ſumptæ cõuenit primo actualis exiſtentia. Ex his patet illam auctoritatem Boetii intelligendam eſſe hoc modo. Omne quod eſt (ideſt omne quod vltimatè exiſtit) ideo eſt (ideſt ideo vltimatè exiſtit) quia eſt unum numero intrinſecè. *Oĩe qđ eſt ideo eſt &c. Quõ intelligiť.*

Hoc eſt dictu, cauſa præciſa quare aliquid actu ſeu vltimatè exiſtat, eſt quia eſt vnum numero, ad talem enim vnitatem numeralem, ſeu ad naturam hoc modo vnã, ſequitur actualis ac vltimata exiſtentia vt eius modus.

Per hæc corriges Ioan. Anglicum, dicentem illam auctoritatem Boetii magis habere veritatem ſi dicatur, omne quod eſt, ex eo quod eſt, ideſt inquantum in ſe verè, & actualiter exiſtit in rerum natura, habet vnitatem numeralem, conſequentem ſe in poſteriori ſigno, vnde in priori ſigno ponit actualem exiſtentiam, & in poſteriori, vnitatem numeralem, ſed vt omnia iſta ad plenum intelligas, vide quæſtionem meã, quam de hoc edidi. *Error Io Ang.*

Arguit ſecundo principaliter ſic. Omne ens aliud à prima ſubſtantia, aut dicitur de prima ſubſtantia, aut eſt in illa, ſed vniuerſale eſt aliud à prima ſubſtantia, & non dicitur de illa nec eſt in illa, ergo vniuerſale non eſt ens. Maior eſt Ariſt. in prædicam. c. de ſubſtantia, vbi habet hæc verba. Quare alia omnia aut de ſubiectis primis dicuntur ſubſtantiis, aut in ſubiectis eis ſunt. Minor probatur quoad vtramque partẽ: quoad primam ſic. Solæ ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur de primis per Philoſophum vbi ſupra, at vniuerſale non eſt ſecunda ſubſtantia cum ſit accedens, & 2. intentio non dicitur de primis. Altera pars minoris probatur ſic. Omne accidens denominat ſubiectum in quo eſt, ergo ſi vniuerſale eſſet accidens, & eſſet in prima ſubſtantia, denominaret illam, quod tamẽ eſt falſum, quia prima ſubſtantia non eſt vniuerſale. *2. Arg. princ.*

Huic rationi reſpondendo dico facit, primo quorundam reſponſionem impugnat. *Reſp. ad 2. prin.*

Secundo propriam reſpõſionem ponit. Secundum ibi.

Ideo dico, &c. Dicunt ergo quidam, maiorem (quæ eſt Ariſto.) eſſe veram de ente quod eſt præter operationem intellectus, & ſic omne ens habens eſſe præter operationem intellectus, quod eſt aliud a prima ſubſtantia, aut dicitur de prima, aut eſt in prima; modo vniuerſale habet eſſe per intellectum; & ideo licet vniuerſale nec dicatur de prima, nec ſit in prima, non tamen ſequitur ipſum non eſſe ens. *Quorũdã reſp.* Hanc reſponſionem impugnat oſten- *Contra.*

oſtendendo, illam Ariſtotelem, auctoritatem intelligendam eſſe de ente, quod eſt per intellectus operationem, & non de ente reali. Pro huius rationis intelligẽtia notandum, quod Phil. in cap. de ſubſtantia in principio ponit quandam diſtinctionẽ de ſubſtantia in primam & in ſecundam, ſimulque notificat membra diſtinctionis illius: deinde probat notificationes, vel notificationem, quã dedit de prima ſubſtantia: & primo (ibi. Manifeſtum eſt autem, &c.) probat vltimam particulam illius notificationis, quę eſt quod ſubſtantia prima neq; dicitur de ſubiecto, neque eſt in ſubiecto. Secundo (ibi. Alia verò omnia, &c.) probat inductiuè primam particulam, ſ. quod prima ſubſtantia eſt, quæ propriè principaliter, & maximè dicatur. Seu ſub alijs uerbis, eſt quæ omnib ſubſtat. Poſtremo infert illam propoſitionem tanquam ſufficienter probatam, in illis verbis, Quare alia omnia &c. Vide vt hæc perfectè intelligas ſcripta noſtra ſuper prædicamenta. Hoc notato ſic erigatur ratio. De illis entibus loquit̃ Philoſophus, concludendo omnia alia dici de prima ſubſtantia, aut eſſe in prima, de quibus loquitur in probatione illius propoſitionis, quia aliter probatio laboraret in æquiuocis, ſed in probatione illius loquitur de ſecundis ſubſtantijs, & accidentibus; nã ex hoc quod ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur de primis, & accidentia ſunt in primis, concludit illam propoſitionem: ergo Philoſophus in illa propoſitione concluſa per ly omnia alia, intendit loqui de ſecundis ſubſtantijs, & accidentibus. Tunc vltra ſubſumo; ſed ſecundæ ſubſtantię, vt in illa probatione loquit̃ de ipſis Philoſophus, nõ ſunt præter intellectus operationem, ergo in illa propoſitione concluſa non loquitur tantum de his quę ſunt præter intellectus operationem. Hæc minor ſubſumpta ſic probatur, eo modo loquitur Philoſophus de ſecunda ſubſtantia in probatione illius propoſitionis, quo ſumitur in diuiſione ſubſtãtiæ, poſita in principio capituli, cum diuiditur in primam, & ſecundam, ſed in illa diuiſione ſumitur ſubſtantia ſecunda vt eſt per operationem intellectus: igitur ſimiliter debet accipi in probatione illius propoſitionis. Hæc minor probatur, quia da oppoſitum, quod ſcilicet non ſumatur ſubſtantia ſecunda in illa diuiſione pro illa, q̃ habet eſſe per operationem intellectus, ergo membra illius diuiſionis non eſſent oppoſita, & ex conſequẽti diuiſio non eſſet bona. Probatur conſequentia, nam ſubſtantia ſecunda, quæ eſt præter operationẽ intellectus, non opponitur ſubſtantiæ primæ, imo eſt eadem illi, & includitur in illa formaliter, & quidditatiuè. Hæc eſt tota ratio quę formari poteſt ex litera doctoris.

Propter ea quæ habentur in litera tria ſunt notanda. Primo quod ſubſtantia tam prima, quàm ſecunda dupliciter accipi poſſunt ſcilicet, pro formali, & pro ſubſtrato, ſeu pro prima, & ſecunda intentione. Secũda ſubſtantia pro ſubſtrato eſt, quicquid in genere ſubſtantiæ eſt cõmunicabile pluribus per differentias illud diuidentes, vt homo, aſinus, animal, corpus, ac alia huiuſmodi. Prima ſubſtantia pro ſubſtrato eſt indiuiduum in genere ſubſtantiæ, vt hic homo. Secunda ſubſtantia pro formali eſt vniuerſale dicibile in quid de pluribus, applicatum alicui in genere ſubſtantiæ. Dico dicibile in quid de pluribus ad differentiã differentiæ applicatæ alicui in genere ſubſtantiæ, quæ licet ſit vniuerſale, non tamẽ eſt ſecunda ſubſtantia, quia ſecundæ ſubſtantiæ ſecundum Philoſophum ſunt genera, & ſpecies, in quibus ſunt primæ ſubſtantiæ. Dico applicatum alicui &c. ad differentiam generum & ſpecierum quæ applicantur rebus exiſtentibus in aliis generib. Prima ſubſtantia pro formali eſt intentio applicata indiuiduo generis ſubſtantiæ. *Subſta 1. & 2. dupliciter ſumũt.* *Secũda ſubſtantia q̃d.* *Prima ſubſtantia q̃d.*

Secundo notandum ſecundum Doctorem. q. 12. prædicam. diuiſionem ſubſtantiæ in primam & ſecundam, eſſe diuiſionẽ ſubiecti in accidentia: & hoc non ratione ſubſtantiæ diuiſæ in ſubſtantiam, & ſubſtantiam, ſed ratione primitatis & ſecundeitatis, quæ accidunt ſubſtantiæ; ſicut enim ſi quis diuideret hominem in hominem album, & in hominem nigrum, talis non diceretur diuiſio ſubiecti in accidentia, ratione hominis diuiſi in hominem, & hominem, ſed bene ratione albedinis & nigredinis, ſeu albi & nigri: ita quoque dicendum eſt de diuiſione ſubſtantiæ in primã, & ſecundam. *Diuiſio ſubſtę in primã & ſecundã qualis.*

Tertio notandum primam, & ſecundam ſubſtantiam pro ſubſtrato non opponi: patet *1. & 2. ſubſtantia, q̃uo opponũtur.*

patet nam vnũ oppoſitorum non includit in ſuo conceptu reliquum, ſed prima ſubſtantia, puta hic homo, includit in ſuo conceptu ſecundam, puta hominem & animal, ergo, &c. Item infra eandem quidditatem non reperitur oppoſitio, at prima, & ſecunda ſubſtantia pro ſubſtrato important eandem quidditatem, ſpecies enim dicit totam quidditatem indiuiduorum, ergo &c.

Subſtantia autem prima, & ſecunda pro formali opponũtur relatiuè, & hoc ſi vtraque ſumatur vt quid, vel vtraq; vt modus.

Duæ obiectiones. Quod ſi obijcias, nam ſubſtantia ſecunda dicitur de prima per Philoſophum in prædicam, ſed oppoſitum non dicitur de oppoſito, ergo, &c. Præterea fundantur in eodẽ, ergo non opponuntur.

Reſpõſ. Ad primum dico quod ſubſtantia ſecunda prædicatur de prima prædicatione ſignata, & ſic non inconuenit oppoſitum prædicari de oppoſito, maximè ſi alterum ſumatur vt modus.

Ad ſecundum dico falſum eſſe quod fundentur in eodem, nam non fundantur intentiones in re ſecundum eſſe quod habẽt extra, ſed ſecundum eſſe cognitum. Imo dato etiam, quod fundarentur in eodem, non tamen ſequitur, quòd non opponantur, quia non fundarentur in eodem ſecundum eandem rationem formalem, quia realitas, ſeu proprietas, à qua ſumitur intentio generis, eſt alia à proprietate, à qua ſumitur intentio ſpeciei, ac intentio indiuidui.

Reſp. Sc. ad 2. prĩcipale. Ibi. Ideo dico, &c. Reſpondet ad ſecundum principale, negando quod vniuerſale non dicatur de primis ſubſtantijs, quę erat prima pars minoris. Ad cuius probationẽ negat quod vniuerſale non ſit ſecunda ſubſtantia, prout de ea loquitur ibi Philoſophus, loquitur enim de ſecunda ſubſtantia pro formali, quæ eſt accidens intentionale, cui per ſe competit dici de. Ponit nunquã ibi Philoſophus duo membra, vnum quod competit per ſe intentionibus ſcilicet, dici de, aliud quod per ſe conuenit accidentib. realibus ſcilicet eſſe in hoc totum declarabitur infra, quæſt. 14. ac alibi. Addit Doctor vnum, quòd ſcilicet, vniuerſale eſt quod communius ad ſecundam ſubſtantiã, quia ſecunda ſubſtantia dicitur vniuerſale applicatum ad aliquid in genere ſubſtantiæ, ſed vniuerſale nedum dicitur de iſto vniuerſali, ſed dicitur quoque de vniuerſali applicato ad aliquid in genere qualitatis, quantitatis, & ad aliquid in alijs generibus Quod ſub alijs verbis, eſt dicere, vniuerſale dici nedum de ſpecieb. & generib. applicatis ſubſtãtiæ, ſed ẽt de generib. & ſpecieb. applicatis, ijs quæ ſunt in alijs prędicamentis. Notandum quod Doctor nõ vult habere, quod quodlibet vniuerſale applicatũ ad aliquid in genere ſubſtantiæ ſit ſecunda ſubſtãtia, nam aliter differẽtia eſſet ſecũda ſubſtãtia, quod nõ eſt verum. Debet igitur intelligi de vniuerſali applicato ad aliquid quod directè eſt in genere ſubſtantiæ. Vel addas huic deſcriptioni particulas, quas ego ſupra appoſui. Pro intelligentia literæ q̃dam ſunt notãda. Et primo pro intellectu illius (Vniuerſale dr̃ de primis) notandum quod

Vl'e p̃di caĩ p̄ ſe de primis ſubſtãtiis. cũ ſecundæ ſubſtantiæ prædicenĩ per ſe de primis, & ipſæ ſecũdæ ſubſtãtiæ ſint per ſe vniuerſale, ideo ſequiĩ per illã regulã anteprædicamenta'ẽ. Qñ alterũ de altero, &c. vniuerſale p̃dicari per ſe de primis ſubſtantiis. Verumtñ non ſequiĩ, ſecũdæ ſubſtãtiæ prædicanĩ per ſe de primis, ergo primę ſubſtantiæ ſunt ſecundæ ſubſtantię, ita non ſequiĩ, vniuerſale dr̃ per ſe de primis ſubſtantiis, ergo primæ ſubſtantię ſunt vniuerſale, quia à prædicatione ſignata ad exercitam non valet conſequentia in eiſdẽ terminis.

Contradictio Scoti. Secundo notandũ, ꝙ vr̃ Doctorem ſibi contradicere, nam hic dicit, Philoſophum ponere illud membrũ. ſ. eſſe in de accidentibus realibus, infra autem, q 31. dicit illud membrum poni de accidentibus intentionalibus, nam eſſe in idem eſt quod prædicatũ non eſſentiale, ſicut dici de, idẽ eſt, q̃d prædicatum eſſentiale. Dico Philoſophum ponere illud membrum ſcilicet eſſe in de accidentibus realibus, & de intentionalib. de realibus tanquam de his, pro quibus intentionalia ſupponunt: de intentionalibus vero tanquam de his quæ ſupponunt, nam accidentia intentionalia ſupponunt perſonaliter pro ſubſtratis. Vel dicas quod Doctor q. 31. & 35. loquitur de eſſe in, de quo Philoſophus in antepræd icamentis cap. 2. hic vero loquitur de eſſe in de quo loquitur Philoſophus in capitulo de ſubſtantia.

Tertiò notandum iſtas propoſitiones eſſe veras, vniuerſale eſt ſecunda ſubſtantia: & ſecunda ſubſtantia eſt vniuerſale, prima tamen eſt indirecta, ſicut & iſta animal eſt

homo: ſecunda verò eſt per ſe vera, vniuerſale enim eſt ſuperius ad ſecundam ſubſtātiam, vt patet in litera. Mauritius dubio tertio tangit quendam alium modum dicendi, qui eſt, quod vniuerſale non eſt ſuperius ad ſecundam ſubſtantiam, ſed magis ſe habet vt determinabile, vel vt determinatio contrahens. & quoniam difficile eſt intelligere quid velit habere vir iſte hoc in loco, ideo declaro quomodo vniuerſale poteſt eſſe determinatio, & determinabile reſpectu ſecundæ ſubſtantiæ. Poteſt eſſe determinatio contrahens, nam ens rationis poteſt cōtrahere & determinare ipſum ens reale, ſicut accidens determinat ſubiectum; cū igitur ſubſtantia tam prima quàm ſecunda poſſint accipi vel tranſcendenter, vel limitatè (vt manifeſtum eſt ex his, quæ habet Doctor. 1. d. 8. q. 3. & d. 26. & in quod. q. 3. Vbi dicit eſſentiam diuinam habere rationem ſubſtantiæ primæ, & ſecundæ; habet equidem rationem ſubſtantiæ primæ, quātum ad hoc, quod eſt eſſe hoc, ſiue ſingulare; non autem quantum ad hoc quod eſt eſſe incommunicabile. Habet etiam rationē ſubſtantiæ ſecundæ quo ad hoc, quòd ipſa eſt cōmunis: non autem quoad hoc, quod eſt eſſe vniuerſale; nam non eſt diuiſibilis nec plurificabilis eſſentia diuina) ideo addēdo vniuerſale ad ſubſtantiam ſecundam, contrahitur ad ſubſtantiam ſecundam limitatam; & ſic vniuerſale eſt determinatio.

Vſe pōt eſſe determinatio & determinabile reſpectu ſecundę ſubſtæ.

Subſta tñ prima q̃ 2. dupliciter.

Eſſentia diuina habet rōnem 1. & 2. ſubſtæ.

Sed ipſe Mauritius tangit inſtantiā, quā non ſoluit: quæ eſt quòd determinatio; & determinabile debent poni ex parte eiuſdē extremi; vt patet dicendo homo albus currit, ly albus eſt determinatio contrahens; ſi autem dico homo eſt albus, ly albus amittit rationem determinationis, quandoquidem homo ponitur à parte ſubiecti, & albus à parte prædicati; cum igitur ſecunda ſubſtantia, & vniuerſale non ponantur à Scoto ex parte eiuſdem extremi: quia dicit ſecunda ſubſtantia dicitur vniuerſale, ideo vniuerſale non ſe habet vt determinatio. Eſt etiam vniuerſale determinabile per ſubſtantiam ſecundam pro ſubſtrato ſumptam; ens enim reale contrahit ens rationis, ſicut ſubiectum ſuum accidens. Hæc dixiſſe volui pro intellectu literæ Mauritij viri acutiſſimi.

Tertio & vltimo arguit Doctor ſic. Vniuerſale cum non ſit ens incauſatum, ſed cauſatum, aut ergo eſt à natura, aut ab intellectu. 3. Arg. prin.

Non à natura, quia quicquid eſt à natura eſt ſingulare, & terminus tranſmutationis, vt patet per Commenta 2. meta. Commen. vltimo.

Nec ab intellectu, quia quod eſt à ſolo intellectu, eſt figmentum, & ex conſequenti non ens, igitur ſi vniuerſale eſt cauſatum a ſolo intellectu, erit figmentum, & non ens.

Reſpondet concedendo vniuerſale eſſe ab intellectu: & cum infertur, ergo eſt figmentum, neganda eſt conſequentia, nam figmento nihil corraccess ſpondet extra, vniuerſali autem correſpōdet aliquid, ſcilicet proprietas, à qua mouetur intellectus ad ipſum cauſandum. Reſp. ad 3. Arg. prin.

Quod oſtendit eſſe verum auctoritate Boetij in expoſitione caſus vbi vult ſpeciē eſſe tenuem ſimilitudinem ſingularium, genus verò magis tenuem ſpecierum. Si ergo ſpecies eſt tenuis ſimilitudo ſingularium, ergo ſpeciei correſpondet aliquid ad extra ſcilicet id cuius eſt ſimilitudo, & ipſius ſimilitudinis fundamentum.

Pro intelligentia quorundam quæ hic dicuntur, quædam ſunt notanda.

Primo quod ſpecies pro ſecunda intentione dicitur ſimilitudo ſingularium, quia deſumitur, ſeu originatur, vel cauſatur ab aliqua realitate ſeu proprietate in qua indiuidua aſſimilantur.

Species quō ſimilitudo ſingulariū.

Species verò pro ſubſtrato dicitur ſimilitudo ſingularium non formaliter ſed fundamentaliter: non enim ſpecies ꝓ ſubſtrato eſt relatio qua indiuidua dicuntur formaliter ſimilia: ſed bene eſt id quo fundamentaliter dicuntur ſimilia.

Species quare tenuis ſimilitudo ſingulariū.

Dicitur verò tenuis ſimilitudo, quia ſingularia non omnino aſſimilantur inter ſe rōne ſpeciei; differunt enim ſeu ſunt diſſimilia ratione differentiæ indiuidualis, quæ eſt alia & alia in alio & alio indiuiduo.

Similiter genus dicitur ſimilitudo ſpecierum, quia eſt id quo fundamentaliter ſpecies inter ſe aſſimilantur.

Genus quare dicitur tenuis ſimilitudo ſpecierum.

Quare autem genus dicatur magis tenuis ſimilitudo ſpecierum, quàm ſpecies indiuiduorum.

Videtur

Contra Maurit. Videtur Mauritius dubio nono maiorem partibilitatem aſſignare pro cauſa, dicit enim illud eſſe magis tenue quod in plura partitur, & ideo cum genus in plura partiatur quam ſpecies, erit ſimilitudo magis tenuis. Sed hæc reſponſio multipliciter deficit. Primo quia non declarat quare ſpecies & genus dicuntur ſimilitudines, illa indiuiduorum, illud ſpecierum. Secundo quia nõ videtur uerum quod pro tanto illa auctoritas Boetij ſit ad propoſitum, pro quanto proprietas correſpondens in quidditate ſpecifica primæ intentionali, ipſi ſpeciei ſecũdę intentionali, eſt minus abſtracta, & à paucioribus, quam proprietas quidditatis generiæ. Nam doctor hic intendit probare per illam auctoritatem Boetij, quod intentioni aliquid correſpondeat ad extra, hoc autem non probatur ex hoc, quod proprietas eſt magis, uel minus abſtracta, imo peteret id quod probandum eſt. Eſt igit ad propoſitum illa auctoritas, quia ſi ſpecies eſt tenuis ſimilitudo ſingularium, & genus tenuis ſpecierum, ergo vtrumque eſt ſimilitudo illa ſingularium, iſtud ſpecierum. Patet conſequentia, nam magis & minus ſunt dictiones diminuentes, non diſtrahentes. Etiam a comparatiuis ad poſitiua ualet cõſequentia. Si igitur vtrumque eſt ſimilitudo, eis correſpondere debent fundamenta, nec non illa quorum ſunt ſimilitudo, ſpecies enim eſt ſimilitudo ſingularium, genus verò diuerſarum naturarum: & ita ex hoc patet intentionibus correſpondere aliquid ad extra. Tertio deficit quia maior ac minor partibilitas, vel non eſt ratio, uel ſaltem, non eſt prima ratio, quare ſpecies & genus dicantur ſimilitudines magis vel minus tenues. Non poteſt eſſe ratio, quia licet genus ſimpliciter in plura partiatur, quam ſpecies: quia partitur in ipſas, ſpecies, ac in indiuidua: non tamen genus partitur in ſpecies, quæ ſint plures, quam indiuidua, in quæ partitur ſpecies; quia ſpecies ſunt finitæ, indiuidua autem infinita. Quamuis ergo ſequatur genus eſſe ſimilitudinem magis tenuem ſingularium, quam ſit ſpecies, quia partitur in ſingularia illius ſpẽi, ac multarũ aliarum ſpecierũ, nec non in ipſas ſpẽs: cum tñ comparatiue, & proportionaliter loquendo non ſit uerũ quod genus in plura partiatur quam ſpẽs, quia comparando genus ad ſpecies, & ſpẽm ad indiuidua, in plura partitur ſpecies q̃ genus; ideo non ſequitur, comparatiuè & proportionaliter loquendo, genus eſſe magis tenuem ſimilitudinem ſpecierum, q̃ ſpẽs indiuiduorum: imo magis ſequitur oppoſitum, quod. ſ. ſpecies ſit ſimilitudo magis tenuis ſingulariũ, q̃ genus indiuiduorum, quia proportionaliter ſpẽs in plura partitur. Nec valet dicere quod ſpecies non partitur in indiuidua, cũ indiuidua capiant totam ſpẽm, ſecus uerò eſt dicendum de genere, ſpẽs. n. partem generis capiunt. Hoc namque nihil eſt, quia Mauritius loquitur de partiri quod cõuenit ſpeciei: ſi enim genus in plura partitur quã ſpecies, ergo partiri conuenit & ſpeciei. Dato etiam quod maior vel minor partibilitas eſſet aliquo modo ratio maioris uel minoris ſimilitudinis in ſpecie, & genere; non tñ eſt prima ratio, quia ulterius poteſt quæri, quare hoc eſt verum, quod ſ. maior uel minor partibilitas ſit cauſa maioris vel minoris ſimilitudinis. Aliter igitur dico, quod cum ſimilitudo fundetur in vnitate, ideo quanto maior erit vnitas aliquorum, q̃ nõ ſunt omnino eadem, tanto maior erit illorum ſimilitudo: cum ergo unitas ſpeciei ſit maior vnitate generis, idcirco ſimilitudo quoque indiuiduorum in ſpẽ erit maior ſimilitudo ſpecierum in genere. Quod autẽ vnitas indiuiduorum in ſpecie, ſit maior vnitate ſpeciciũ in genere, põt oſtẽdi nedũ ex hoc, ꝙ in ſpecie non latent æquiuocatione quemadmodum in genere. 7 phyſic. Sed etiam quia indiuidua minus inter ſe differunt, quam ſpecies; nam ſpẽs differunt quidditatiuè dña facientẽ aliud, cap. de dña, indiuidua vero eiuſdem ſpeciei non differunt quidditatiue, quia ſpecies dicit totam quidditatem indiuiduorum, quam oĩa indiuidua æqualiter includunt. Ex his patet ꝙ illa realitas, ſeu proprietas, a quo ſumitur ſpẽs, dr̃ tenuis ſimilitudo ſingulariũ quia & ſi indiuidua ſm̃ totale eſſe quidditatiuum, non tñ ſecundum totale eſſe ſimpliciter, in ipſa cõueniunt: realitas verò ſeu proprietas a qua ſumitur genus eſt magis tenuis ſimilitudo ſpecierum, quia habet minorem vnitatem, nec dicit totale eſſe quidditatiuum ſpecierum. Sed de hoc quæſtionem quandam feci, in qua exactè iſta omnia declaro.

euaſiõis confutatio. (margin)

auctoris reſpon. (margin)

Secundo

figmēto qūo nihil correſpondet ad extra obiectio diluitur

Secundo notandum, ꝙ quando doctor dicit ſigmento nihil correſpōdere in re extra, loquitur de figmento ea ratione qua eſt figmentum, vnde per ly nihil intendit excludere omnia. Quod ſi obiicias partes correſpondere figmento. Dico hoc non eſſe uerum de figmento, inquantum eſt figmentum, ſeu ea ratione qua eſt figmentū: quandoquidem ratione partium non eſt figmentum, ſed benè ratione vniores earū: cui vnioni nulla penitus poſſibilitas correſpondet a parte rei, & ideo figmentum vt tale nec occaſionaliter, nec materialiter, nec originaliter, nec multo minus effectiuè, eſt ab ipſa re, vel ab eius proprietate.

intētio an cauſetur a ſolo intellectu. eſſe ab aliquo effectiuè quid. eſſe ab aliquo occaſionaliter qd.

Tertio & vltimo notandum, nullum eſſe inconueniens concedere intellectum verè eſſe cauſam efficientem ſecundarum intentionum, vt alias declaraui. An verò intentio a ſolo intellectu, vel etiam a proprietate rei cauſetur? Dico intentionem eſſe ab aliquo, intelligi poſſe tripliciter, ſcilicet aut effectiuè, aut occaſionaliter ſeu originatiuè, aut materialiter. Eſſe ab aliquo per ſe effectiuè, eſt cauſari, & intendi ab illo, nam cauſa per ſe importat cauſalitatem, & intētionem reſpectu effectus, quod enim euenit præter intentionem cauſæ, euenit cauſaliter. Eſſe verò occaſionaliter ab aliquo, nec cauſatiuitatem, nec intentionem ponit in illo; ſed tantum occaſionem; ſicut exempli gratia, ſi quis audierit verba iocoſa ab aliquo non intendente turbare illū, iraſcitur, tunc illa verba (cum de ſe non faciāt talem turbationem, nec cum tali intentione ab illo ſint prolata) dicuntur occaſio illius iræ. Eſſe autem materialiter ab aliquo eſt ſubiectari in illo. Intentio ſecunda eſt a re materialiter, ſubiectatur enim intentio in re, non equidem in re, vt habet eſſe extra intellectum, ſed ut habet eſſe cognitum, vt habet uideri infra q 9. Eſt etiam tantum originaliter ſeu occaſionaliter intentio ab ipſa re, ſeu ab eius proprietate, & non effectiuè: & hoc tenendo obiectum non concurrere cum intellectu, niſi ad cauſandum primum actum, tunc enim dicit tantum origo, ſeu occaſio reſpectu cuiuſcunque alterius actus, ac reſpectu cuiuſcunque quod cauſatur per illos actus. Si verò obiectum concurrat cum intellectu ad cauſandū oēs actus ipſius intellectus, tunc pōt res ipſa dici cauſa effectiua minus principalis ipſius intentionis. Verum tamen eſt quod non loquor de re, ſeu de eius proprietate, ut habet eſſe extra intellectum, nec de ipſa proprietate vt præciſè relucet in ſpecie intelligibili; ſed loquor de ipſa ut habetur eſſe cognitum, vel de notitia incomplexa, in qua relucet illa proprietas; quia tam ſpecies, ꝙ notitia eſt ſimilitudo obiecti, ut alibi habet uideri, Hocque totum maximè eſt verum tenendo intentiones cauſari per actum cōparatiuum, & quod actus comparatiuus effectiuè cauſetur à notitijs incomplexis, ut quidam tenent.

Itētio 2. qūo eſt a re.

QVÆSTIO V. Vniuerſalium.

An vniuerſale ſit per ſe intelligibile?

ORdo huius quæſtionis ad præcedentem patet ex his quæ diximus ſupra, ad ſequentem verò quæſtionem talis eſt ordo, ſeu continuationis ratio. Cum.n.id dicatur prius, ſm vnum modum prioris, a quo nō conuertitur conſequentia, & non conuertatur hæc conſequentia, ſi habet proprietates eſt per ſe intelligibile, ergo ſi eſt per ſe intelligibile habetur proprietates, quia paſſiones entis ſunt per ſe intelligibiles, ut dicit doctor. 1.d.3.q.3. & tamen fortè nullius earum eſt paſſio, quia aliter paſſionis eſſet paſſio, ſic in infinitum procedēdo: ideo eſſe per ſe intelligibile præſupponitur ei, ꝙ eſt habere proprietates, & ex conſequenti in doctrina debet præcedere.

Quotupliciter accipiatur vniuerſale, & quid ſit, patet ex præcedentibus. Quot etiā ſint modi perſeitatis diximus in prima quæſtione. Et hic accipitur per ſe, vt dicit perſeitatem ſecundi modi. Reliquum igitur eſt declarare quid ſit intelligibile. Dico igitur quod licet accipiendo intellectū,

non

intellectum dupliciter.

non pro potentia intellectiua,ſed pro obiecto actu cognito,quodlibet intellectum ſit intelligibile, non tamen quodlibet intelligibile eſt intellectum : & ideo intelligibile & intellectum aliquo modo differunt.Primum patet nam nihil poteſt eſſe actu cognitum ſeu intellectum,niſi ſit intelligibile:quia ſi ei repugnaret intelligi, non eſſet actu cognitum. Secundum etiam patet, nã multa ſunt a nobis intelligibilia , & ſecundum multas rationes , quæ tamen non cognoſcuntur . Vlterius etiam dico quod ſicut aliquid non dicitur propriè intellectũ ex hoc quod mouet potentiam intellectiuam (aliter Deus cauetur intellectionem lapidis in intellectu, diceretur propter hoc actu intelligi à tali intellectu,quod eſt falſum) ita propriè loquendo,nihil dicitur eſſe per ſe intelligibile , ex hoc quod poteſt mouere potentiam intellectiuam,ſed bene ex hoc,quod eius actum poteſt terminare . Intellectum igitur importat obiectum, qđ actu terminat actum intellectus , vt patet a doctore in ſuis Theorematibus:intelligibile verò importat obiectum quod eſt aptum natum terminare actum intellectus.

nihil ꝓprie dr intelligibile, uel intellectũ ex hoc qđ mouet potẽtiã.

Arg. ad oppoſitum.

Vnica ratione probat vniuerſale eſſe per ſe intelligibile, quæ ratio eſt ſatis manifeſta in litera , vnico notato,quod ſcilicet in minori loquitur de obiecto per ſe terminatiuo.

In corpore quęſtionis doctor tria facit, primo ponit deciſionem quæſtionis.Secundo probat id quod dicit eſſe verum . Vltimo declarat quo actu intelligitur vniuerſale. Secundum ibi. Quod patet,&c.Tertium ibi. Hoc enim modo &c.Dicit igitur quod vniuerſale eſt per ſe intelligibile: quod probat tali ratione . Omnis uirtus cognoſcens per ſe differentiam inter aliqua duo,cognoſcit vtrumque extremum ſub propria ratione,ſed intellectus poteſt cognoſcere differentiam inter ſuum obiectum primum , ſcilicet quod quid eſt, & illum modum ſub quo intelligitur, qui modus eſt vniuerſale, ergo intellectus poterit cognoſcere modũ ſiue rationem vniuerſalis per ſe, & ſub propria ratione.Primo probatur minor ſic,intellectus poteſt diſtinguere inter omnia quæ non ſunt eſſentialiter eadem, ſed primum obiectum intellectus.ſ.quod qd eſt , intelligitur ſub ratione vniuerſalis, illa verò ratio non eſt idem eſſentialiter cum illo quod quid eſt,ſed modus eius accidentalis, ergo intellectus poteſt cognoſcere differentiam inter ſuum obiectum primum , & illum modum.Secundo probatur maior per Ariſt.2.de anima in ſumma ſexta, quę incipit a tex.136. ubi proponit dubitationem an detur ſenſus communis , quod probat ex hoc, quòd eſt aliqua virtus quæ iudicat differentias oppoſitas comparando eas ad inuicem, quæ virtus non poteſt eſſe ſenſus particularis . Vnde tex com. 145.ait. Et qa iudicamus etiam album,& dulce, & vnumquodque ſenſibilium comparando ea ad inuicem , per quid igitur ſentimus eſſe diuerſa ? neceſſe eſt quidem vt illud ſit per ſenſum . Et Comment.ait. quod ex iſto ſermone apparet,quod eſt virtus qua viſus iudicat album eſſe aliud a nigro , & eſt alia a virtute viſus,quemadmodum virtus quę iudicat ipſum uidere, videtur alia a uirtute viſibili.hæc ille. Huius rationis ſic erectæ , primo ponitur in litera minor proſyllogiſmi. Secundo ibi. Ergo intellectus &c.ponitur minor ſyllogiſmi. Tertio ibi.Quia poteſt diſtinguere &c.ponitur maior proſyllogiſmi.Quarto ibi.Sed omnis virtus &c.ponitur maior ſyllogiſmi cum ſua probatione.Quinto ibi. Igitur intellectus &c. ponitur concluſio ſillogiſmi. Hic declarare poteris quomodo primum ſubiectum intellectus intelligitur ſub ratione uniuerſalis: uide quæ diximus in ſuperiori quæſtione, Vide etiam queſtionem noſtram quam de hoc edidi.

Ibi illa verò ratio &c. Quòd ratio vniuerſalis non ſit eadem eſſentialiter,primo obiecto intellectus,poteſt ſic probari.Illud diſtinguitur eſſentialiter ab aliquo,qđ non eſt pars conceptus eius primi, ſed vniuerſalitas non eſt pars primi conceptus obiecti motiui intellectus, ſm Scotum. 2.d.3.q.1. ergo uniuerſalitas diſtinguitur eſſentialiter a primo obiecto intellectus. Maior patet , quia oppoſitum prædicati inſert oppoſitũ ſubiecti , quia quod eſt pars, primi conceptus alicuius,eſt idem eſſentialiter illi. Pōt etiam hoc idem probari ſic,quia nullus reſpectus eſt idẽ eſſentialiter abſoluto,ſed uniuerſalitas eſt reſpũs,primũ uerò obiectũ motiuũ noſtri intellectus eſt, quid abſolutũ,ſcilicet quidditas rei ſenſibilis,ergo,&c.

vniuerſalitas diſtinguit̃ eſſentialiter ab obiectio motiuo intellectus.

Ibi.

potētia ponens dr̄iā inter aliquaduo ā cognoſcatvtrū que ſub ꝓpria ratione.

Ibi. Sed omnis virtus &c. Quæro an iſta propoſitio ſit vera, omnis virtus ponens differentiam inter aliqua duo cognoſcit vtrumque ſub propria ratione? Et uidetur quod non, quia cum ſenſus communis ponat differentiam inter album, & dulce, ergo cognoſceret vtrumque ſub propria ratione, & ex conſequenti diſtinctè, quod eſt falſum. Probatur vltima conſequentia, nā ſicut cognoſcere aliquid confuſè, eſt cognoſcere illud prout importatur per nomen, vel in ſuo ſuperiori, ita cognoſcere diſtinctè, eſt cognoſcere, prout importatur per definitionem, ſeu ſub propria ratione.

differentia multipliciter..

Reſpondeo pręmittendo tria dicta. Primum eſt, quod in illa propoſitione accipitur differentia, non præcisè pro differentia faciente aliud, ſed pro qualibet differentia faciente vel aliud. uel alterum, ac etiam pro modo intrinſeco, & ſic accidentia tam propria, quam communia, nec non modi intrinſeci, appellantur differentiæ.

Secundum eſt, quod in illa propoſitione non accipitur ratio præcisè pro definitione, vel pro differentia faciente aliud, ſed vniuerſaliter pro qualibet differentia quæcunque ſit illa.

aliquid pōt dici ꝓpriū alicui dupliciter.

Tertium aliqua differentia, ſeu ratio poteſt dici propria alicui, uel abſolutè, uel comparatiuè: illa dicitur propria abſolutè, quę illi ſoli conuenit, vt eſt de differentia indiuiduali ſortis, quæ illi eſt propria hoc modo. Illa uero dicitur propria comparatiuè, quæ licet in ſe & abſolutè conueniat pluribus, tamen comparando aliquot illorum quibus conuenit, ad aliud cui non cōuenit illa differentia, dicitur propria illi: exemplum erit ſtatim de finitate. Ex his infero ſic intelligendam eſſe illam propoſitionem. Potentia ponens differentiam inter aliqua extrema (quæcunque ſit illa differentia) cognoſcit vtrumque extremum ſub propria ratione, ideſt ſub illa differentia, ſecundum quam ponit differentiam inter illa extrema; quę dicitur propria alteri extremo, quia non conueniet vtrique extremo. Exemplum eſt de intellectu qui ponit dr̄iā inter Deum, & hoīem per infinitatem & finitatem, & iō cognoſcit vtrūq. ſub propria rōne .ſ. Deū ſub rōne infinitatis, & hoīem ſub rōne finitatis, q̄ finitas dr̄ propria hoī, non abſolutè, q̄a cęteris quoq. creaturis cōuenit, ſed cōparatiuè, quia comparando hominē ad Deū, dr̄ ſoli hoī conuenire. ſimiliter intellectus cū ponit dr̄iam inter vniuerſale & ſingulare, & inter duo ſinguliaria, cognoſcit ſingularia ſub propria rōne, ideſt ſub illa dr̄ia ſm q̄ ponit dr̄iam inter illa ſingularia, q̄ non eſt dr̄ia indiuidualis, ſed aliqua accidentia, puta talis ſitus, talis figura, ac cætera hmōi. Similiter dicendū eſt de ſenſu cōi, cognoſcit.n. dr̄ias ſenſibilium, nā dr̄iæ ſenſibiliū ſunt ſenſibiles ſm Philo. 2. de aīa. & ideo cognoſcet illa extrema ſub propria rōne, mō iā expoſito. Et cum infertur ergo cognoſcet diſtinctè, negāda eſt cōſequētia, q̄a non cognoſcit aliquid diſtinctè qđ ſit cōpoſitū meta, niſi cognoſcatur eius dr̄ia faciēs aliud. Aliter ēt dico, ꝙ cognoſcere aliq̄d ſub ꝓpria rōne, ſeu dr̄ia cōtingit dupliciter. Vno modo cognoſcendo habitudinē dr̄iæ in ſuo fūdamēto, alio mō cognoſcendo habitudinē dr̄iæ ſm ſe. Cognoſcere habitudinē dr̄iæ in ſuo fundamēto eſt cognoſcere dr̄iam q̄ pars eſt obiecti cōcepti. Qđ cognoſcit ſub propria dr̄ia primo modo, nō cognoſcitur diſtinctè, & hoc loquendo de dr̄ia faciente aliud. Quod verò cognoſcitur ſub propria dr̄ia primo modo, non cognoſcitur diſtinctè. Cum ergo ſenſus quicquid cognoſcit ſub propria ratione, illud cognoſcat ſub propria ratione primo modo, nec illa ratio ſit differentia faciens aliud, ideo non ſequitur, ſenſum communem cognoſcere diſtinctè extrema, inter quæ ponit differentiam. Et ſi cupis omnia iſta melius intelligere, uide quæſtionē meam quam de hoc feci.

alia expoſitio eiuſdem ꝓpōnis. Cognoſcere aliqd ſub ꝓpria tiōe dupliciter.

Ibi. Hoc enim modo &c. Declarat quomodo intelligitur vniuerſale, & dicit quod intelligatur actu reflexo: reflectendo namque cognoſcit intellectus ſe, & ſui operationem [ſcilicet intellectionem, & intentionem ſecundam, quæ ſunt eius operationes) & modum operandi (qui eſt naturaliter, & neceſſario agere) & cætera quæ ſibi inſunt, ut habitus, actus, & ſpecies.

Pro intellectu eorum quæ ſæpè dicuntur in his vniuerſalibus notandum triplicem eſſe actum intellectus, ſ. rectum, collatiuum, & reflexum. Actus rectus eſt quo intellectus fertur in obiectum extra, abſolutè, & directè. Dico in obiectum extra, quia loquendo de ipſo intellectu,

actus rectus qd

ac de

ac de eo quod eſt aliquo modo in intellectu, vt tale; vel ſit vt cognitum in cognoſcente vel vt actus, vel ut modus operandi, vel vt habitus, vel vt ſpecies, vel vt effectus in cauſa, quemadmodum eſt de ſecundis intentionibus, quæ non ſubiectiuè, ſed obiectiuè, ſeu vt effectus in cauſa, ſunt in intellectu, nullum tale dico actu recto cognoſcitur ab intellectu.

Actus collatiuus qd. Dico abſolutè, ad differentiam actus collatiui. Eſt namque actus collatiuus quo intellectus in diuerſa obiecta cognita, vel in idem obiectum cognitum, per modum iudicij comparatiuè tendit.

Dico per modum iudicij, ad differentiā actus collatiui voluntatis, qui eſt per modum vſus, ordinis, dilectionis, & acceptationis.

Actus reflexus quid. Dico vltimo in deſcriptione actus recti, directè ad differentiam actus reflexi. Eſt namque actus reflexus, quo intellectus tendit in obiectum conuerſiuè: quod obiectū eſt ipſe intellectus, ac quodlibet quod eſt aliquo modo in intellectu, vt tale: & dico notanter vt tale, quia obiectum cognitum, vt cognitum non cognoſcitur niſi actu reflexo. Quid autem ſit cauſa reflexionis ac collationis, de hoc feci quandam quæſtionem, quam videre poteris.

Multa etiam ſcitu digna videbis in quæſtione mea de intelligibilitate, in qua quæſiuè, an intelligibilitas ſit paſſio per ſe primo ac præciſè competens enti reali, ſub ea ratione qua eſt ens? Ibi enim declaraui quo modo intentiones ſunt intelligibiles.

Arguit Doctor pro falſa duabus rationibus. Prima quarum ſic erigatur. Quicquid eſt in intellectu, prius fit in ſenſu, ſed vniuerſale nūquam fuit in ſenſu, ergo nec in intellectu. Doctor dat duas reſponſiones; prima quarum declarata fuit ſupra. quæſt. 3. Secundo dicit maiorem eſſe veram de ſenſibilibus cuiuſmodi non eſt vniuerſale.

Notandum quod ratio formalis quare obiectum, quod eſt per ſe primo ſenſibile, poſſit mouere ſenſum cauſando in ipſum ſpeciem ſenſibilem, & actum ſentiendi, eſt natura ipſius ſenſibilis; nam ſenſibile eſt totalis cauſa ſpeciei ſenſibilis, tam in ſenſu exteriori, quàm in ſenſu interiori, quia fortè nullus datur ſenſus agens: eſt verò cauſa partialis ipſius ſenſationis: ipſum etiam ſenſibile, vt relucet in phantaſmate, vel phātaſma vice eius, cauſat partialiter ſpeciem intelligibilem; & vt relucet in ſpecie intelligibili, uel ſpecies vice eius cauſat intellectionem: igitur natura rei ſenſibilis eſt ratio cauſandi ſpeciem ſenſibilem, ſenſationem, ſpeciem intelligibilem, ac intellectionem. Et ideo dicit Doctor, dictum Ariſt. eſſe verum de eo, quod intelligitur ſecundum naturam ſenſitiuam, id eſt de eo reſpectu cuius natura ſenſitiua eſt ratio ſentiendi, ſicut eſt de ſenſibilibus per ſe primo, cuiuſmodi non eſt vniuerſale. Quòd ſi obijcias probando illud dictum Ariſto. de ſenſu & ſenſato habere veritatem, ne dum de eo qđ motiuè intelligitur, ſeu de eo quod eſt per ſe primo ſenſibile, ſed vniuerſaliter eſſe verum de quodlibet, quod intelligitur. Quia Philoſophus. 3. de anima tex. Com. 30. dicit animam nihil intelligere ſine phātaſmate: quod non videtur verum, niſi quia quicquid intelligitur relucet in phantaſmate, propter quod vult, qđ ſpeculamur ipſum quod quid eſt in phantaſmatibus, ſed nihil relucet in phantaſmate niſi id à quo cauſatur, vt patet ex his quæ habet Scotus. 1. d. 3. q. 6. cauſatur autem ab ipſo ſenſibili, quod eſt in ſenſu exteriori, ac interiori per ſpeciem cauſatam in ipſo, ergo quicquid intelligitur ab intellectu, prius fuit in ſenſu. Item. 3. de anima tex. Com. 30. & 39. Phantaſmata ſe habent ad intellectum, ſicut ſenſibilia ad ſenſum, ſed ſenſus non percipit id quod non eſt ſenſibile, ergo nec intellectus quod non eſt phantaſiabile, ſed quicquid eſt phantaſiabile eſt ſenſibile, ergo qđ non eſt ſenſibile, non eſt intelligibile. Ad primum dico. Philoſophum non ideo velle, quod nihil intelligimus ſine phantaſmate, & quòd intelligimus ipſum quod quid eſt in phantaſmate, quia quodlibet intelligibile reluceat in phantaſmate, ſicut in ratione cognoſcendi ipſi intellectui; quia tūc phantaſma poſſet repræſentare uniuerſale; quod Scotus ubi ſupra probat eſſe falſum. Intentio igitur Ariſto. eſt declarare connexionem eſſe inter potētiam intellectiuam, & phantaſticam quantum ad earum operationes, ita vt intellectus non poſſit operari circa aliqđ intelligibile, niſi phantaſia phātaſiet circa aliqd ſenſibile ſeu phātaſiabile.

Obiecta omnes aliorum

Nō intelligimus ſine phantaſmate quō verum.

Verum

Verum tamen eſt quod quandoque contingit idem eſſe, quod intelligimus & phātaſiamur, vt cum intelligimus ſingulare (Niſi dicas quod intelligimus directe ſingulare vagum, phantaſiamur autem ſingulare ſignatum) Quandoque vero non ſunt idē, vt cum intelligimus vniuerſale, ac ſecundum intentionem, ac alia huiuſmodi, tunc enim phantaſiamur, non illud idem, quod intelligimus: ſed eius ſingulare, vel eius fundamentum, vel aliud huiuſmodi. Aliter poteſt dici Philoſophum vbi ſupra loqui, de eo quod à nobis pro ſtatu iſto intelligitur abſtractiuè, ac primo primitate generationis, quodlibet enim; tale non intelligitē ſine phantaſmatibus, ſeu intelligitur in phantaſmatibus, nō ſicut in ratione cognoſcendi, ſed ſicut in eo quod cauſatur à phātaſmatibus, nam ſpecies intelligibilis cauſatē à phantaſmate, ſine qua ſpecie nullum tale intelligibile abſtractiuè à nobis pro ſtatu iſto cognoſci poteſt. Ad aliud dicit Scotus. 1. d. 3. q. 1: & 4. d. 45. q. 1. illam comparationem Ariſto. intelligendam eſſe quantum ad primam motionem intellectus ab obiecto vt alibi quoque dixi, quæ eſt quo ad receptionem ſpeciei intelligibilis; ſicut enim ſenſibile cauſat ſpeciem ſenſibilem in ſenſum, ita etiam phantaſmata cauſant ſpeciem intelligibilem in intellectum, licet poſtea ſenſibile ſit cauſa totalis ſpeciei ſenſibilis, & phantaſma ſit cauſa partialis ſpeciei intelligibilis.

Phantaſmata ſe hñt ad ĩtellectū, vt ſenſibilia ad ſenſum.

Non autē eſt vera illa comparatio quantum ad ſecundam motionem, nam ſenſibile cauſat ſenſationem ſaltem partialiter, phantaſma autem nec totaliter nec partialiter cauſat intellectionem: niſi mediante ſpecie intelligibili ab ipſo partialiter cauſata: & hinc eſt quod ſenſus non poteſt percipere id quod non eſt ſenſibile; imo ſenſus exterior non poteſt vti ſpecie prius acquiſita ad poſterius operandum, quia non eſt conſeruatiuus ſpeciei prius receptæ, niſi fortè per modicum tempus. Secus verò eſt de intellectu.

Senſus exterior non eſt cōſeruatiuus ſpeciei ſenſibilis.

Arg. 2. principale.

Secundo principaliter ſic. Quicquid eſt intelligibile, præſupponitur ab intellectu ante eius operationem, ſed vniuerſale non præſupponitur ab intellectu ante eius operationem, ergo vniuerſale non eſt intelligibile.

Maior probatur, omnis virtus paſſiua præſupponit ſuum obiectum in actu ante eius operationem, quia ab ipſo capit ſuum actum, quo operatur, ſed intellectus eſt virtus paſſiua. 3. de anima. text. Comment. 5. & inde, ergo, &c.

Minor probatur, nam effectus non præſupponitur à cauſa, quia accipit eſſe per eius operationem, ſed vniuerſale eſt effectus intellectus. per Commen. 1. de anima. Commen. 8. vbi vult, quòd intellectus eſt qui facit vniuerſalitatem in rebus: & 12. meta. Comment. 4. ponendo differentiam inter. Ariſtot. & Platonem dicit. Vniuerſalia apud Ariſto. eſſe collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea conſimilitudinem, & facit ea vnam intentionem: ergo, &c.

Reſp. ad 2. argu. principale.

Reſponſio ad hoc argumentum poteſt dupliciter exponi. Vno modo de vniuerſali primè intentionaliter ſumpto, quod eſt natura vt relucet in ſpecie intelligibili. Et quòd poſſit exponi hoc modo, probo: nam argumentum loquitur de intellectu potentiali vt paſſiuus eſt, non autem recipit aliquid intellectus ab vniuerſali ſecunde intentionaliter ſumpto, ſed bene ab vniuerſali primè intentionaliter ſumpto, quia ab ipſo relucente in ſpecie intelligibili, vel à ſpecie vice eius, recepit intellectionem abſtractiuam, ergo reſponſio (cum debeat correſpondere argumento) intelligēda eſt de vniuerſali primè intentionaliter ſumpto. Nec proteſtatio quam fecit Doctor ſupra, nos cogit ad oppoſitum tenendum, nam illa proteſtatio intelligenda eſt vt in pluribus. Vel tantum in deciſione quæſtionum. Vel vbi aliqua ratio non cogit ad loquendum de vniuerſali primè intentionaliter ſumpto.

Dicit igitur Doctor quod intellectus potentialis eſt virtus paſſiua, & vt talis præſupponit ſuum obiectum, quia ab ipſo partialiter recipit intellectionem, quod equidem obiectum eſt vniuerſale, ideſt natura relucens in ſpecie intelligibili; intellectus verò agens non præſupponit ipſum vniuerſale, tum quia non eſt virtus paſſiua: Tum quia dato etiam quod eſſet uirtus paſſiua, non tamen uniuerſale eſt eius obiectum a quo aliquid recipiat: vniuerſale enim eſt finis intellectus agentis:

ex hoc

ex hoc enim quod cauſat ſpeciem intelligibilem, producit naturam in eſſe repreſentato. Obiectum verò intellectus agentis, non a quo aliquid recipiat, ſed circa quod operatur, & a quo abſtrahit, eſt quod quid eſt inuolutum phantaſmatibus. Obiectum autem quod eſt terminus ſuę actionis eſt ſpecies intelligibilis, ſeu quod quid eſt extractum de potentia ad actum.

Obiectũ intellectus agentis.

Et tunc ad formam argumenti, concedẽda eſt maior de intellectu poſſibili, ut eſt uirtus paſſiua, & neganda eſt minor de vniuerſali, quod comparatur ad intellectum poſſibilem, vt eſt uirtus paſſiua. Nec probatio aliquid valet, quia procedit de ſpecie intelligibili, quæ vocatur vniuerſale in repreſentando, uel procedit de natura ut relucet in ſpecie, quod vniuerſale eſt effectus intellectus agentis, qui cauſat vniuerſalitatem in rebus abſtrahendo ſpeciem intelligibilem. Argumentum igitur non eſt ad propoſitum, quoniam procedit de vniuerſali primę intentionaliter ſumpto, & quęſtio quærit de vniuerſali pro formali. Nec etiam aliquid concludit, vt patet ex dictis.

alia expoſitio literæ.

Poteſt etiam exponi iſta reſponſio de vniuerſali formaliter ſumpto. Et ſic dicit qđ intellectus poſſibilis eſt uirtus paſſiua, & illa præſupponit ſuum obiectum, cum igitur vniuerſale pro formali ſit obiectum, intellectus potentialis, ideo ab ipſo præſupponitur. Notandum quod intellectus poſſibilis, vt comparatur ad vniuerſale ſecunde intentionaliter ſumptum, ſeu pro formali poteſt conſiderari vel inquantum actiuus, vel inquantum paſſiuus. Inquantũ actiuus cauſat ipſum: inquantum verò paſſiuus recipit aliquid ab ipſo, ſcilicet notitiã eius: non equidem ſicut a cauſa efficiente, ſed ſicut a cauſa ſine qua non, quemadmodum ſupra. quæſt 2. diximus intellectionẽ cauſari ab obiecto terminatiuo. Notandũ etiam quod doctor non dicit vniuerſale eſſe effectum intellectus agentis; ſed dicit qđ eſt finis eius; quia non cauſatur ab intellectu agente, ſed ad ipſum terminatur excluſiuè operatio eius. Tunc ad formam argumenti negãda eſt minor de intellectu poſſibili, inquantum eſt paſſiuus a ſecunda intentione. Nec probatio aliquid valet, quia aut procedit de intellectu poſſibili inquantum eſt actiuus: aut intelligitur de intellectu agente, & de vniuerſali primę intentionaliter ſumpto.

intellectusquõ paſſiuus reſpũ ſecũdæ intẽtionis

QVÆSTIO VI.

Vniuerſalium.

Vtrum vniuerſale habeat aliquas proprietates?

ORdo huius quæſtionis ad præcedentes patet ex iam dictis. Ad ſequẽtem verò eſt, quia primo quærendum eſt de aliquo, an habeat conditiones requiſitas ad ſubiectum ſcientiæ, quam an ſit ſubiectum in aliqua ſcientia: inter conditiones autem ſubiecti quas enumerat Philoſophus primo poſter. tex. 43. eſt habere proprietates, ſeu paſſiones: ideo verè doctor prius quærit de vniuerſali, an habeat proprietates, quam an ſit ſubiectum in libro Porphyrii. Vnicus terminus eſt declarandus, cæteri nãque ex ſupra dictis patent. Proprietas ergo ſecundum Ocham. 1. d. 28. q. 1. poteſt accipi tripliciter. Vno modo pro omni eo qđ eſt proprium & intrinſecum alicui: & ſic partes eſſentiales dicuntur proprietates totius, & hæc anima intellectiua dicitur proprietas ſortis.

proprietas tripliciter.

Alio modo pro quolibet adueniente, vel conſequente aliud, cui eſt proprium; & ſic aliquod accidens conſequens ſortem, & proprium ſorti, poteſt dici proprietas ſortis; etiam hoc modo ſimitas dicitur proprietas naſi. Tertio modo pro eo quod eſt prædicabile de aliquo conuertibiliter. Vel ſit negatio neceſſario conſequens aliquod ſubiectum ratione alicuius poſitiui exiſtentis in illo ſubiecto, ſicut ingenitum, & innaſcibilitas ſumpta pro re non producta, nec per productionem communicata, eſt proprietas Patris, ut dicit Ocham, & Biel vbi ſupra. Vel ſit paſſio, vt eſt de riſibilitate. Vel ſit definitio materialis, quæ per formalem demonſtratur, ut patet primo & ſecun-

ſecundo poſter. Hic accipitur proprietas hoc tertio modo, vt ſcilicet ſe extendit ad paſsionem, & ad definitionem materialem.

Arg. ad oppoſitum.

Argumentum ad oppoſitum ſic erigatur. Omnis proprietas quę vniuocè inest aliquibus, ineſt eis per aliquam naturã communem vniuocam eis, cuius primo dicitur eſſe illa proprietas, ſed aliqua proprietas ineſt vniuocè omnibus vniuerſalibus, ergo aliqua proprietas ineſt omnibus vniuerſalibus per aliquam naturam communem vniuocam, cuius primo erit illa proprietas: at illa natura communis non eſt niſi vniuerſale, ergo vniuerſale habet primo aliquas proprietates. Maior patet ex 2. poſter. tex. 22. & circiter, nam ſi paſsio vniuoca, & ſubiectum vniuocum: & hoc maximè ſi ſit paſsio limitata. Minor patet per Porphyrium aſsignantem quaſdam conuenientias omnium quinque vniuerſalium, ex quo manifeſtum eſt quod conueniunt in aliqua proprietate.

Ad hanc quæſtionem reſpondet doctor affirmatiuè, quod probat tali ratione. Cuicunque ineſt aliquid conuertibiliter, pręter ea quæ ponuntur in eius definitione, illud habet tale ſibi inhærens pro paſsione, ſed vniuerſale ineſt aliquid conuertibiliter pręter ea quæ ponuntur in eius definitione, ergo quod ineſt vniuerſali conuertibiliter, & non ponitur in eius definitione, ineſt ſibi vt paſsio. Maior probatur ſupponendo quod quicquid dicitur conuertibiliter de definito, eſt uel definitio, vel deſcriptio, vel differentia vltima, vel paſſio: & id ratione cuius definitio dicitur conuertibiliter de definito, eſt vltima differentia: id verò ratione cuius deſcriptio dicitur conuertibiliter de deſcripto eſt propria paſſio, vt patet dicendo, homo eſt animal riſibile.

Tunc ſic arguit probando maiorem: Definitio definiens ſufficienter indicat eſſentiã definiti, ergo ſi aliquid ineſt conuertibiliter definito præter poſita in eius definitione, illud ineſt ſibi vt paſſio: extendendo nomen paſſionis ad deſcriptionem, & ad definitionem materialem. Conſequentia patet, quia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis, ſi enim aliquid ineſſet conuertibiliter definito, pręter poſita in eius definitione, & illud non eſſet paſſio, igitur eſſet vltima differentia, quia quodlibet conuertibile cum definito poſitum in definitione, eſt vel paſſio, vel vltima differentia, igitur ſi illud conuertibile non eſſet paſſio, eſſet differentia vltima: & ex conſequenti, definitio in qua non poneretur illud tale conuertibile, non indicaret ſufficienter eſſentiam definiti. Minor probatur, quia ſi definitio vniuerſalis vera eſt quæ ponitur primo Perih. cap. 5. Scilicet prædicari de pluribus, tunc conuertibile præter eſſentiam (ideſt paſſio] vniuerſalis erit illud, quod ponitur primo poſter. tex. 25. & 2. poſter. in fine, ſcilicet eſſe vnum in multis & de multis. Et è conuerſo eſt dicendum, ſi enim illud poſitum primo ac 2. poſter. ſit definitio bona & vera, iſtud poſitum primo Periher. erit proprium.

Et ita alterutrum (ideſt hoc vel illud) per definitionem vniuerſalis de vniuerſali demonſtratiuè poteſt concludi: & ita ſciri. Huius rationis ſic diſpoſitæ, in litera primo ponitur probatio maioris, ac ipſa maior. Deinde ponitur minor, cum ſua probatione. ſecundum ibi. Et ſic ineſt aliquid, &cæt.

quæ verior definitio vniuerſalis, an q̃ ponitur 1 Perih. an quæ ponitur 1. poſte.

Hic eſt difficultas, quæ nam harum rationum, verius poteſt dici definitio; aut ſcilicet quę ponitur primo Perihe. aut quæ ponitur primo Poſter. Ad quam poteſt dici, quòd neutra illarum eſt verè definitio, conſtans ex genere & differentia: & hoc ſi eſſe vnum in multis, & eſſe prædicabile de multis ſunt paſſiones vniuerſalis: de quo in ſequentibus erit ſermo. Poteſt etiam dici quòd vtraque eſt definitio circumlocutiue, quoniam per vtramque circumloquimur vniuerſalis veram definitionem. Poteſt etiam dici quod vtraque eſt definitio, verior tamẽ & formalior eſt quæ ponitur primo Perih. eſt enim verior, quia illa vtitur Porphy in definitione omnium vniuerſalium: eſt etiam formalior, quia illa quę ponitur primo Poſter habet rationem poſterioris, ac definitionis materialis. Vel aliter & melius dicamus quòd illa vniuerſalis ratio quæ ponitur primo Periher. eſt vere definitio: illa verò quæ ponitur primo poſter. eſt deſcriptio in qua ponuntur duæ paſſiones vniuerſalis, quæ ſunt eſſe vnum in multis, & eſſe vnum de multis: ſicut ſi quis diceret, homo eſt riſibilis, & diſciplina-

ſciplinabilis. Pro cuius dilucidatione, ac pro argumentorum quæ contra hoc fieri poſſunt, ſolutione, quatuor ſunt notanda. Primo quod ſecundum Philoſo. & Com. 4. phy. tex. com. 31. & 1. de anima tex. com. 11. ac alibi definitio debet reddere cauſam omnium accidentium (ideſt paſſionum) inexiſtentium definito. Dicit enim Philoſophus ubi ſupra. Quare ſecundum quaſcunque definitiones non contingit accidentia cognoſcere, ſed neque de ipſis imaginari facile, manifeſtum eſt quod dialecticæ dictæ ſunt, & uane omnes. Vbi Comment. ait q̃ definitio non reddens cauſam, non dicitur definitio niſi æquiuoce: aut quia in ea collocatur aliquid falſum, aut quia componitur ex cauſis remotis & accidentalibus.

Diffinitio dēt reddere cauſam omnium accidētiū inexiſtētium de finito.

Et notandum Commen. 4. phy. dicere, iſtam eſſe regulam deſtruentem, non uerificantem definitiones. Vnde ſequitur, hæc ratio non reddit cauſam accidentium, ergo non eſt definitio. Non tamen ſequitur, hoc reddit cauſam accidentium, ergo eſt definitio, nam demõſtratio reddit cauſam accidentium, nec tamen eſt definitio.

Secundo notandum quod dici de, ſeu prædicari, conuenit per ſe primo uniuerſali, ſicut animal homini; eſſe uerò unum de multis conuenit uniuerſali per ſe ſecundo modo.

Nec eſt ſimile de prædicari, & de eſſe vnum, nam prędicari ſe habet vt genus vniuerſalis, & diuiditur per prædicari de multis, & de vno ſolo, tanquam per ea per quæ circumloquimur proprias eius differentias diuiſiuas: ſed eſſe vnum de multis eſt paſſio uniuerſalis, conſequens eius naturam. Similiter licet eſſe in, conueniat per accidens ſecundis intentionibus, ut infra q. 14. habet videri; tamē eſſe unum in multis conuenit per ſe ſecundo modo vniuerſali. Vnde vniuerſale poteſt conſiderari, aut ſecundum eſſe materiale, & ſic ſibi conuenit eſſe vnum in multis: aut ſecundum eſſe quidditatiuum, & ſic ſibi conuenit eſſe vnũ de multis: aut ſecundum eſſe intelligibile, & comparatum, & ſic conuenit ſibi eſſe vnum præter multa; & hoc eſt verum, nedũ de uniuerſali pro ſubſtrato, ſed etiam de vniuerſali pro formali ſumpto.

Eſſe vnũ de multis ē paſſio uniuerſalis.

Eſſe unũ in multis ē paſſio vniuerſalis.

Vniuerſale quotupliciter pt dic unũ.

Tertio notandum quod prædicari de multis, & eſſe unum in multis, non ſe habent ſicut eſſe accidentis in ſubiecto, & prędicari accidentis de ſubiecto, nam accidens prius intelligit̃ eſſe in ſubiecto, q̃ pdicet̃ de illo, & ideo prædicari, ſeu denominare intrinſece, accidentis de ſubiecto ſequitur ad eſſe accidentis in ſubiecto. Prædicari autem de multis præcedit eſſe unum in multis in ipſis intentionibus: ſicut rationalitas præcedit riſibilitatem, & vniuerſaliter principiũ formale, ſeu ratio formalis præcedit ſuum effectum.

Quarto notandum quod ſicut per rõnale, quod videtur ſignificare aptitudinem ad ratiocinandum, circumloquimur differentiam vltimam hoīs, ita etiam per eſſe aptum natum prædicari de plurib. circumloquimur genus vniuerſalis, quia per talia nomina ſæpe circumloquimur dñas, uel genera.

Et ex hoc patet uniuerſale non definiri primo Perihe. per aliquam aptitudinem, quæ ſit paſſio. Vel aliter dicas quantum ad hoc, quod ly aptum natum, poſitum in definitione uniuerſalis non denotat ly prædicari, accipiendum eſſe pro quadam aptitudine, quia non debet conſtrui cum ipſo prędicari in ſe capto, quaſi oſtendat prædicari importare quandam aptitudinem, ſed debet conſtrui cum prædicari capto in ordine ad ly pluribus, ita ut oſtendat naturam, ſeu habitudinem ipſius prædicari ad ly pluribus, quod eſt terminus vniuerſalis. Et tũc ſenſus definitionis vniuerſalis eſt. Vniuerſale eſt quædam ſecunda intentio, de cuius eſſentia eſt prędicari de pluribus, cuius prædicari natura ac habitudo ad illa multa, nõ eſt talis, quod neceſſario requirantur multa in actu, ad quæ vniuerſale referatur, ſed eſt talis, quòd ad multa in actu poteſt referri, ſeu multa eſſe poſſunt ad quæ vniuerſale referatur, ſed de hoc magis infra q. 18.

Defõnis uniuerſalis ſubtiliſſ. declaratio.

Ex his manifeſtum eſt quid dicendum ſit ad hoc dubium. Cum enim definitio reddat cauſam definiti ex primo notabili, & eſſe unum in multis, & de multis non reddat cauſam ipſius prædicari de multis; imo potius oppoſitum contingat, ſicut patet ex ſecundo, & tertio notatis: ideo illa quæ ponitur primo Periher. ſcilicet prædicari de pluribus, erit vera definitio vniuerſalis.

Arg. 1. princip.

Quatuor rationibus argumentatur pro altera parte, prima quarum ſic erigatur Si

vniuerſale haberet aliquod proprium,illud eſſet aut uniuerſale,aut ſingulare,ſed neutrum horum eſt dicendum,ergo vniuerſale non habet aliquod proprium. Maior patet ex ſufficienti diuiſione.Nec inſtantia de paſſionibus entis aliquid ualet,quia paſſiones illimitati ſunt communes, ſicut etiam illimitatum ſubiectum eſt commune,ut patet de ente,ac de eius paſſionibus,nam nec paſſiones entis, nec ens eſt uniuerſale, ſed tantum commune. Vniuerſale autem, ac eius proprium eſt limitatum, & ideo erit vel uniuerſale,uel ſingulare. Minor probatur quo ad utramque partem. Et primo ꝙ non ſit ſingulare; nam ſingulare non conuertitur cum vniuerſali, cum non ſint æqualis ambitus, ſed proprium conuertitur cum eo cuius eſt proprium,ergo proprium vniuerſalis non eſt ſingulare. Secundo quod non ſit vniuerſale,quia ſi proprium vniuerſalis eſt uniuerſale,igitur proprium vniuerſalis non eſt aliud ab eo cuius ponitur ꝓprium, quod tamen eſt falſum, quia tunc indicaret eſſentiam vniuerſalis, at nullum proprium indicat eſſentiam eius cuius eſt proprium,per Philoſophum 1.Top.cap.4. ergo &c.

Reſp.ad 2.argū. princip.

Doctor reſpondendo huic argumento, tria facit.Primo reſpondet. Deinde obijcit. Vltimo ſoluit. Reſponſio eſt, negando ſecundam partem minoris, ſcilicet proprium vniuerſalis non eſſe uniuerſale. Ad cuius probationem dicendum conſequentiā nullam eſſe,quia proprium uniuerſalis non eſt uniuerſale quidditatiuè & eſſentialiter, ſed tantum denominatiuè,& accidentaliter: & ideo eſt aliud ab ipſo uniuerſali, nec indicat eſſentiam eius. In litera doctor primo negat minoris ſecundam partem, ſub his uerbis.Dico quod paſſio ipſius uniuerſalis (ponatur quod ſit a.) a eſt uniuerſale.

Notandum doctorem appellare paſſionem uniuerſalis. a. breuitatis cā: aut quia non determinauit quæ nam illarum rationum ſit paſſio.Notandum etiam quod negatio deſtruitur addendo aliam negationē, uel ponēdo affirmationem ſibi oppoſitā. ut ſi quis dicat a.non eſſe uniuerſale, deſtruitur dicendo nequaquam a. non eſſe uniuerſale,aut dicendo a.eſt uniuerſale.

lrā opponitur

Ibi.Non ꝙ ſit eſſentialiter &c.Reſpōdet doctor ad probationem ſecundæ partis minoris. Et primo excludit intellectum falſū quem poſſet habere iſta propoſitio a.eſt uniuerſale. Deinde ponit intellectum uerū. Dicit igitur primo excludendo intellectū falſum. Non ꝙ ſit eſſentialiter idem ſuo ſubiecto. Notandum ꝙ hæc litera pōt exponi, uel de ſubiecto huius propoſitionis a. eſt uniuerſale, & tunc ſenſus eſt a. nō eſt uniuerſale,ſic quod uniuerſale ſit idem eſſentialiter ipſi a. quia ſubiectum non eſt idem eſſentialiter ſuæ paſſioni. Vel poteſt exponi de ſubiecto ipſius a. quod eſt vniuerſale;& tunc ſenſus eſt a. non eſt uniuerſale:quaſi ipſum a. ſit de eſſentia uniuerſalis, quia proprium non eſt de eſſentia eius cuius eſt proprium.

Ibi.Sed ꝙ uniuerſale, &c. ponit intellectum uerum,& dicit.Quod iō illa propoſitio eſt uera,quia uniuerſale applicatur ipſi a. ut modus eius ſub quo intelligitur, & ita erit prædicatio denominatiua accidentalis,& non eſſentialis,dicendo a.eſt uniuerſale.Et ideo non ſequitur, proprium uniuerſalis non eſſe aliud ab eo cuius ponitur proprium.Duo ſunt notanda. Primo identitatem eſſentialem dupliciter accipi poſſe. Vno modo pro identitate qua aliqua identificantur uni eſſentiæ ſingulari, & ſic inter identitatem eſſentialem, & realem non eſt differentia, preterquam in diuinis; ubi perſonæ ſunt eædem eſſentialiter, non tamen ſunt eædem realiter perſonaliter. In creaturis autem non reperitur inſtantia. Alio modo pro identitate qua aliqua dicūtur eſſe de eſſentia alicuius,ſeu concurrere intrinſecè ad eſſentiam alicuius conſtituendam.Doctor in litera non loquitur de idētitate eſſentiali primo modo, quia ſubiectū hoc modo eſt idem eſſentialiter paſſioni,& è conuerſo; cum ab illa non diſtinguatur realiter. Sed loquitur de identitate eſſentiali ſecundo modo,quoniam paſſio eſt extra intellectum ſubiecti,& è conuerſo.

idētitas eſſentialis dup.

paſſio qūo eadem eſſentialiter ſubiecto.

Secundo notandum p̄dicationem denominatiuam capi dupliciter,ſ.impropriè, & propriè.Impropriè eſt qn̄ denominatiuum ſeu concretum formæ prædicatur de toto conſtituto,ꝙ eſt unum per ſe; q̄ appellatur p̄dicatio denoīatiua eſſentialis. Vt cū dico hoīem eſſe aīatum,hoīem eſſe rōnalem;homo.n.eſt uerū ꝑ ſe,& conſtituit phyſicè ex aīa,& corpore,& metaph. cōponit ex aīali

p̄dicatio denominatiua quotuplex.

&

& rõnali;modo concretum animæ eſt animatum,& concretum rationalitatis eſt rationale,quæ concreta dicuntur denominatiuè eſſentialiter de homine. Prædicatio denominatiua propriè ſumpta,eſt cũ concretum formæ prędicaẽ de aliquo, in cuius cõceptu nõ includiẽ. Et hæc eſt duplex,q̃dã ꝑ ſe,q̃dã ꝑ accidens. Per ſe eſt duplex,q̃dã eſt per ſe ſecundo mõ: q̃ eſt cũ in ſubiecto neceſſario includiẽ ratio formalis neceſſariæ inhærentiæ denominantis ad ſubiectum;vt eſt dicendo homo eſt riſibilis Quędam eſt per ſe,quarto modo. quæ eſt quando in ſubiecto neceſſario non includitur ratio formalis neceſſariæ inhęrentiæ prædicati ad ſubiectum, vt cum dicimus voluntatem velle. Denominatiua per accidẽs eſt duplex, quædam intrinſeca, quædam extrinſeca. Intrinſeca eſt quando denominans eſt in denominato per accidens,&nullo modo ꝑ ſe. Et hæc ſubdiuidi poteſt:nam quædam eſt in qua denominatiuum importat formam ex qua cum ſubiecto fit vnum per ſe;vt dicendo corpus eſt animatũ, animal eſt rationale:nam ex anima & corpore, ex animali, & rationali fit vnum per ſe;nec aĩa de corpore,nec rõnale de aĩali ꝑ̄dicatur in aliquo modo dicendi per ſe.

Quædam uerò eſt in qua denominatiuum importat formam ex qua cum ſubiecto fit vnum per accidens,ut eſt dicẽdo,hõ eſt albus. Et de hoc loquitur doctor hoc in loco. Prædicatio denominatiua extrinſeca, eſt cum denominatiuum non eſt in ſubiecto denominato,vt eſt dicendo,lapis eſt uiſus,non enim uiſio eſt in lapide,ſed in oculo. Ibi. Contra ſubiectum,&c. Obijcit doctor contra illam reſponſionem, oſtendendo illam prædicationem non eſſe denominatiuam,& ſic diſponaẽ ratio. Nullum obiectum ꝑ̄dicatur denominatiuè de accidẽte, nec dr̃ modus eius,ſed vniuerſale eſt ſubiectum ſuæ paſſionis q̃ vocatur a. ergo vniuerſale non dr̃ modus ſuæ paſſionis,nec de ipſa prædicatur denominatiuè Reſpondet ꝙ vniuerſale,& quęlibet ſecunda intentio, põt ſumi vt quid,& vt modus. Si ſumatur vt quid,maior vniuerſaliter eſt vera,ſi aũt ſubiectũ ſumatur vt modus,minor eſt vniuerſaliter falſa;& ita iõ non cõcludit. Pro intellectu huius literę tria prænotabo, ex quibus declarabo quid eſt accipere aliquid vt quid,& ut modum.

Deinde proponam quandam difficultatẽ circa literã doctoris. Primo notandum ꝙ quidditas rei eſt entitas rei,& iõ qđ nõ eſt entitas rei, & eſt in ipſa re, eſt quid additum: Vnde ſola entitas, ſeu quidditas dr̃ quid: quod aũt eſt additum rei, dicitur eius modus. Quod manifeſtè hr̃ a Philoſ. 1. Top. c. 7. vbi habet hæc uerba. Manifeſtum eſt autẽ ex eiſdem, quoniam quod quid eſt ſignificans,qñque quidem ſubſtãtiam ſignificat, qñque aũt quale,quandoque verò aliquod aliorum prædicamentorum, nam quando poſito hoĩe dixerit,quod poſitum eſt hominem eſſe,vel animal;& quid eſt dicit, & ſignificat ſubſtantiam: qñ colore albo poſito dixerit,quod poſitum eſt album eſſe,vel colorem,quid eſt dicit,& quale ſignificat: ſimiliter autem de alijs prędicamentis eſt dicendum;quando aũt de alio, nõ quid eſt ſignificat,ſed quantum,aut quale, aut aliquod aliorum prædicamentorũ. Et Auer. 7 met. com. 11. ait. Cum in eo ſit data quidditas,quod eſt eſſe illius rei, & non eſt in eo ens additum ſuo enti. *quidditas rei quid ſit* *qdditas eſt rõ cognoſcendi.*

Secundo notandum quod quidditas eſt ratio cognoſcendi,ut ſumitur a Philoſoph. 9. meta. tex. com. 20. & 7. met. text. com. 20. ac alibi. Vnde communiter dr̃ vnumquodque cognoſci inquantum eſt quid: ex quo ſequitur ꝙ quotieſcunque aliquid accipitur vt eſt illud quod intelligitur, accipiẽ vt quid. Tertio notandũ tres eſſe modos. ſ. modum eſſendi,modũ intelligendi, & modũ ſignificãdi. Quãtitas qualitas,ac cętera accidentia,ſub quibus res exiſtit,dicuntur modi eſſẽdi. Modi intelligẽdi ſunt modi logicales ſub quib. aliquid intelligitur,ut eſt de vniuerſali,ac ſingulari. Modi ſignificandi ſunt modi grãmaticales, de quib. inf. q 16. *modus rei triplex.*

Ex his patet ꝙ accipere aliquid ut quid, eſt accipere illud ſm ſuam quidditatem, eſſentiam,naturam, ſeu entitatem in ſe: ſeu eſt accipere illud vt eſt id qđ intelligitur: accipere aũt aliquid ut modum, eſt accipere illud ut eſt determinatio, ſeu modus alterius,& hoc vel eſſendi, uel intelligendi, vel ſignificandi. vt cum intelligo hominẽ ſub ſpẽ,tunc ſpẽs eſt modus intelligendi. Et notandum ꝙ qñ dicimus intentionem ſecundã poſſe eſſe modũ intelligendi ſui ipſius;non eſt imaginãdũ,ꝙ eadem met.(in- *accipere ut quid & vt modum.*

tentio numero) ſit illa quę intelligitur, & ſub qua intelligatur, quaſi eadē intētio numero ſit modus ſui ipſius; ſed eſt intelligēdū eandem intentionē ſpecie eſſe modum ſui ipſius: q̄a cū dico, ſpēs eſt ſpēs; tūc ſpēs, quæ accipitur vt modus, & ponitur a parte prædicati, non eſt illa eadem numero q̄ ponitur a parte ſubiecti, quæ accipitur vt quid, quia idem numero non pōt applicari ſibi ipſi vt additum, quilibet aūt modus eſt quid additum.

Mauritii error. Et ex hoc patet error Mauritii dicentis dubio ſecundo, quod cum dr̄ vniuerſale eſt vniuerſale, ſpēs eſt ſpēs, vbi a parte ſubiecti ſumitur vt quid, & a parte prædicati ut modus, prædicatum et ſubiectum diſtingui ſola rōne, quaſi idem numero poſſit eſſe modus intelligendi ſui ipſius.

Subiectū an poſſit pdicari denominatiuè de accidēte. Ex litera Scoti inſurgit dubium, an ſubiectum poſſit prædicari denoīatiuè de accidente: Et vr̄ q̄ ſic quia iſta eſt uera, albū eſt homo, ſed non eſt quidditatiua, nec eſſentialis, nec identica, ergo denominatiua. Item conuerſio eſt paſſio propoſitionis, ſaltem categoricæ, ergo categorica denominatiua, qualis eſt iſta homo eſt albus, conuertitur in categoricam denoīatiuam, qualis eſt iſta, album eſt homo. Item vniuerſale eſt ſubiectum ſuæ paſſionis, & tn̄ cum accipit vt modus, pōt prædicari denominatiuè de ſua paſſione, vt dicit doctor hic. Ad oppoſitum eſt quia, ſicut prædicatio per ſe non conuertitur in prędicationem per ſe, ita denominatiua, in denominatiuam conuertitur, cuius tn̄ oppoſitum eſſet dicendum, ſi ſubiectū denominatiuè prædicaretur de accidente.

Ad primum dico, quod iſta eſt vera, album eſt homo, non autem eſt denominatiua. Ad eius probationem dico, quod quælibet prædicatio in qua prædicatur id quod natum eſt prędicari, & ſubiicitur id quod natum eſt ſubiici, eſt vel quidditatiua, uel eſſentialis, uel identica, uel denominatiua, cum igitur homo non ſit natum pdicari de albo, nec album ſubiici reſpū hoīs, ideo pdicatio hoīs de albo, nulla illarū quatuor erit: ſed potius eſt accidentalis per accidens.

Conuerſio dup. Ad aliud dico conuerſionem capi dupliciter, uno modo ut attribuitur terminis, qui de ſe inuicē uerè, affirmatiuè, & vniuerſaliter pdicantur, q̄ ,ppriō noīe uocatur conuertibilitas. Quę qn̄que ,puenit ex completa idētitate formali, & totali: qualis eſt defōnis cū definito: qn̄q. aūt ex vltima actualitate, & ex forma ſpecifica: qualis eſt vltimæ differentię cū ſpecie: qn̄q. ex identitate reali, & neceſſaria inhærentia, qualis eſt paſſionis cū ſuo proprio ſubiecto. Alio mō capitur ut attribuitur p̄ propoſitionibus; q̄ eſt duarum propoſitionum categoricarū utroq. termino partecipantiū ordine è conuerſo, vnius ad alteram formalis conſequētia. Et ſubdiuiditur in conuerſionem ſimplicem, per accidens, & per contrapoſitionem, de quib. in paruis logicalibus. Ex his ſequitur qđ iſta propoſitio oīs homo eſt albus, conuertatur in iſtā, aliqđ album eſt homo, quia ſeqtur oīs homo eſt albus, ergo aliquod album eſt homo, vniuerſalis.n. affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam ex primo Priorum. cap. 2. cum tn̄ non ſit eadē pdicatio conuertentis, i. conſequentis, & conuerſi, i. accidentis: iō non ſequitur q̄ ſi in conuerſa ſit pdicatio denoīatiua, q̄ ſimiliter ſit in conuertente.

Conuerſio terminorū qd, & quotup.

Conuerſio propōnum quid & quotup.

Ad tertium dico, q̄ vniuerſale pdicatur denoīatiuè de ſua paſſione nō inq̄tum eſt eius ſubiectū, ſed inquātū eſt in ſua paſſione ſubiectiuè. Vnde ſciendū q̄ intellectus poſtq̄ cauſauit ſecundā intentionē, pōt ipſam, ac eius paſſionē intelligere actu reflexo, & deinde cōparando illā intētionē, uel ad ſe ipſam, vel ad aliam, pōt cāre, ſeu derelinquere aliam intentionem in priori intētione, ſub qua poſtea logicè intellr̄ prior intentio. Exēplum intellectus comparando ſpēm ſpāliſſimam in cōi ad hāc ſpēm applicatam hoī, & ad illam applicatā leoni, q̄ tm̄ differunt numero, derelinquit quandā intentionē ſpēi, in ipſa ſpē ſpāliſſima ſic in communi conſiderata, ſub qua poſtea logicè intelligitur; quæ intentio ſpeciei applicata, non eſt eadem re cum illa cui applicatur, quia ſpecies in communi non eſt ſingularis, ſpecies autem quæ applicat̄ ſpeciei in ſingulari, differens tantum numero a ſpecie applicata homini ac leoni.

Subtilis ſpeculatio.

Aliud exemplum eſt de paſſione uniuerſalis, quę uocatur a. ſi enim a. comparetur ad quinque uniuerſalia de quibus prędicatur (ſicut enim riſibile dicitur de omnibus de quibus dicitur homo, ita & a.

dicitur,

dicitur de omnibus de quibus dicitur vniuerſale) ſic applicatur ſibi vniuerſale, non equidem illud idem cuius primo dicitur paſſio, quia illud non eſt vnum numero & ſingulare, cum abſtrahat ab hoc, & ab illo vniuerſali, ſed applicatur ſibi hoc vniuerſale, quod eſt quoddam ſingulare.

Mauritii error. Ex his patet falſum eſſe id quod dicit Mauritius dubio 2. vbi vult quod dicendo vniuerſale eſt vniuerſale, ſpecies eſt ſpēs (accipiendo uniuerſale ac ſpeciem a parte ſubiecti ut quid, & a parte prædicati vt modus) diſtinguantur ſola ratione prędicatū, & ſubiectum. Quia aut diſtinguuntur realiter, vt cum dico genus eſt ſpecies; aut diſtinguuntur formaliter, ſeu ſaltem ex natura rei, vt cum dico ſpecies eſt ſpecies, quia ſpecies in communi poteſt prędicari de hac ſpecie particulari ſibi applicata ſi conſideret ut quid: ſuperius autem diſtinguuntur formaliter, vel ex natura rei a ſuo inferiori, & non ſola ratione.

2. argū. princip. Secundo principaliter arguitur ſic. Si vniuerſale haberet aliquam paſſionem, illa eſſet proprium, conſequens falſum, igitur & antecedens. Conſequentia patet per locum a definitione ad definitum, quia quælibet paſſio ineſt omni ſoli, & ſemper: ergo quælibet paſſio eſt proprium. Falſitas conſequētis probatur, quia ponere paſſionem vniuerſalis eſſe proprium, ſeu contineri ſub proprio, eſt ponere paſſionem vniuerſalis non eſſe eius paſſionem. Probatur paſſio vniuerſalis conuertitur cum vniuerſali, quælibet enim paſſio conuerſim prædicatur de eo cuius eſt primo, ſed nec propriū, nec quod continetur ſub proprio conuertitur cum vniuerſali, quia nec ſpecies, nec contentum ſub ſpecie conuertitur cum genere, ergo ſi paſſio uniuerſalis eſſet proprium, ſeu contineretur ſub proprio, non eſſet paſſio vniuerſalis.

Reſp. ad 2. argū. princip. Reſponſio eſt quod conſequens poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quòd paſſio uniuerſalis ſit proprium quidditatiuè, quod denotetur ſi acciperetur proprium vt quid. Alio modo ꝙ ſit proprium denominatiuè, quod denotatur accipiendo proprium vt modus. Primo modo conſequens eſt falſum, & ſic procedit probatio eius. Secundo modo conſequens eſt uerum, & probatio eius nullius eſt ualoris, quia non eſt inconueniens aliquid conuerti cum genere, & denominari a ſpecie, & maxime in intentionibus. Nota illud dictum doctoris. Paſſio uniuerſalis non continetur ſub proprio. Intelligendum eſſe quidditatiue, & non denominatiue.

3. argū. princip. Tertio principaliter arguitur ſic. Si uniuerſale haberet aliquam paſſionem, vniuerſale eſſet ſubiectum accidentis, ſed uniuerſale non poteſt eſſe ſubiectum accidentis, ergo nec poteſt habere aliquam paſſionem. Maior patet, quia cum paſſio non habeat nobilius eſſe ſuo ſubiecto, & uniuerſale ſit accidens, igitur ſi uniuerſale haberet paſſionem aliquam, eſſet ſubiectum accidentis.

Minor probatur, nā nullum accidens poteſt eſſe ſubiectum accidentis per Philoſophum. 4. meta. tex. com. 4 ubi ait. Accidens enim non eſt accidenti accidens, niſi quia vtrumque eidem accidit.

Reſp. ad 3. princ. Reſponſio eſt negando minorem. Ad eius probationem dicendum, quòd procedit de ſubiecto ultimato, & de tali loquitur Philoſ. 4. meta. Pro intellectu literæ tria ſūt notanda: primo quod duplex eſt dependentia accidentis ad ſubiectum, quædam actualis, quædam aptitudinalis. Vnum accidēs poteſt eſſe primum, ſeu ultimum ſubiectū alterius accidentis, vltimatè terminans eius dependentiam actualem: ut eſt de quantitate in ſacramento altaris. Quod poſtea non eſt uerum de dependentia aptitudinali; nam ſubiectum, ultimate terminans dependentiam aptitudinalem accidentis, eſt ſola ſubſtātiā, & nō accñs. Secundo notandum ſubſiſtere eſſe æquiuocū ad ꝓ ſe eſſe (& hic accipio ꝓ ſe eſſe, ut idē eſſe ꝙ nō inhærere alteri actualiter, uel aptitudinaliter) & ad icōicabiliter ꝓ ſe eſſe. Primo mō Aug. loqͣ̄ de ſubſiſtere. 7. de trin. c. 4. cū ait. Oīs res ad ſe ſubſiſtit, ꝙ̄to magis Deus. Secūdo mō dr̄ ſubſiſtēs, quod eſt incōicabiliter exiſtentis ut quo et ut quod. Quęlibet ſubſtantia ſubſiſtit primo modo. Nec eſt inſtantia de forma ſubſtantiali, qa licet ſit in materia non tamen alteri inhæret. Ex hoc patet, quod licet aliquod accidens non inhæreat alicui actualiter, vt eſt de quantitate in ſacramento altaris: Cum tamen inhęreat ſubſtantiæ aptitudinaliter, ideo non erit ens per ſe, ſeu ſubſiſtens. Vltimo notandum

[margin: depēdētia accidētis ad ſubiectū duplex. accidēs quō pōt eſſe ultimū ſubiectum accñtis. ſubſiſtere quotupliciter.]

Irenæi Bial.

dum quod ſuppoſitare, in propoſito, idem eſt quod ſuſtentificare. Ex his patet litera Scoti. Alias reſponſiones ad hanc eandem Ariſt. auctoritatem habes a doctore in 4.d.12. q.2. ſoluendo ſecundum principale; quas ponit Mauritius hic dubio 3.

attributio accidētis ad accñs ñ eſt eſſentialis.

Aliam reſponſionem poſſumus habere a Commen. 4. met. com. 14. dicente. Accidens non eſſe ſubiectum accidentis, ad qđ accidens habeat eſſentialem attributionē, attributio enim accidentis ad accidens non eſt eſſentialis. Et ſi obijcias de æqualitate, & ſimilitudine, ac de alijs huiuſmodi relationibus quæ eſſentialiter dependent ad accidens. Dico ſecundum Scotum vbi ſup. quod relatio poteſt conſiderari vel vt accidens, vel vt relatio, primo modo nō habet eſſentialem attributionem, vel dependentiā ad accidens.

4. argū. princip.

Quarto argumentatur ſic. Quod eſt minus ens ente rationis eſt nihil, quia illud eſt minus ens minimo ente, ſed vniuerſale eſt ens rationis, & ſi habet paſſionem illa erit minus ens ipſo vniuerſali, ergo ſi vniuerſale habet paſſionem illa erit nihil. Minor patet, nam paſſio, & vniuerſaliter qđlibet inhærens, eſt minus ens ſuo ſubiecto.

Reſp. ad 4. princ.

Reſponſio eſt concedendo maiorem de eo quod eſt minus ens quolibet ente rationis, conſiderato ſecundum omnem eius gradum. Modo licet paſſio vniuerſalis ſit minus ens ipſo vniuerſali, quod eſt ens rationis, non tamen eſt minus ens quolibet rationis, conſiderato ſecūdum omnes eius gradus: dantur enim gradus in ente rationis, ſicut in ente reali. Vnde ſicut non ualet, quod eſt minus ens ente reali eſt ens rationis, vel nihil, ſed riſibilitas eſt minus ens ipſo homine, qui eſt ens reale, ergo riſibilitas eſt ens rationis, vel nihil. Ita nec ſequitur in propoſito, paſſionem vniuerſalis eſſe nihil, quia licet illud comparatiuum minus diſtribuat ſuum cauſale, ſcilicet ens reale, vel ens rationis, pro quolibet ente vel reali, vel rationis, non tamen diſtribuit illud pro quolibet gradu entis, vel realis, vel rationis. Pro intelligentia literæ duo ſunt notanda. Primo ens rationis capi tripliciter. ſ. ſubiectiuè, vt ſpecies, actus, & habitus. Obiectiuè, vt quod obijcitur intellectui, & pro ente cauſato per actum collatiuum intellectus.

Ens rōnis quo tupliciter.

Quando doctor dicit, modum intelligēdi eſſe in vno gradu, & ens intelligibile in alio, non loquitur de ente intelligibili, qđ eſt præciſè ens rationis obiectiuè. Sed loquitur de ente rationis cauſato ab intellectu, ut eſt illud quod intelligitur: ſeu capto vt quid, quod idem eſt. Ens rationis vt eſt id quod intelligitur, ſeu captum vt qd, eſt ꝑfectius ente rationis capto ut modus: imo idem ens rationis ſumptum vt quid poteſt dici perfectius (ſaltem accidentaliter) ſe ipſo ſumpto vt modus. Et ſi obijcias, quia tunc paſſio vniuerſalis eſſet perfectior ipſo vniuerſali, quod eſt modus eius. Poteſt dici quod paſſio vniuerſalis vt cognita eſt perfectior ipſo uniuerſali ut modus cognoſcendi; uide quæ dixi ſuper primam quæſtionem de vniuerſali, quod ſ. vt cognitus poteſt poni finis ſcientię. Secundo notandum aliquod ens poſſe dici minus ens alio, aut quia eſt imperfectius in entitate, aut quia poſterius origine, ſeu natura, uel conſequentia, & tunc gradus qui eſt inter talia entia, eſt gradus prioritatis. Loquendo de eo quod eſt minus ens, primo modo, pono duas concluſiones. Prima eſt, ꝙ paſſio entis non eſt minus ens ſuo ſubiecto. Probo paſſio entis, & ens conuertuntur, ſed ens de ſe nec eſt quantū, nec non q̄tum, ergo nec paſſio eius erit de ſe quanta, uel non quanta, igitur paſſio entis non eſt minus ens, ſeu imperfectior ſuo ſubiecto, ſ. ipſo ente, quia aliter paſſio entis, & ens eſſent quanta. Secunda cōcluſio eſt, quod quælibet paſſio entis quanti eſt minus ens, ſeu imperfectior ſuo ſubiecto ſicut ſatis patet. Loquendo verò de eo quod eſt minus ens ſecundo modo. Dico quod quælibet paſſio eſt minus ens ſuo ſubiecto, quia quælibet eſt poſterior ſubiecto natura, origine, ac conſequentia. Et hoc modo paſſio entis poteſt dici minus ens ipſo ente. Paſſio autem vniuerſalis poteſt dici minus ens ipſo vniuerſali utroque modo.

vnū ens pōt dici min' ēs alio dupliciter.

paſſio ētis nō non eſt min' ēs ſuo ſubiecto.

paſſio entis, ac cuiuslibet alteri', quō eſt minus ens ſuo ſubiecto.

QVÆS. VII. & VIII.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum vniuerſale ſit ipſius libri Porphyrij ſubiectum. Iuxta hoc quæritur. An vniuerſale ſit vniuocum ad hæc quinque?

QVoniam Philoſophus primo poſter. text. 43. ponit tres conditiones ſubiecti ſcientiæ, ſcilicet habere principia, partes, ac paſſiones. & Scotus. q.3. vniuerſaliū & in reportatis ponit quaſdam alias conditiones ipſius ſubiecti, de quibus multa diximus ſupra q. 3. & in noſtra quæſtione de virtuali continentia ſubiecti: Et cum de quibuſdam illarum conditionum ſubiecti ſit ſpecialis difficultas, an conueniant vniuerſali, ideo doctor quædam ſpecialia dubia proponit. (de ordine harū qōnum) Difficultas enim erat de prima conditione ſubiecti, quæ poſita fuit ſupra. q. 3 & in reportatis: an ſcilicet vniuerſale habeat conceptum quidditatiuum, ſeu an de ipſo præcognoſcatur quia eſt. Et iō propter hoc doctor quæſiuit an vniuerſale ſit ens. Et quia nihil eſt ens, niſi ſit intelligibile, idcirco ſecundo loco quæſiuit de intelligibilitate vniuerſalis. Erat quoque difficultas de tertia conditione, quam ponit Philoſophus, quæ eſt habere paſſiones: & de prima quam ponit Scotus ſup. quæſt 3. ſcilicet, an de vniuerſali poſſit præcognoſci quid eſt: & ideo doctor quærebat, an vniuerſale habeat aliquas proprietates, ex qua quæſtione clarum eſt ipſum vniuerſale, habere definitionem. Eſt etiam difficultas de ſecunda conditione, quam ponit Philoſo. ſ. an vniuerſale habeat partes, idcirco quærit doctor, an quinque vniuerſalia ſint partes ſubiectiuæ vniuerſalis, ita ut vniuerſale ſit uniuocum ad ipſa. Ex his patet ordo, ac continuatio harum quęſtionū. Nec non quare prius, reſpondet ad octauam, quam ad ſeptimam: nam prius determinandum eſt de conditionibus ſubiecti, de quibus eſt ſpecialis difficultas, an. ſ. vniuerſale habeat illas, quam determinetur de ipſo vniuerſali, an ſit ſubiectum in hoc libro. Ordo harum qōnum ad ſequentes pandeē in ſequenti qōne. Hic eſt difficultas, quare doctor dicit, uiſum fuiſſe quòd uniuerſale eſt definibile, cum tñ de hoc qōnem, non formauit: Et quare mentionem non facit de intelligibilitate vniuerſalis, cum tamen hoc uiſum ſit: Poteſt dici aut quòd eſt error in litera, quia legendum eſt, nō definibile, ſed intelligibile. (difficultatis dilutio.) Aut dicendum, ꝙ licet doctor de definitione vniuerſalis non formauerit quæſtionem: tamen q. 4. & 5 dictum eſt; vniuerſale habere definitionem, ex quo poſtea ſequitur ipſum vniuerſale eſſe per ſe intelligibile, & ideo doctor breuitatis cauſa fecit mētionem de uno, & tacet de reliquo, quod ſequitur ex eo, de quo facit mentionem.

Vnius terminus eſt declarandus, ſ. uniuocum, reliqui enim ex ſupra dictis patent. (vniuocum dupliciter.) Pro quo notandum, ꝙ vniuocum quandoq. accipit ut diſtinguitur contra vniuocè prędicari, qñq ut eſt commune ad eſſe p̄dicatum vniuocum, & ad vniuocè prædicari. Vniuocum primo modo, eſt cum nomē vniuocans importat conceptum vnum ex natura rei, communem omnibus de quibus dicitur ſecundum illud nomen, non incluſum tamen in intellectu eorum de quibus dr̄, ſm tale nomen denominatiuum. Et hoc modo album eſt uniuocum ad lapidem, ad lignum, & ad alia alba de quibus dicit̄. (vniuocè p̄dicari quid.) Vniuocè uerò prædicari, eſt cum nomē vniuocans importat conceptum vnum ex natura rei, communem oībus de quibus dicitur ſecūdum illud nomen, incluſum in intellectu eorum, de quibus dicitur ſecundū tale nomen. Et hoc modo animal de animalibus, & homo de hominibus vniuoci prædicatur. Vniuocum ſecundo modo, eſt cum nomen vniuocans, importat conceptum vnum ex natura rei, communem ad ea de quibus dicitur ſecundum illud nomen, incluſum, aut non incluſum, in ratione ſubiecti.

æquiuo cũ quotuplici ter.

Et per oppoſitum dicatur de æquiuoco; quod poteſt accipi, vel vt tantum importat nomen commune, & nullo modo aliquem vnum conceptum communem ſecundum illud nomen. Vel vt importat nomen commune, non tamen cõceptum vnum incluſum in intellectu aliquorũ de quibus dicit ſecundum tale nomen. Ex his ſequitur ꝙ inter vniuocum tertio modo, & æquiuocum primo modo non datur medium: quia inter contradictoria non datur medium: ibi autem eſt contradictio, vt patet. Ex his vlterius ſequitur, analogũ nõ mediate inter æquiuocum, & vniuocũ, ſed ſtat cum vtroque illorum, vt alibi habet videri. Notandum vlterius quod prędicari vniuocè cõtingit tripliciter, ſ. phyſicè, logicè, & metaphyſicè. Prędicari vniuocè phyſicè eſt prædicari de vniuocatis ſecundum idem nomen commune, importans vnam naturam uniuocatis communem, ac in ipſis eſſentialiter incluſam. Et ita ad prædicari vniuocè phyſicè requiritur vnitas naturæ. Ad æquiuocationem verò oppoſitam huic vniuocationi ſufficit, nomini non corrñdere vnitatem, ſed diuerſitatem naturarum: propter quod vult Phil. 7. phy. ꝙ in genere latent multæ æquiuocationes: & hoc modo animal non prædicatur vniuocè, ſed ęquiuocè de homine. vide Scot. q. 7. prædi. & 15. Elen. Prædicari vniuocè logicè, eſt pdicari de vniuocatis ſecundum idem nomen, ac eundem conceptum vniuocatis cõmunem, ac in ipſis eſſentialiter incluſum, cui conceptui poſſit attribui aliqua ſecunda intentio, denotans eius modum prædicandi. Ad ęquiuocationem verò huic vniuocationi oppoſitam ſufficit, ꝙ conceptui importato per nomen non poſſit attribui, aliqua ſecunda intentio, ſeu aliquod vniuerſalium, quod denotare poſſit eius modum prædicandi. Et hoc modo ens, & cætera tranſcendentia ſunt æquiuoca, quia ipſis nullum vniuerſale attribui poteſt, ut alibi habet videri. Prædicari vniuocè metaph. eſt prędicari de vniuocatis ſecundum idem nomen, ac eundem conceptum limitatum, vel illimitatum, incluſum in intellectu vniuocatorum. Ad æquiuocationẽ uerò, huic vniuocationi oppoſitam, requiritur diuerſitas cõceptuum. Et hoc modo ens commune enti reali, & enti rõnis eſt æquiuocum, quia nullus vnus conceptus eſt cõmunis enti reali, ac enti rationis, vt alibi habet videri. Ens autem reale eſt vniuocũ Deo, & creaturis. Cum quęrit doctor. An vniuerſale ſit uniuocum ad hæc quinque: loquitur de vniuocatione logica.

inter vniuocũ, & ęquocum nõ daẽ medium.

pdicari vniuocè quotupliciter.

pdicari vniuocè ac æquocè phyſicè quid.

pdicari vniuocè & æquiuocè logicè qd.

pdicari vniuocè & æquiuocè metaph. qd.

Arguit ad oppoſitum pro ſeptima quæſtione unica ratione, quæ ſic poteſt diſponi, quęlibet ſcientia quæ eſt vna, habet vnũ ſubiectum. ſed hæc ſcientia eſt una, igitur habet vnum ſubiectum, at hæc quinque non ſunt vnum, niſi ſecundum quod conueniunt in uno communi, quod erit primum ſubiectum, ſicut etiam homo, & aſinus non dicuntur vnum animal, niſi ſecũdum quod conueniunt in animali: illud autem commune eſt vniuerſale, ergo vniuerſale eſt primum ſubiectum libri Porphyrij. Arg. ad oppoſitum 7. q.

Pro octaua quæſtione arguit ſic ad oppoſitum. Quicquid prędicatur ſm idem nomen, ac eandem rationem limitatam, in cluſamque in intellectu ſubiecti, prædicatur vniuocè, ſed vniuerſale eſt huiuſmodi reſpectu horum quinque vniuerſalium, ergo vniuerſale de his quinque vniuocè prędicatur. Arg. ad oppoſitũ pro 8. q.

Minor patet: nam ratio vniuerſalis, quæ eſt eſſe aptum natum dici de pluribus, includitur in ratione horum quinque vniuerſalium, ſicut clarum eſt inducendo in ſingulorum rationibus.

Doctor prius proponit quæſtionem ſeptimam, quam octauam, quia prius quęrẽdum eſt de ſubiecto ſcientię, quam de vnitate, quam ſcientia habet a ſubiecto, quoniam unitas extrinſeca ſcientiæ declaratur ex vnitate ſubiecti: qualis enim eſt unitas ſubiecti reſpectu eorũ quæ conſiderãtur in ſcientia, talis quoque eſt unitas ſcientiæ: vnde ſi ignoratur quod nam ſit ſubiectum in ſcientia, ignorabitur quoque vnitas ſubiecti, ac ſcientiæ: prius igitur inquirendum eſt de ſubiecto, quam de eius vnitate. ordo harũ duarũ qõnũ

Prius autem reſpondet ad octauam quæſtionem, vt declaret vniuerſale non eſſe ęquiuocum, de æquiuocis enim non eſt ſcientia.

Diuerſis igitur ex cauſis prius proponitur ſeptima, & deinde ſoluitur prius octaua quęſtio.

Corpus quæſtionis octauæ in duas ſecatur. Corpus q. 8.

tatur partes, ſcilicet in litigioſam, & deciſiuam. Secunda ibi. Propter hoc &c. Prima pars ſubdiuiditur in duas. Primo ponit reſponſionem Albertiſtarum ad ambas has quæſtiones. Deinde impugnat illas. Secunda ibi Contra hoc, &c.

Analogata q. d. Ibi. Ad iſtam quæſtionem &c Notandum ſecundum Aucrroiſtas & Albertiſtas, quod analogum mediat inter vniuocum, & æquiuocum. Dicit enim Auer. diſput. 7. in ſolutione vltimi dubii, quod analogata includuntur vno nomine, non incluſione rerum vniuocarum, nec incluſione rerum æquiuocarum, ſed incluſione rerum relatarum ad aliud, quæ dicũtur ſecundum prius

Alber. reſpon. ad q. 8. & poſterius. Hoc ſuppoſito dicunt Albertiſtæ: vniuerſale non eſſe æquiuocum, nec vniuocum, ſed analogum ad hæc quinque. Quod probant tali ratione, quod dicitur per prius de vno, & per poſterius de alio, eſt analogum; ſed vniuerſale dicitur per prius de genere, per poſterius verò de aliis vniuerſalibus, ergo, &c.

Minor patet: genus enim eſt vniuerſalius quàm ſpecies, vel differentia, cum prædicetur de pluribus: Ibi vt patet per tertiam, &c. Notandum quod illa ratio de qua Doctor hic loquitur ponitur ante oppoſitum arguendo, & eſt ſecunda ratio quæ adducitur contra reſponſionem ibidem poſitam, quæ dicitur tertia ratio, numerando omnes rationes quæ ibidem ponuntur; & ponitur ibi. Item genus non prædicatur, &c.

Alber. reſpon. ad q. 7. Ibi. Et ſecundum hoc &c. Reſpondẽtur Albertiſtæ ad ſeptimam. quæſt. dicentes vniuerſale non eſſe hic ſubiectum, ſed quinque vniuer ſalia.

Et quoniam contra ipſos adduci poteſt ratio ad oppoſitum, q. 7. Ideo reſpondent dicentes, quod iſta ſcientia eſt vna, propter vnitatem primi, ad quod omnia alia attribuuntur, quod eſt genus.

Dicit enim, Auer. vbi ſupra, quòd proprietas rerum analogatarum eſt, vt deueniant ad primum in illo genere, quod eſt cauſa prima omnibus, quibus imponitur nomen analogum.

Ibi. Contra hoc &c. Doctor impugnat has reſponſiones, contra quas adducit tres rationes.

Primo arguit contra reſponſionem ad quæſtionem octauam.

Secundo arguit contra reſponſionem ad ſeptimam.

Tertio oſtendit rationem cui innititur reſponſio ad 8. q. nullam eſſe. In prima ratione Doctor intendit probare, quòd analogia, quæ eſt inter vniuerſalia, non impedit quin vniuerſale ſit vniuocum: & ita intendit impugnare iſtam conſequentiã vniuerſale eſt analogum, ergo non eſt vniuocum, & ratio ſic erigatur. Si analogia, quæ eſt inter vniuerſalia, impediret vniuocationem vniuerſalis, ergo nullum genus eſſet vniuocum. Conſequens falſum, ergo & antecedens: igitur logicè loquendo, vniuerſale poterit eſſe genus iſtorum quinq; licet genus aliquo modo ſit perfectius aliis vniuerſalibus. Conſequentia probatur quia inter ſpecies cuiuslibet generis eſt analogia nam in omni genere eſt aliqua ſpecies quæ perfectius participat naturam generis, quã alia: propter hoc enim dicitur. 7. phy. text. Com. 31. quòd in genere latent æquiuocationes: & 10. met. tex. Com. 2. dicitur, in vnoquoq; genere eſſe vnum primum, quod eſt metrum & menſura omnium aliorum: & 8. met. tex. Com. 10. dicitur, quod ſpecies ſe habent ſicut numeri. Ergo ſi analogia ſpecierum impedit vniuocationẽ generis, nullum genus erit vniuocum. Falſitas conſequentis probatur, nam propter vnitatem rationis logicus ponit genus eſſe vniuocũ, ſed in quolibet genere, reſpectu ſuarũ ſpecierum, eſt vnitas rationis, ergo quodlibet genus reſpectu ſuarũ ſpecierũ, eſt vniuocũ logicè loquendo. Circa hãc literã duo notã da, ac duo dubia occurrunt. Primũ notandũ eſt, ꝙ analogũ non mediat inter vniuocũ & æquiuocũ, vt Albertiſtæ ſupponunt. Quod dupliciter probatᷓ. Primo quia aliter nullum genus eſſet vniuocum, cum quodlibet ſit analogum, vt ex ſupra dictis patet Secundo quia inter idem & diuerſum, vnũ & multa non datur medium, aliter daretur medium inter contradictoria, ſed quæcunque ſignificantur per idem nomen, concipiunt ab intellectu, aut per vnã rationẽ, & ſic ſunt vniuoca, aut per diuerſas rationes, & ſic ſunt æquiuoca, ergo inter vniuocũ, & æquiuocũ nõ mediat analogũ. Secundo notandũ ꝙ nec vl'e, nec aliquod genus eſt analogũ ſecũdũ logicũ. Probo ſupponẽdo, qđ aliqua vox põt dici analoga tripliciter.

Contra reſpon. Alber. ad 8. q.

Analogia non impedit vniuocationem.

Analogũ non mediat inter vniuocũ, & æquiuocum.

Nec vl'e nec aliqđ genus eſt analogũ ſm logicum.

Vox põt dici analoga tripliciter.

Primo quia quantum eſt ex parte ſui ſignificat vnum per prius, & reliquum per poſterius.

Secundo quia primò ſignificat aliquam rationem exiſtentem in diuerſis ſecundum ordinem quendam, vt eſt de hoc nomine cauſa, & principium, & de multis alijs, quę diſtinguuntur 5. meta.

Tertio quia vox propriè imponitur vni, & propter aliquam ſimilitudinem ad illud cui imponitur, transfertur ad ſignificandum aliud: vt eſt de hoc nomine ridere, & de alijs, ſecundum quæ fit paralogiſmus in ſecundo modo fallaciæ æquiuocationis. Hoc ſuppoſito dico, quòd nulla vox quantum eſt ex ſe ſignificat vnum per prius & aliud per poſterius, vt oſtendit Scotus. q. 15. Elench. ergo nullum genus, nec vox aliqua eſt analoga primo modo.

Quō nulla vox eſt analoga.

Obiectionis dilutio.

Quod ſi obijcias, quia ſignificare ſequitur intelligere, igitur eorum quæ ſignificantur per eandem vocem, illud per prius ſignificatur, quod prius intelligitur, ergo vox quantū ex ſe ſignificat vnū per prius, aliud per poſterius. Dico quod licet ſignificare ſequatur intelligere, non tamen ſequitur ipſum intelligere neceſſario, nec ſecundum conſimilem ordinem, ſed ſequitur ipſum ſicut ſuam cauſam ſine qua nō.

Significare quō ſequit̃ intelligere.

Primum patet quia intelligens non neceſſario imponit nomen, ei quod intelligit.

Secundum patet; quia cum intellectus non neceſſario imponat nomen, ei quod intelligit, poteſt prius imponere nomen, ei, quod poſterius tempore, vel natura, intelligit.

Tertium etiam patet, quia non poteſt aliquid ſignificari niſi intelligatur. Ex his clarum eſt nullam eſſe conſequentiam, nō eſt & neceſſe aliqua ſignificari ſecundum ordinem, ſecundum quem intelliguntur. Nec etiam vniuerſale, vel aliquod genus poteſt dici analogum logicè ſecundo modo. Probo analogia ſecundo modo non accipitur ex eo quòd res ipſę cadunt ſub ratione, quia ſic non eſt prioritas, neque poſterioritas cum ratio generis æquè immediatè inſit omnibus ſpeciebus, ſed accipitur ex habitudine rei ad rem; modo logicus non conſiderat res ſecundum habitudinem, quæ ineſt eis ex natura rei, ergo ſecundum logicum nihil eſt analogum ſecundo modo.

Analogia vnd̃ accipit.

Nec etiam vniuerſale aut genus aliquod poteſt dici analogum tertio modo, quia licet forte logicus concedat aliquid eſſe analogum hoc tertio modo; non tamen dicet genus eſſe hoc modo analogum, quoniam genus non eſt æquiuocum, talis enim analogia ſtat cum æquiuocatione. Nec vniuerſale eſt analogum hoc modo, quia non ſignificat genus ex impoſitione, & alia vniuerſalia per ſimilitudinem. Ex his vlterius ſequitur ens non eſſe analogum ſecundum logicum.

Logicus quō concedat analogiā.

Ens nō eſt analogum ſecundū logicū.

Primum dubium quod circa literā occurrit eſt. Vtrum verum ſit, quod in omni genere ſit aliqua ſpecies, quæ perfectius participet naturam generis, quàm alia, vt dicitur hic in litera? Videtur quod non, nam homo, inquantum eſt animal, nō eſt perfectior aſino, cum æquè conueniant in animali, ergo, &c.

In oī genere an ſit aliqua ſpēs q̄ perfectiꝰ participet naturā generis q̄ alia?

Item Doctor dicit, q. 4. prædicam. quod ſpecies in participando rationem generis, non habent ordinem, quia æquè primo, omnes participant naturam generis, nam genus æquè immediatè prædicatur de ſpeciebus condiuidentibus ipſum, ergo in nullo genere datur aliqua vna ſpecies perfectius participans naturam generis, quàm alia. Ad oppoſitum eſt, quia cum non inueniantur duæ ſpecies entium, æqualiter diſtantes a primo ente; nam ſecundum Philoſophum primo de cœlo tex. Comm. 100. Communicatum eſt eſſe & viuere omnibus, his quidem clarius, his vero obſcurius. Et Auerr. 2. de cœlo. Commento. 64. dicit, quod diſtantiæ entium ſunt valde diuerſæ in hoc. Et 8. met. tex Commen. 10. ſpecies ſe habent ſicut numeri, at numeri non diſtant æqualiter ab vnitate. Et. 7. phy. In genere latent æquiuocationes. Ideo poſſumus dicere, quod natura generis poteſt accipi dupliciter, vno modo pro natura generis in ſe, alio modo pro differentia diuidente genus, quæ ideo dicitur natura generis, quoniam ſumitur à genere per diuiſionē. Loquendo de natura generis primo modo ſumpta, dicendum, quòd nulla datur ſpecies quæ perfectius participet naturam generis, quam alia, nam ſpecies in participando naturam, ſeu rationem generis, in ſe

Natura generis dupliciter.

Dña quō pōt vocari natura generis.

nullum

nullum habent ordinem. Si autem ſit ſermo de natura generis ſecundo modo ſumpta, ſic dicendum quod in vno quoque genere eſt aliqua ſpecies, quæ perfectius participat naturam generis, quam alia, nam differentiæ, quas ſpecies ſumunt à genere per ipſius diuiſionem, non ſunt æqualis perfectionis. Per hoc patet quid dicendum ſit ad rationes ante oppoſitum.

Participare naturā generis q d

Aliter reſpondeo & dico quòd cum participare naturam generis ſit naturam generis in ſe recipere, ideo vnam ſpeciem perfectius participare naturam generis, quàm alia erit vnam ſpeciem in ſe perfectius recipere naturam generis, quàm alia: & cum hoc tripliciter poſſit intelligi, idcirco vnam ſpeciem perfectius participare naturam generis, alia ſpecie, poterit tripliciter intelligi.

Vnam ſpeciem pfectius partici-pare naturā generis alia ſpecie pōt intelligi tripliciter.

Nam vno modo poteſt intelligi, quòd vna ſpecies in ſe recipiat perfectiorem naturam, ſeu quidditatem generis quàm alias ſpecies, & propter hoc, quod perfectius participet naturam generis. Et talis ſenſus eſt falſus, vt patet per Porphy. cap. de differentia, cum ait. Eſſe autem vnicuique vnum & idem, neque intenſionem, neque remiſſionem ſuſcipiens eſt: ideſt quidditas in ſe non ſuſcipit magis, neque minus, & ideo non poteſt eſſe perfectior in vna, & imperfectior in alia ſpecie. Alio modo poteſt intelligi, quod perfectius, ideſt immediatius, vna ſpecies in ſe recipiat naturam generis, quàm alia. Et talis ſenſus adhuc eſt falſus nam genus æquè immediatè prædicatur de ſpeciebus condiuidentibus ipſum, vt ait Doctor in prædicam. vbi ſupra.

Tertio modo poteſt intelligi: quod vna ſpecies perfectius in ſe recipiat, ideſt perfectiori modo, ſeu per perfectiorem differentiam recipiat in ſe naturam generis, quam alia ſpecies. Et hoc modo verum eſt, quòd in vnoquoque genere eſt vna ſpecies, quæ perfectius participat, ideſt per perfectiorem differentiam in ſe recipit, naturam generis, quàm alia ſpecies. Et per hæc patet ad rationes ante oppoſitum, & ad contradictionem, quæ videtur eſſe in dictis Scoti.

Dubiū literale.

Secundum dubium eſt, quare Doctor dixit genus eſſe aliquo modo perfectius alijs vniuerſalibus; & non dixit abſolutè, ipſum eſſe perfectius alijs vniuerſalibus? Mauritius exponēdo literam, ac difficultate quin

Genus an ſit p ſectius alis uniuerſalibus.

ta ait, Doctorem addidiſſe ly quodammodo, quia genus non eſt perfectius poſitiuè, vel intenſiuè, ſed tantum extenſiuè ac permiſſiuè aliis vniuerſalibus.

Contra Mauritium.

Contra quod eſt permiſſiuè perfectius aliquibus, eſt ſuperius ad illa, vel ſe habet vt materia reſpectu illorum, ſed genus nec ſe habet vt materia, nec eſt ſuperius ad alia vniuerſalia, ſunt enim ſpecies diſparatæ vniuerſalis, ergo genus non eſt permiſſiuè perfectius aliis vniuerſalibus, igitur Doctor nō propter hoc addidit ly quodammodo.

Item ſi vna ſpecies dicitur perfectior alia extenſiuè, hoc erit comparando illam ſpeciem ad aliàs ſpecies, in ordine ad ſua inferiora, & non in ordine ad genus illarū ſpecierum, ſed Doctor cum dicit genus eſſe aliquo modo perfectius alijs vniuerſalibus non comparat genus ad alia vniuerſalia, quantum ad inferiora ipſorum, ſed quantum ad ordinem, qui eſt inter ipſa vniuerſalia in participando ipſum vniuerſale, quod eſt genus eorum; ergo Doctor non dixit genus eſſe quodammodo perfectius, quia ſit extenſiuè perfectius, alijs vniuerſalibus. Maior probatur nam vna ſpecies dicitur perfectior alia extenſiuè, aut quia ſe extendit ad plura; aut quia ſe extendit ad inferiora perfectiora, & ita ſemper comparatur ad ſua inferiora, & non ad ſuperius. Minor probatur nam eo modo vult genus eſſe perfectius alijs vniuerſalibus, quo dixit quod in omni genere eſt aliqua ſpecies, quę perfectius participat naturam generis, quā alia, ſed ibi non comparat ſpecies ad ſua inferiora, ergo nec quando dicit, genus eſſe perfectius aliis vniuerſalibus, comparat ipſa quinque vniuerſalia ad propria inferiora de quibus dicuntur, ſcilicet genus ad hoc & ad illud genus, & ſpeciem ad hanc & ad illam ſpeciem, & ſic de alijs. Dico igitur Doctorem addidiſſe ly quodāmodo, quia genus non dicitur perfectius aliis vniuerſalibus, quia perfectiorem quidditatem vniuerſalis in ſe recipiat, nec quia ſibi immediatius inſit vniuerſale, ſed quia differentia per quam vniuerſale deſcendit in genus, eſt perfectior aliis differentiis condiuidentibus ipſum vniuerſale, & ita genus poſitiue ac intenſiuè eſt perfectius aliis vniuerſalibus, de hoc etiam infra in fine huius quæſtionis.

Ibi.

Ibi. Item quoad ſolutionem &c Impugnat reſponſionem Albertiſtarum ad. q.7. Dicunt enim, quod nec æquiuocum nec analogum poteſt eſſe ſubiectum in aliqua ſcientia, & ideo cum vniuerſale ſit analogum ad hæc quinque vniuerſalia, non erit ſubiectum huius libri, vnde dicunt ſubiectum eius adæquatum eſſe quinque vniuerſalia, non tamen à ſubiecto adæquato ſcientia habet vnitatem, ſed à parte principali, quę in propoſito eſt genus.

Contra reſpon. Alber. ad q.7.

Contra hoc argumentatur Doctor, oſtēdendo, genus non eſſe primum ſubiectum, ad quod alia vniuerſalia habeant attributionem, & ſic erigatur ratio. Ad determinandum de multis dictis per attributionē ad aliquod primum, ſufficit determinare de illo primo, ſed per te genus eſt primum ſubiectum, ad quod alia vniuerſalia habent attributionem, igitur ſecundum hoc ſufficeret Porphy. determinare de genere tantum, quod non eſt dicendum, quia tunc fuiſſet ſuperfluus Porphy. ponendo alia capita de aliis vniuerſalibus.

Maior accipitur à Philoſopho. 4. meta. tex. Commen. 2. & 7. met. tex. Commen. 5. vbi ex hoc quod ſubſtantia eſt primū ens, concludit; Quapropter maximè, & primū, & ſolum de ſubſtantia ſpeculandum eſt. Sed dicerent forte iſti, quòd ad determinādum de multis per attributionem ad aliquod primum, non ſufficit præciſe determinare de illo primo, non enim vult Philoſophus quod ſufficiat Metaphy. determinare præciſe de ſubſtantia, ſed ſufficit principaliter ſolum determinare de illo primo, & ſic exponitur illud dictum Ariſt. à Scot. 4. & 5. meta. Et tunc dicerent quòd ſufficit Porphy. non præciſe, ſed principaliter determinare de genere, & ita non erit ſuperfluus.

Contra.

Contra quia ſtante hac reſponſione, ſequeretur quod Porphy. ſufficeret principaliter tantum determinare de genere, ſed hoc eſt falſum, ergo, &c. Probo de illo ſufficit in aliqua ſcientia principaliter tantū determinare, quod eſt prius definitione, ac cognitione aliis, ſed genus non eſt prius definitione, & cognitione aliis uniuerſalibus ergo non ſufficit Porphy. principaliter ſolum de genere determinare.

Genus non eſt prius definitiōe, vel cognitione aliis vl'ibus.

Maior patet nam Philoſophus. 7. meta. ex hoc quod ſubſtantia eſt prior aliis entibus definitione, ac cognitione, infert primum & ſolum in meta ſpeculandum eſſe de ſubſtantia.

Minor probatur: nā ratio generis nō cadit in ratione aliorum vniuerſalium, nec genus eſt magis notum aliis, nec cætera vniuerſalia notificat, ergo genus non eſt prius definitione, nec cognitione aliis vniuerſalibus. Conſequentia patet per Philoſophum. 7. met. tex Com. 4. vbi probat ſubſtantiam eſſe priorem aliis entibus definitione ac cognitione. Ex his patet illā propoſitionem ſumptam à Doctore ex dictis Ariſto. 7. meta. ſic intelligendam eſſe.

Ad determinandum de multis dictis per attributionem ad aliquod vnum, ſufficit primo ac principaliter tantum determinare de illo, dummodo illud ſit prius aliis definitione ac cognitione.

Ad determinā dum de multis &c. quō intelligitur.

Ibi. Item ratio ſic ponentium &c. Oſtendit rationem, cui innititur reſponſio ad quæſtionem octauam, nullam eſſe: in qua ratione; Albertiſtæ intendebant inferre genus eſſe vniuerſalius, ſeu magis vniuerſale, ex hoc quod prædicatur de pluribus, quàm alia vniuerſalia. Inſtat Doctor ex ſimilitudine in numero, nam numerus ternarius conſtat ex pluribus vnitatibus, quàm binarius numerus, ſed non propter hoc ternarius eſt magis numerus binario, ergo à ſimili, licet genus prædicetur de pluribus, quam ſpecies, non tamen erit magis vniuerſale, quàm ſpecies. Similitudo patet nam ſicut vniuerſale eſt quod prædicatur de pluribus, ita numerus eſt multitudo ex vnitatibus aggregata, ex 3. phy. text. Com. 68. & 3. met. tex. Com. 16. & per Boetium in ſua arithmet. cap. 3: igitur ſicut non ſequitur numerus aggregat plures vnitates, ergo eſt magis numerus, ita nec ſequitur hoc vniuerſale prædicatur de pluribus, igitur eſt magis vniuerſale.

Ibi. Propter hoc, &c. Breuiter reſpondet Doctor ad hanc octauam quæſtionem, & ait quod propter hoc (id eſt quia ratio ponentium vniuerſale eſſe analogum, & non vniuocum, non concludit) & propter rationem, quam ſupra poſuit, arguendo ad oppoſitum quæſtionis dicendum, quod vniuerſale vniuoce prædicatur de iſtis quinq; vniuerſalibus.

Corpus qōnis octauæ.

Vnica

Argu. princ. Vnica ratione argumentatur pro parte falſa, cui immediatè adiungit reſponſionẽ, contra quam dupliciter arguit: ratio ſic erigatur. Omne vniuocum multis, ſe habet ad illa ſub ratione alicuius vniuerſalis, ſed vniuerſale non comparatur ad hæc quinq; ſub ratione alicuius vniuerſalis, ergo vniuerſale nõ eſt vniuocum ad hæc quinque. Maior patet de vniuoco vniuocè dicto, ac logicè ſumpto. Minor probatur, nam vniuerſale non poteſt comparari ad hęc quinque ſub ratione alicuius iſtorum, cũ quodlibet iſtorum ſit diſparatum, & diſtinctum ab alijs, & ideo cæteris vniuerſalibus conuenire non poteſt. Nec etiam poteſt comparari ad iſta, quinque vniuerſalia ſub ratione alterius vniuerſalis ab his quinq; quia tunc daretur ſextum vniuerſale, quòd non eſt dicendum.

Reſpon. Reſpondet negando minorem quia vniuerſale comparatur ad hæc quinque vniuerſalia ſub ratione generis, prædicatur enim de iſtis quinque in quid, & ipſa vniuerſalia inter ſe differunt ſpecie: eſt igitur vniuerſale genus reſpectu horum quinque vniuerſalium.

1. Ratio contra reſpon. Licet hanc reſponſionem Doctor infra ſuſtineat, tamen dupliciter obiicit, vt occaſionem habeat ſoluendi obiectiones aliorũ ac ipſam reſponſionem manifeſtandi. Prima ratio ſic erigatur. Si vniuerſale comparatur ad hæc quinq, ſub ratione generis, ita vt ſit genus ipſorũ, ergo quodlibet iſtorũ quinq; eſt ſpecies vniuerſalis, cõſequens falſum, igitur & antecedens. Conſequentia patet, nam id ad quod aliquid comparatur ſub ratione generis eſt ſpecies illius; genus enim vt genus nõ comparatur ad ſuperius, nec ad indiuidua, vt infra habet videri. Falſitas conſequentis probatur, quia ſi quodlibet iſtorum quinque eſſet ſpecies vniuerſalis, ergo genus eſſet ſpecies, quod nõ eſt dicendum, quoniam vna ſpecies oppoſita ſeu diſparata non prædicatur de alia cum hoc verbo eſt, quia diſparata ſunt; quæ de

Diſpara ta quæ. ſe inuicem quidditatiuè verificari non poſſunt: at ſi vniuerſale eſſet genus horũ quinque vniuerſalium, tunc genus, & ſpecies eſſent ſpecies diſparatæ ipſius vniuerſalis, igitur genus non poteſt eſſe ſpecies vniuerſalis, nec ex conſequenti vniuerſale erit genus iſtorum quinque vniuerſalium.

2. Ratio contra reſpon. Secunda ratio ſic erigatur. Nullũ genus prædicatur de ſpeciebus ſecundũ magis, & minus, ſed vniuerſale prędicatur, de quinq; vniuerſalibus ſecundum magis, & minus, ergo vniuerſale non eſt genus eorũ. Maior patet per Porphy. c. de differentia dicentem. Nam neque genus aut magis, & minus prædicatur de eo, cuius fuerit genus neque generis differentiæ, ſecundum quas diuiditur. Minor probatur, quia quod de pluribus prædicatur eſt vniuerſalius, at genus de pluribus prædicatur quam ſpecies, vel differentia, ergo genus eſt vniuerſalius ſpecie, ac differentia, quod non eſſet niſi vniuerſale prædicaretur de illis ſecundum magis, & minus.

Reſp. ad arg. pri Reſpondet Doctor ad hoc argumentum ſuſtinendo iam allatam reſponſionem: & duo facit. Primo reſpondet ad argumentũ principale. Secundo reſpondet ad obiectiones, quæ contra iam allatam reſponſionẽ adductæ ſunt. Circa primum duo facit. Primo repetit iam poſitam reſponſionem. Secundo euacuat difficultatem, quam tangit argumentum. Secundum ibi, Cum autẽ dicitur &c.

Dicit igitur, quod intentio generis (idest ipſum genus) ſibi (.ſ. vniuerſali) applicaẽ reſpectu iſtorũ quinque. Et cũ probatur, quod hoc non põt eſſe, quoniam genus eſt diſparatũ ac diſtinctũ ab alijs vniuerſalib. diſparatum aũt nequit prædicari de diſparato. Reſponſio eſt, quod diſparatum prędicari eſſentialiter de diſparato, cõtingit dupliciter. Vno modo prædicatione eſſentiali & exercita. Alio modo prædicatione eſſentiali, & ſignata. Secundo modo

Diſparatũ quõ eſſentialiter põt pdicari de diſparato. non inconuenit in intentionibus, diſparatum eſſentialiter prædicari de diſparato. Primo autem modo nullum diſparatum de diſparato eſſentialiter prædicari poteſt. Et tunc ad formam argumenti negandum eſt conſequens eſſe falſum, & cum probatur, dicẽdum quod quodlibet iſtorũ quinq; eſt ſpecies vniuerſalis: & ita cõcedẽdum eſt, quòd genus eſt ſpecies; non equidem quia ſpecies prædicetur, quidditatiuè

Diſparatũ, quõ põt pdicari de diſparato. de genere, ſed quia prædicatur denominatiuè, ſicut etiam prædicatur de homine, cum dicemus, hominem eſſe ſpeciem.

Et cum dicis diſparatum non poſſe prædicari de diſparato.

Dico

Dico hoc falſum eſſe in prædicatione exercita & denominatiua, iſtæ enim ſunt veræ homo eſt albus, homo eſt ſpecies, vniuerſale eſt genus, & aliæ huiuſmodi. Similiter eſt falſum in prædicatione eſſentiali ſignata, iſta enim eſt vera genus prædicatur quidditatiue de ſpecie. In prædicatione autem eſſentiali & exercita, verum eſt quod diſparatum de diſparato prædicari nequit.

Literæ diuiſio.

In litera Doctor duo facit, primo ponit tres propoſitiones ſcilicet. duas negatiuas, & vnã affirmatiuam. Deinde probat ſecundam propoſitionem negatiuam. Pro intellectu huius literæ quatuor ſint notãda.

Prædicatio eſſentialis duplex.

Primo, quòd duplex eſt prædicatio eſſentialis, quædam ſcilicet exercita, quæ fit per hoc verbum ſum es eſt: & quædam ſignata, quæ fit per hoc verbum prædicari, dici, ac per ſimilia, de quibus prædicationibus infra. quæſt. 14. erit ſermo.

Significatũ termini cõisquo tupliciter põt conſiderari.

Secundo notandum ex q. 9. vniuerſalium, quòd ſignificatum termini communis poteſt tripliciter conſiderari, ſcilicet ſecundum eſſe materiale, ſecundum eſſe quidditatiuum, & ſecundum eſſe cognitum.

Primo modo inſunt ei accidentia communia.

Subiecto ſm qđ eſſe ineſt paſſio.

Secundo modo inſunt ei prædicata quidditatiua, ac fortè propria paſſio. Niſi dicas paſſionem ineſſe ei ſecũdum eſſe materiale, vt quibuſdam placet.

Tertio modo inſunt ei ſecundæ intentiones, quæ intentiones extraneantur poſtea eidem termino, ſumpto alio modo.

Tertio notandum, quòd vniuerſale vt comparatur ad quinque vniuerſalia, ſeu vt ſumitur reſpectu illorum, non ſumitur ſecundum eſſe materiale, nec ſecundum eſſe quidditatiuum, ſed ſecundum eſſe cognitũ ac comparatum; & ideo ſibi, hoc modo ſumpto, applicatur aliqua ſecunda intentio, & non niſi intentio generis, quia ipſa vniuerſalia, de quibus prædicatur in quid, differunt inter ſe ſpecie, & quidquid eſt limitatum, & prædicatur in quid de differentibus ſpecie prædicatur ſub ratione generis.

Quarto notandum, quod quicquid in prædicatione exercita non eſt immediata, vel mediata ratio vnionis prædicati cum ſubiecto extraneatur ſubiecto ac prædicato, quando vniuntur. Et notanter dico immediata, vel mediata; quia non ſequitur ſubſtantia non eſt immediata ratio homini eſſendi animal, ergo ſubſtantia extraneatur homini, vt eſt animal; licet enim ſubſtantia non ſit ratio immediata homini eſſendi animal, eſt tamen ratio mediata talis vnionis: riſibilitas autem ac albedo cũ non ſint rationes immediatæ vel mediatæ talis vnionis, idcirco extraneantur homini inquantum eſt animal.

Ex his patet litera Doctoris, vbi ponendo primam propoſitionem negatiuam dicit, quòd cum quodlibet iſtorum vniuerſalium ſit diſtinctum ſeu diſparatum ab alijs, ideo non prædicantur de ſe inuicem prædicatione eſſentiali, & exercita, vnde iſta non eſt prædicatio eſſentialis, genus eſt ſpecies. Secunda propoſitio negatiua eſt, quòd nullum vniuerſale prædicatur de alio prædicatione eſſentiali, & exercita ſub ratione alterius. Tertia propoſitio, quæ eſt affirmatiua, eſt, quod vnum vniuerſale poteſt prædicari de alio prædicatione eſſentiali, & ſignata ſub ratione alterius. His poteſt addi quarta propoſitio affirmatiua, quæ eſt quod vnum vniuerſale poteſt de alio prædicari prædicatione exercita, & denominatiua, vt cum dico genus eſt ſpecies.

Ibi. Quia ratio generis, &c. Probat ſecũdam harum propoſitionum, & ratio ſic erigatur. Nihil de aliquo prædicatur prædicatione eſſentiali, & exercita ſub ratione alicuius, quod ſibi extraneatur quando vnitur ſubiecto per hoc verbum eſt; ſed ratio generis extraneatur vniuerſali, quando vnitur iſtis vniuerſalibus per hoc verbum eſt, ergo vniuerſale non prædicatur prædicatione eſſentiali, & exercita de iſtis ſub ratione generis.

Minor patet: nam genus nõ eſt ratio immediata, vel mediata quare vniuerſale vniatur generi, ſicut nec eſt ratio quare animal vniatur homini. Extraneatur etiam genus vniuerſali, ac animali, quia non conuenit eis ſecundum illud eſſe, ſecũdum quod vniuntur ſuis inferioribus.

Ibi. Ad primam, &c. Reſpondet ad primum argumentum adductum contra iam allatam reſponſionem, & dat duas reſponſiones. Secunda. — Reſp ad 1 arg. cõtra reſp. adductũ

Ibi. Aliter dicitur, &c. Circa primam reſponſionem tria facit. Primo reſpondet. Secundo obijcit. Tertio obiectioni reſpondet.

ſpondet. Reſponſio igitur eſt, concedendo quod quodlibet iſtorum vniuerſalium eſt ſpecies. Et cum probatur quod non, quia ſpecies diſparatæ de ſe inuicem non prædicantur. Dicit hoc verum eſſe in ſubſtantia, non autem eſt inconueniens in accidentibus; & hoc loquendo de prædicatione denominatiua, ſpecies enim eiuſdem generis in accidentibus de ſe inuicem denominatiuè prædicari queunt.

Spẽs diſparatæ ſubſtantiæ quare de ſe inuicem non dicant, & in accidentib. id eſt falsũ.

Hic ſunt duæ difficultates. Prima quare duæ ſpecies diſparatæ ſubſtantiæ, eiuſdẽ generis, vel diuerſorum generum, de ſe inuicem dici nequeunt, quod poſtea in accidentibus eſt falſum. Dico, quòd duæ ſpecies diſparatæ ſubſtantiæ non conueniunt in aliquo, de quo directè prædicentur, & ideo nec de ſe inuicem poſſunt dici; conuenit enim ſpeciebus diſparatis de ſe inuicem prædicari, ratione tertij, de quo directè dicuntur. Et addo directè propter genus de quo indirectè prædicari poſſunt.

In accidentibus autem cum duæ ſpecies diſparatæ diuerſorum generum poſſint de vno eodem ſubiecto denominatiuè dici, ideo de ſe inuicem prædicari poſſunt in cõcreto; vt quia albedo, & dulcedo de lacte dicuntur, ideo hæc erit vera, album eſt dulce.

In accidentibus etiam reſpectiuis, quia duæ ſpecies diſparatæ eiuſdem generis fortè dicuntur de eodem, vt eſt de paternitate, & filiatione, idcirco de ſe inuicem prædicari poſſunt denominatiue, dicendo pater eſt filius. Alia difficultas eſt, an prædicatio accidentis de accidente in concreto ſit denominatiua intrinſeca? Dico quod ſi prædicatio denominatiua intrinſeca eſt quando prædicatum denominans ineſt denominato; vel quando vtrumque ſcilicet tam denominans, quam denominatum inſunt eidem, ſic non eſt inconueniens prædicationem accidentis de accidente eſſe denominatiuam intrinſecam; nam tunc denominans quodammodo dicitur eſſe in denominato, ſcilicet propter vnionem eorum in tertio. Si autem tantum dicatur denominatio intrinſeca, quando denominans eſt formaliter in denominato: talis prædicatio accidentis de accidente, nec erit denominatiua intrinſeca, imo nec propriè erit denominatiua.

Prędicatio accidẽtis de accidẽte an ſit denominatiua.

Ibi. Contra inconueniens eſt &c. Obijciat vt limitet illam propoſitionem, quæ eſt quod ſpecies eiuſdem generis in accidẽtibus de ſe inuicem denominatiuè prædicari poſſunt.

Inſtantia autem eſt de albedine, & nigredine, quæ nec abſtractiuè, nec concretiuè, ſeu denominatiuè de ſe inuicem prædicantur, ſicut enim iſta eſt falſa albedo eſt nigredo, ita falſum eſt, hoc album eſſe nigrum.

Inſtantia.

Ibi. Dico quod non, &c. reſpondet ad inſtantiam limitando illam propoſitionem ad accidentia reſpectiua. Et duo facit primo, quod dictum eſt. Secundo reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. Secundum ibi. Non tamen relatiuè, &c. Dicit igitur, quod non eſt verum vniuerſaliter, quod ſcilicet vna ſpecies diſparata in accidentibus non poſſit de alia eiuſdem generis prædicari denominatiuè. Deinde declarat in quibus hoc eſt verum, & dicit quod fortè in abſolutis accidentibus vna ſpecies diſparata nõ poteſt de alia diſparata eiuſdem generis pdicari denominatiuè, & hoc propter formalem repugnantiam, propter quam eidẽ ſubiecto in eſſe nequeunt.

Litera diuidiť, & declatatur.

Et notãdum, quod Doctor addit ly fortè; vel quia ſunt, quædam accidentia abſoluta, quæ de ſe inuicem prædicari poſſunt in concreto, vt dicendo album eſt dulce. Vel quia hic non eſt proprius locus determinandi talem materiam: potius enim hoc ſpectat ad librum Elench. vbi determinandum eſt, an Clypeus, cuius vna pars eſt alba, & alia nigra, poſſit dici albus & niger, ex quo poſtea ſequatur album eſſe nigrũ.

Ibi. Non tamen in relatiuis, &c. Oſtendit non eſſe inconueniens duas ſpecies eiuſdem generis in relatiuis de ſe inuicem denominatiuè prædicari, & ratio ſic diſponatur. Idem eſt pater, & filius, ergo pater eſt filius, ſed pater, & filius ſunt relatiua eiuſdem ſpeciei, & non prædicantur de ſe inuicem quidditatiuè, igitur denominatiuè. Antecedens probatur, nam qua ratione ſequitur pater huius puta ſortes eſt pater Platonis, ergo eſt pater (ſequitur enim per locum à toto in modo ad ſuam partem) pari ratione ſequitur, filius huius puta ſortes eſt filius Thaletis, ergo filius, igitur idem (puta ſortes) erit pater, & filius. Quia ſicut antecedentia ſtant ſimul, ſcilicet ſortes eſt pater Platonis, & filius Thaletis, ſic & conſequentia

ſequentia ſimiliter ſtant ſimul, ſcilicet ſortes eſt pater, & filius. Conſequentia patet, nam ex hoc quòd talia relatiua poſſunt dici de eodem, poſſunt etiam dici de ſe inuicem, vt ex ſupra dictis patet.

Inter relatiua ñ eſt formalis ĩpugnantia.

Notandum, quod cum inter ſpecies diſparatas accidentium abſolutorum, poſitas immediatè ſub eodem genere ſit formalis repugnantia, ideò nec de eodem ſubiecto, nec ex conſequenti de ſe inuicē dici queũt. Cum verò inter ſpecies diſparatas reſpectiuorum non ſit formalis repugnantia, vt dicit Scotus in 4. d. 10. & in 2. d. 2. imo nec opponantur niſi vt ſumuntur reſpectu eiuſdem, ideo duæ ſpecies diſparatæ relatiuorum, poſitæ ſub eodem genere, de eodem ac de ſe inuicem dici poſſunt.

Obiectionis dilutio.

Ibi. Non tamen relatiuè, &c. Reſpondet cuidam tacitæ obiectioni: poſſet enim, quis contra iam dicta inſtare, nam oppoſita relatiuè, nec de eodem, nec de ſe inuicem dici poſſunt, at pater, & filius opponuntur relatiuè, ergo nec de eodem, nec de ſe inuicem prædicantur. Reſpondet concedendo maiorem, & negando minorem, quia pater, & filius non ſunt oppoſita niſi reſpectu eiuſdem.

Quod ſi obijcias, quia pater huius, & filius huius, eadem ratione ſunt oppoſita, & relatiua; ſed ſunt relatiua inquantum pater, & filius, & non inquantum pater huius, & filius huius, ergo ſunt oppoſita inquãtum pater, & filius, & non inquantum pater huius, & filius huius: & ita nõ opponunẽ vt ſumuntur reſpectu eiuſdẽ, ſed vt ſunt relatiua. Reſpondet Doctor, quòd pater huius, & filius huius ſunt relatiua ſecundum communem rationem ſuam, ideſt ea ratione qua ſunt pater, & filius; pater enim primo refertur ad filium non pater huius ad filium huius.

Ita in propoſito dicendum eſt de iſta propoſitione, genus eſt ſpecies, in qua nõ prædicatur oppoſitum de oppoſito: nam genus, non eſt genus, & ſpecies reſpectu eiuſdem, dicitur enim genus reſpectu ſpecierum de quibus in quid prædicatur, dicitur vero ſpecies reſpectu vniuerſalis. Notandum quod non eſt par ratio de hac albedine, & de hac nigredine, ac de patre huius, & filio huius quantum ad opponi: nã ea ratione qua hæc albedo, & hæc nigredo ſunt albedo, & nigredo, eadem ratione hęc albedo, & hæc nigredo opponunẽ, ſeu ſunt incompoſſibiles, quia inter tales qualitates eſt oppoſitio formalis. Quod non eſt verum de patre huius, & de filio huius, quia ſunt relatiua ſecundum communem rationẽm, ſm quam non opponuntur, quia oppoſitio relatiua nõ eſt oppoſitio formalis.

Oppoſitio relatiua nõ eſt oppoſitio formalis.

Ibi. Aliter dicitur, &c. Ponitur ſecunda reſponſio ad argũ adductũ contra reſpõſionem iã allatã ad primũ argũ principale. Et reſponſio eſt negando conſequens eſſe falſum. Ad cuius probationem dicit, quod iſta propoſitio, genus eſt ſpecies, & aliæ huiuſmodi poſſunt eſſe veræ denominatiua prædicatione, & hoc accipiendo ſubiectum ſeu genus vt quid, & prædicatum ſeu ſpecies vt modus. Quid autem ſit accipere aliquid vt quid & vt modus, declaraui q. 6. Et cum dicitur quod tunc oppoſitum prædicaretur de oppoſito, neganda eſt conſequentia; nam intentiones non opponuntur, niſi vtraq; accipiaẽ vt quid, vel vtraque vt modus; quod nõ cõtingit in propoſito.

2. Reſp. ad arg. adductũ cõtra reſpon. ad arg. principale.

Ibi. Sed ſi inferatur, &c. Reſpondet ad id quo probabatur hanc propoſitionem eſſe falſam, genus eſt ſpecies, ſequeretur enim quod oppoſita prædicarentur de ſe inuicem, cum genus, & ſpecies opponantur. Reſpondet quod ſi genus, & ſpecies ſumũtur, vt quid opponuntur; ſed non ſequitur, ſi genus eſt ſpecies, ergo oppoſitum prædicatur de oppoſito, ſed fit fallacia figuræ dictionis, commutando modum in quid, vel e conuerſo ſcilicet, quid in modum. Cum enim dico, genus eſt ſpecies, genus accipitur vt quid, & ſpecies vt modus: cum autem inſertur, ergo oppoſitum de oppoſito prædicatur, commutatur modus in quid, quoniam ſpecies in antecedente accipitur, vt modus, & in cõſequente accipitur vt quid. Exemplo hoc declarat, & ponit duos modos dicendi, quorum vterque facit ad propoſitum ſuum, licet ſecundus ſit falſus, & primus verus. Pro intellectu huius literæ tria ſunt notanda.

Numer⁹ quid.

Primo quod numerus eſt modus ſignificandi rem ſub proprietate indiuiſi, vel diuiſi, & diuiditur in numerum ſingularem, & pluralem, Numerus ſingularis eſt modus ſignificandi rem, ſub proprietate, ſeu modo indiuiſi, quæ eſt proprietas vnitatis.

Numerus ſingularis, & pluraris, q̃d.

Nu-

Numerus verò pluralis eſt modus ſignificādi rem ſub proprietate diuiſi, quę eſt proprietas multitudinis. Et notandum quòd hic accipio rem, vt ſe extēdit ad quodlibet ſignificatum per vocem ad placitum ſignificantem. Secundo notandum, quod ſingulare, & plurale quandoq; accipiuntur materialiter, & ſic accipiuntur pro voce cui attribuitur alter horum modorum ſignificādi; quandoque accipiūtur formaliter, & ſic accipiuntur pro quodam modo ſignificandi actiuo, attributo ab intellectu dictioni, mediante quo ipſa dictio ſignificat rē ſub modo vnitatis, vel multitudinis. Tertio notandum quòd accipi vt quid grammaticè eſt accipi vt eſt id, quod ſignificatur. Accipi verò vt modus, eſt accipi vt eſt id ſub quo actiuè ſignificatur. Nec eſt omnino ſimile de modis intelligendi, qui ſunt modi logicales, & de modis ſignificandi, qui ſunt modi grammaticales, nam modi intelligendi ſunt ſubiectiuè in eo quod intelligitur; modi autem ſignificandi actiui non ſunt ſubiectiuè in eo quod ſignificatur, ſed in voce ſignificante, vnde dicuntur modi ſignificandi, quatenus ſunt modi ſub quibus res actiuè ſignificatur. Dicit igitur Doctor iſtam propoſitionem eſſe veram, Plurale eſt ſingulare, dummodo plurale accipiať vt qd, & ſingulare vt modus. Cuius ratio eſt, quia quod ſignificatur ſeu importatur per ſingulare, eſt modus eius, quòd ſignificatur ꝑ plurale; non ſic intelligendo vt ſit in eo ſubiectiuè, quod ſignificatur per plurale. ſ. in multitudine actuali, ſed quia multitudo actualis per tale nomen ſignificatur ſub modo indiuiſi. Aliter poteſt exponi hæc litera & facilius. Pro cuius expoſitionis intellectu duo ſuppono. Primo, quod. ſ. duplex eſt ſignificatum vocis, vt eſt ad propoſitū noſtrum, vnum, quo vox naturaliter ſignificat ſe ipſam: aliud quo vox vltimatè ſignificat id ad quod eſt impoſita. Secundo quòd accipi vt quid grammaticè fortè eſt accipi vt eſt id quod ſignificat.

Singulare & plurale quotupliciter.

Accipi vt qd, & vt modus grāmaticè quid.

Dr̄ia inter modos ītelligendi, ac ſignificandi.

Significatū vocis quotuplex.

Tunc dicit Doctor, quod in illa propoſitione plurale eſt ſingulare; plurale accipitur vt quid, & ſingulare vt modus, quoniā quod vltimatè, & ex impoſitionè ſignificatur per ſingulare, eſt modus ipſius pluralis ſeu ſub quo plurale actiuè importat ſuum ſignificatum vltimatum.

Ibi. Dicitur tamen, &c. Ponit modum dicendi quorundam exiſtimantium, quod quando dicimus, plurale eſt ſingulare, plurale accipiatur, vt modus, & ſingulare vt quid.

Et ratio iſtorum eſt, quia ſingulare accipitur pro ſuo ſignificato reſpectu huius ſubiecti plurale.

At plurale accipitur pro modo ſignificandi numeri pluralis, & non pro re ſignificata per plurale; nā plurale ſignificat plura ſeu multa, quibus non ineſt hoc prædicatum ſingulare; iſta namque eſt falſa; multa entia ſunt ſingulare.

Ibi. Et ſi vtroque modo, &c. Quoniam Doctori non refert, ſiue plurale accipiatur vt quid, ſeu vt modus reſpectu prædicati, quia hoc dicit exemplificando, & vterque modus dicendi facit ad propoſitum ſuū. Ideo dicit. Et ſi vtroque modo ſumatur, plurale reſpectu ſingularis, non eſt differentia ad propoſitum, quia neutro modo prædicatur oppoſitum de oppoſito, ſemper. n. fit fallacia figuræ dictionis, inferendo oppoſitum de oppoſito prædicari, quia ſemper mutatur modus in quid, vel è cōuerſo.

Reſp. ad 2. argu. contra reſp. ad prin. adductam.

Ibi. Ad aliud dico, &c. Reſpondet ad aliud quod obiiciebatur contra reſponſionē ad principale: & reſponſio eſt negando minorem.

Ad eius probationem dicendum, quod quicquid prædicatur de pluribus eſt vniuerſalius, ideſt maius vniuerſale, ſed non vniuerſalius, ideſt magis vniuerſale: vnde non ſequitur hoc prædicatur de pluribus ergo hoc eſt magis vniuerſale. Dicit ergo quod genus non eſt magis vniuerſale: ideſt non ſequitur genus eſſe magis vniuerſale, ex hoc quod prædicatur de pluribus. Et ratio eſt quia magis dicit intenſionem formæ eius cui adiungitur, ſicut minus dicit remiſſionem, vt cum dico magis album, & minus nigrum; modo vniuerſale non ſuſcipit magis, neque minus.

Genus quō maius vl'e, q̄ ſpēs.

Sed bene ſequitur, quod ſit quodammodo maius vniuerſale, quia extenditur ad plura, & hoc ne dum ratione ſui fundamenti, animal enim de pluribus prædicatur, quam homo.

Verum etiam ratione ſui, & hoc ſaltem quantum ad actum ſignatum, quia genus in actu ſignato habet plura ſup-

poſita , quàm ſpecies , cum prædicatur de differentibus numero , & de differentibus ſpecie . Exemplum de numero quaternario,& binario,patet in litera.

Numerus an ſuſcipiat magis , & minus. Vnitas numeralis duplex.

Hic ſunt duæ difficultates. Prima eſt,an numerus ſuſcipiat magis & minus ? Dico breuiter quòd vnitates in numeris exiſtentes ſunt in duplici differentia, quædam ſūt materiales,ex quibus aggregatur numerus, ſecundum quod dicimus dualitatem componi ex duabus vnitatibus.

Vnus numeꝰ quõ dr̄ maior alio.

Quædam ſunt formales,quibus quilibet numerus dicitur ſemel tantus,vt ſemel ſex eſt vnitas formalis numeri ſenarii , de qua vnitate loquitur Philoſophus.5 meta. cap. de quali . Loquendo de vnitate primo modo , vnus numerus poteſt dici maior alio numero,ſicut quaternarius eſt maior binario, quia conſtituitur ex pluribus vnitatibus materialibus. Sed non poteſt poſtea vnus numerus dici magis numerus alio , ratione harum vnitatum.

Loquendo verò de vnitate formali , vnus numerus non dicitur maior alio , quia in quolibet numero eſt tantum vna vnitas formalis,qua eſt ſemel tantus.

Nec etiam ratione huius vnitatis , vnus numerus poteſt dici magis numerus alio , quaſi eadem vnitas in ſe intendatur, & remittatur , quia ſuſcipere magis , & minus per intenſionem vel remiſſionem eiuſdem formæ,competit tantum qualitati.

Cōtradictionis Scoti,ſolutio.

Poteſt tamen fortè vnus numerus dici magis , ſeu perfectior numerus alio, ſic intelligendo,quod ſcilicet magis fundetur in vna vnitate formali , puta in vnitate quaternarij, & minus in alia vnitate formali, puta in vnitate binarij,ita vt ſuſcipere magis , & minus inſit numero ratione diuerſorum vnitatum formalium . Alia difficultas eſt: nam videtur Doctorem contradicere ſibi ipſi , quoniam ſupra dixit , quod genus eſt perfectius aliis vniuerſalibus , qd̄ non poteſt eſſe,niſi vniuerſale ſuſcipiat magis & minus. Hic autem dicit, quòd genus non eſt magis vniuerſale.

Genus quõ magis ſeu ꝑfectius vniuerſali.

Reſpondeo, quòd Doctor ſupra non dixit genus eſſe perfectius vniuerſale,ſed dixit quod eſt perfectius aliis vniuerſalibus ; quod poſtea non conuenit generi ratione, qua vniuerſale , ſed ratione ſuæ propriæ differentiæ,qua eſt tale vniuerſale , ſicut ēt homo eſt perfectior aſino,non ea ratione , qua eſt animal, ſed ea ratione , qua eſt rationalis. Hic autem dicit genus non eſſe magis ſeu perfectius vniuerſale,ea ſcilicet, ratione,qua eſt vniuerſale.

Alia ſolutio.

Hanc eandem reſponſionem fuſius poſui ſupra . Aliter poteſt dici intentionem Doctoris hoc in loco nō eſſe negare, quod genus non ſit magis vniuerſale. Sed intentio eius eſt negare , quòd genus eſſe magis vniuerſale , ſequatur ex hoc, quod genus prædicatur de pluribus; quod argumentū, cui reſpondet,inferre prætendit.

Cuius negationis ratio eſt (vt dicitur in litera) quia magis dicit intentionem formę cui adiungitur,modo intentio formæ non ſequitur ex hoc , quod forma ſe extendat ad plura,igitur ex hoc quod genus prædicatur de pluribus , non ſequitur , quod ſit magis vniuerſale.

Quęſtionis. 7. corpus.

Ibi. Ad primam quęſtionem,&c.Reſpōdet Doctor ad ſeptimam quæſtionem , oſtendendo vniuerſale habere tres conditiones ſubiecti poſitas ſupra.q.3. Et ideo corpus huius quæſtionis poteſt diuidi in tres partes . In prima duo facit.

Primo oſtendit quod in libro Porphyrii ſupponitur quid eſt, & quia eſt de vniuerſali. Secundo reſpondet cuidam tacitæ obiectioni . Ratio ſic erigatur de illo , quo ignoto quantum ad quid eſt , & quia eſt non eſt poſſibile ſcire aliquod vniuerſale, ſupponitur,quid eſt & quia eſt in lib.Porphyrii , ſed ignoto vniuerſali quantum ad quid eſt, & quia eſt nō eſt poſſibile ſcire aliquod vniuerſale,quia in definitione cuiuſlibet vniuerſalis ponitur non vniuerſalis, ergo,&c.

Ad cognoſcēdum diſtinctè , & ꝑfectè ſpeciē non ſufficit cognoſcere cō fusè genus.

Maior patet quia in libro Porphyrii diffiniuntur vniuerſalia, quæ ſunt ſpecies vniuerſalis Hic ſunt duo notanda. Primo Doctorem notanter dixiſſe ſcire,& nō cognoſcere, nam licet poſſit cognoſci cōfusè inſerius,nō cognito ſuperiori, nō tñ pōt diſtinctè ac ſcietificè cognoſci,ignoto ſuperiori.

Secundo notandum, quòd ad cognoſcē dam ſpeciem diſtinctè,& perfectè fortè nō ſufficit cognoſcere confusè genus.

Quod patet per Philoſophum in proœmio Phyſi.vbi vult,quod tunc arbitramur cognoſcere vnumquodque diſtinctè,& perfectè,cū cognoſcimus eius cauſas,& princi

pia

pia propinqua, vſq; ad elementa. Ad hoc etiam eſt ratio, nam ſi non cognoſceretur diſtinctè genus, nō vitaretur nugatio in definitione ſpeciei, niſi cauſaliter, quia definitio generis ponitur loco ipſius generis in definitione ſpeciei ad cognoſcendum an ſit nugatio in illa definitione.

Ibi. Hoc oportuit, &c. Reſpondet cuidã tacitæ obiectioni. Poſſet enim quis contra ipſum obiicere, id quod ipſe contra Albertum adducebat.q.3. nullibi enim definitur vniuerſale à Porphyrio, igitur non eſt hic ſubiectum. Reſponſio patet in litera, Porphy. enim ſupponit definitionem vniuerſalis ſufficienter aſſignatam eſſe ab Ariſto. primo Periher. vel primo Poſter. Philoſophus autem nullibi ſupponit definitionem argumentationis tanquam ſufficienter aſſignatam.

Definitio ſubiecti quō dēt ppo ni ī ſcia.

Ex hoc loco colligere poſſumus, completam ſubiecti definitionem præponendam eſſe in ſcientia cuius eſt ſubiectum, vt eius principium. Aut ſaltem ſupponendum eſt ſubiecti definitionem ſufficienter eſſe aſſignatam in aliqua alia ſcientia cui illa ſubalternetur, vel cuius ſit pars: vnde cum phyſica nō ſubalterneτur meta nec ſit eius pars ſufficit definire naturam in meta.

Ibi. Habet etiam, &c. Probat vniuerſale habere ſecundam ſubiecti conditionem, quæ eſt, quòd per eius quod quid eſt demonſtrētur paſſiones ipſius vniuerſalis de ipſo vniuerſali in hoc libro. Oſtendit autem vniuerſale habere iſtam ſecundam cōditionem, ſiue per eius definitionem oſtendatur aliqua paſſio vniuoca his quinque vniuerſalibus, de ipſis quinque vniuerſalibus, ſiue oſtendatur de vno ſolo vniuerſali: ſemper enim ſequitur, quòd per eandē definitionem poteſt oſtendi illa paſſio de vniuerſali. Et ratio ex litera ſic erigatur.

Erigitur rō ex litera.

Quælibet paſſio vniuoca multis, quæ per rationem alicuius oſtenditur de illis, ſiue de vno illorum, oſtenditur etiam per illam eandem rationem de illo, cuius primo eſt illa ratio, tanquàm de proprio ac primo ſubiecto; ſed per rationem vniuerſalis, quę eſt prædicari de pluribus, oſtenditur in hoc libro Porphy. aliqua paſſio de his quinq; vniuerſalibus, ſiue de vno illorum, ergo per rationem vniuerſalis poteſt de ipſo vniuerſali, tanquam de proprio ac primo ſubiecto, oſtendi illa eadem paſſio. Maior probatur, ſupponendo Doctorem hic loqui de demonſtratione propter quid ſi enim paſſio, quæ oſtenditur de aliquo vno per rationem alicuius, non poſſet oſtendi per eandem rationem de eo cuius eſt primo illa paſſio tanquam de proprio ſubiecto, hoc ideo eſſet, quia medium illius demonſtrationis propter quid non æquaretur paſſioni. Conſequens eſt falſum, igitur & antecedens. Conſequentia probatur: nam ſi medium eſt adæquatum paſſioni, cum paſſio ſit adęquata ſuo primo ſubiecto, poterit paſſio per illud medium oſtendi de ſubiecto primo, igitur ſi non poteſt oſtendi, hoc erit propter inadęquationem medii, & paſſionis. Falſitas conſequentis probatur, ſi enim medium in tali demonſtratione non æquatur paſſioni, ergo illę Syllogiſmus nō eſt demonſtratiuus, ſed eſt Falſigraphus, in quo committitur fallacia conſequentis, arguendo a poſitione conſequentis, ad poſitionem antecedentis.

Declaratur hoc nam illud medium non eſſet minus commune paſſione; aliter non eſſet Syllogiſmus procedens ex prioribus, de quo tamen hic loquitur Doctor, igitur ſi non eſt æquale paſſioni, cum non ſit minus commune, erit magis commune ipſa paſſione, & ſic erit fallacia conſequentis, ſicut ſi oſtendatur riſibilitas de homine per hoc, quia eſt ſubſtantia corporea: non enim ſequitur eſt ſubſtantia corporea, ergo eſt riſibilis. Minor etiam probatur, nam Porph. c. de genere oſtendit hanc paſſionem (quæ eſt differre ab indiuiduo) de genere ꝑ rationem vniuerſalis & ſupponitur de aliis vniuerſalibus poſſe oſtendi per eãdem rōnem.

Ibi. Aliter eſſet communis, &c. Notandũ, quod Mauritius dicit non eſſe legendum communis, ſed conſequens. Et licet ipſe huius ſuæ opinionis nullam aſſignet rationē tamen credo ipſum hoc ideo dixiſſe, quia quando medium non adæquatur paſſioni, committitur fallacia conſequentis, nedum quum medium eſt communius, quia tunc arguitur à poſitione conſequentis: ſed etiã quando medium eſt minus commune, nã tunc arguitur à deſtructione antecedentis. Mihi autem videtur legendùm eſſe communius. Nam cum hic Doctor loquatur de demonſtratione in qua oſtenditur a priori

Mauritii error

paſſio de ſubiecto, cuius medium nunquã poteſt eſſe minus commune, quia aliter nõ procederet ex prioribus: nec etiam in tali demonſtratione arguitur à deſtructione antecedentis; quoniam hoc modo arguendo, nihil oſtenditur affirmatiuè de ſubiecto; 'õ in tali demonſtratione, ſi medium non eſt æquale paſſioni, erit communius: tuncque non eſt demonſtratio ſed Syllogiſmus Falſigraphus.

Litera declarat̃

Litera igitur Doctoris declaranda eſt hoc modo. Quia medium demõſtrationis (loquendo de demonſtratione quæ eſt à priori) æquatur paſſioni, aliter [cum medium in tali demonſtratione non poſſit eſſe minus commune] eſſet cõmunius, & [ita] eſſet fallacia conſequentis.

Ibi. Tertia concluſio, &c. Oſtendit vniuerſale habere tertiam ſubiecti conditionẽ quæ eſt. quòd ad ipſum reducantur, & propter ipſum conſiderentur omnia in hoc libro Porphy. conſiderata. Et ratio ſic erigatur, quælibet ſpecies reducitur ad ſuum genus, in quo oẽs vniunt̃, ſed iſta quinq; vniuerſalia ſunt ſpecies vniuerſalis, igit̃ reducuntur ad vniuerſale, & ita vniuntur in vniuerſali, quòd ab eius vnitate hæc ſciẽtia poterit eſſe vna. Minor patet per Porphy c. de genere, diuidentem prædicari de plurib. ſeu vniuerſale, in hæc quinque. Notandũ quandoque idem eſſe ſubiectum prædicationis, & attributionis, vt eſt de vniuerſali in propoſito noſtro. Quandoque verò differunt, vt eſt de Syllogiſmo, qui eſt ſubiectum attributionis in logica, non autem eſt ſubiectum prædicationis.

Subiectũ attributionis & pdicationis qnque idẽ sũt.

Arg. 1. pri.q. 7.

Tribus rationibus argumentatur pro negatiua. Prima procedit ex inquiſitione rationis formalis ſubiecti. Quæ eſt talis. Si vniuerſale eſt hic ſubiectum aut ergo erit ſubiectum inquantum intentio, aut inquantum applicabile rei, ſed horum neutrũ eſt dicendum, ergo, &c. Primum probatur nã ex diuerſitate ſcientiarum videtur ſequi diuerſitas conſideratorũ, ſeu ſaltẽ diuerſitas rationis formalis conſiderandi, ſed vniuerſale inquantũ intentio conſiderat̃ à meta. igitur non à logico. Minor probatur, quia metaph. conſiderat quodlibet inquantum ens, ſed idem eſt intentio inquantũ intentio; & intentio inquantum ens, igit̃ cũ meta. conſideret intentionẽ inquantũ ens cõſiderabit ẽt intentionem inquantũ intentio. Secundum probat̃, nam vniuerſale inquantum applicabile rei eſt ens per accidens, q̃a ex vniuerſali, & ex eius applicabilitate non fit vnum per ſe, ſicut nec ex homine, & riſibilitate, ſed de ente per accidens non eſt ſcientia, igitur nec de vniuerſali, vt eſt applicabile rei, erit ſcientia.

Reſp. ad argu. 1. pri. q. 7.

Reſpõdet concedendo vniuerſale eſſe hic ſubiectum inquantum intentio, & inquantum applicabile rei. Et ſi obiicias, quia hoc eſt concedere oppoſita. Reſpondet negando hanc diuiſionem eſſe per oppoſita, quia intentio ſecundum quod intentio eſt applicabilis rei. Et cum probatur vniuerſale non eſſe hic ſubiectum inquantum intentio, quia vt ſic conſideratur à meta. Dicit hoc eſſe falſum, nam meta. tm̃ conſiderat ens reale, modo vniuerſale inquantũ intẽtio eſt ens rationis. Aliter reſpondet negando idem eſſe conſiderare vniuerſale inquantum ens, & inquantũ intentio, quod vniuerſaliter accidit de quolibet termino non ſignificante eſſentiam abſoluè. Et cũ probatur vniuerſale non eſſe hic ſubiectum vt applicabile rei, quia vt ſic, eſt ens per accidens. Reſpondet negando, quòd ſit ens per accidens, aggregans in ſe res diuerſorũ generum de quo verum eſt non eſſe ſcientiã. Pro intellectu huius literæ octo ſunt notãda. Primo, quod duplex eſt applicabilitas intentionum, quædam eſt actualis, quædam aptitudinalis: & vtraq; eſt triplex; nam vna eſt qua sũt applicabiles alicui in ratione ſubiecti. Alia eſt qua ſunt applicabiles alicui in ratione fundamenti. Tertia eſt qua ſunt applicabiles alicui in ratione termini. Secundo notandum quod applicabilitas aptitudinalis intentionũ ad aliquid in ratione termini conuenit intentionibus in primo modo dicendi per ſe, q̃ vniuerſaliter eſt verũ de habitudine relationis ad terminum. Vnde iſta propoſitio, intentio inquantũ intentio eſt applicabilis rei, eſt eodẽ modo vera, ſicut iſta, homo inquantum homo eſt animal, quia vtrobiq; prædicatum dicit cauſam ſubiecti. At applicabilitas aptitudinalis intentionũ ad aliquid in rõne fundamẽti, ac ſubiecti cõuenit intentionib. in ſcd̃o modo dicẽdi p ſe, ſicut alibi diximus de habitudine relationis ad fundamẽtũ, & de aptitudinali inhærentia accidentis ad ſubiectum. Vnde iſtæ propoſitiones, intentio inquan-

Applicabilitas ĩtẽtionũ quotuplex.

Applicabilitas qũo cõuenit intẽtionibus.

inquantum intentio eſt applicabilis rei in ratione fundamẽti, vel termini, & homo in quantũ homo eſt riſibilis, ſunt eodẽ modo veræ, quia in ipſis ſubiectum dicit cauſam prædicati; & ly inquantum accipitur in ipſis reduplicatiuè.

Imo fortè homo, & intentio in omnibus iſtis propoſitionibus, tam primi, quàm ſecundi modi dicendi per ſe, ſupponunt eodem modo, ut tactum fuit ſupra.

Vl'e inq̃tũ intẽtio, & ĩq̃tũ applicabile rei qũo idẽ.

Tertio notandum, quod vniuerſale inquantum intentio, & inquantum applicabile rei in ratione ſubiecti, vel fundamenti, ſunt idem, non formaliter, & quidditatiuè; ſed concomitanter, quia eſſe applicabile rei concomitatur intentionem, ſicut riſibile cõcomitatur hominem; quod eſt verum ratione realis identitatis.

Vl'e inq̃tũ intẽtio qũo hic ſubiectũ.

Quarto notandum hanc propoſitionem (vniuerſale inquantum intentio eſt hic ſubiectum) eſſe veram, vt ly inquantum reduplicat rationem formalem remotam; ſi enim reduplicaret rationem formalem ꝓpinquam, tunc quælibet intentio eſſet hic ſubiectum; cum propoſitio de inquantum inferat vniuerſalem.

Vl'e inq̃tũ applicabile rei qũo hic ſubiectũ.

Quinto notandum hanc propoſitionem (vniuerſale inquantum eſt applicabile rei eſt hic ſubiectum) eſſe veram, vt ly inquantum reduplicat, aut rationem formalem remotam (quod eſt verum ſi applicabilitas accipiatur pro applicabilitate ad aliquid in ratione termini) Aut vt ly inquantum reduplicat paſſionem; & hoc ſi applicabilitas ſumatur pro applicabilitate ad aliquid in ratione fundamenti, ac ſubiecti.

Quod ſimiliter contingit dicendo, linea inquantum viſualis eſt ſubiectum in perſpectiua.

Notãdũ pro litera.

Sexto notandum, quod aliud eſt dicere, quod homo inquantum ens, & homo inquantum homo ſunt idem: & aliud eſt dicere, quod conſiderare hominem inquantum ens, & conſiderare hominem inquantum homo, ſunt idem. Nam in priori denotatur idẽtitas illorum prædicatorum homo, & ens. in poſteriori verò denotatur tãtum identitas conſiderationis.

Primum dictum licet poſſit aliquo modo ſaluari, non tamen eſt id quod Doctor hic vult habere, vt ponderando literam patet.

Secundum verò dictum eſt ſimpliciter verum, quia conſiderare hominem inquãtum ens, eſt conſiderare ipſum quantum ad id quod eſt, & conſiderare hominem inquantum homo, ſimiliter eſt conſiderare ipſum hominem quantum ad id quod eſt: iſtæ autem conſiderationes ſunt eadẽmet conſideratio, ſeu idem modus conſiderandi, quia vtroque modo conſideratur homo quantum ad id quod eſt, & hæc conſideratio pertinet ad metaphy. vt hic, & quęſt. 1. Elench. Doctor ſupponit.

Terminus abſolutus quid.

Septimo notandum quod terminorum, quidam eſt abſolutus, quidam connotatiuus.

Terminus abſolutus eſt, qui præter eſſentiam ſignificatam, nihil cui ſit extraneum (cuius ſcilicet non ſit vel tota quidditas, vel pars eſſentialis) connotat.

Et dico, nihil cui ſit &c. Propter iſtos terminos homo, & rationale, ac conſimiles qui licet aliquid concernant, tamen dicũt vel totam quidditatem eius quod connotant, vt eſt de homine reſpectu indiuiduorum: vel dicunt partem quidditatis, vt eſt de rationali reſpectu hominis.

Terminus cõnotatiuus qd.

Terminus connotatiuus eſt qui præter id quod ſignificat, connotat aliquid cui eſt extrinſecum, cuius ſcilicet nec eſt tota quidditas, nec pars quidditatis, vt eſt de patre, matre, ac conſimilibus terminis: & hoc idem dicendum eſt de terminis logicalibus.

Homo qũo abſolutè ſignificat eſſentiã.

Ex his ſequitur quod iſte terminus homo abſolutè ſignificat eſſentiam, ſeu humanitatem, non equidem quia illam ſignificet in vltima abſtractione, ſed quia eam non ſignificat in concernentia ad aliquod cui extraneatur.

At genus ac vniuerſaliter intentio concretiuè ſumpta, concernit nedum terminum, ſed fundamentum, ac ſubiectum cui extraneatur.

Octauo notandum, quod quando terminus ſequens reduplicationem non ſignificat abſolute eſſentiam, tunc non eſt idem conſiderare eius ſignificatum inquantum ens, & inquantum tale ens

Quia conſiderare ipſum inquantum ens, eſt conſiderare ipſum quantum ad id quod eſt: & conſiderare ipſum inquantum ipſum, eſt conſiderare ipſum,

quatenus eſt concretum actuale, vel aptitudinale, ſeu quatenus eſt applicatum, vel applicabile alteri. Ex his patet litera vſque ibi. Quod obiicitur, &c.

Pro qua notandum, quòd cum dico, albedo vt inhærens, vel vt dependens, tunc non dico aliquod aggregatum, quia non ponitur id à quo dependet, vel cui inhæret vt pars, ſed vt terminus eius. Similiter cum dico intentio vt applicabilis rei, non pono rem tanquam partem intentionis, ſed vt terminus eius. Ex quo colligere poſſumus quòd licet concretum accidentale ratione modi ſignificandi importet ſubiectum, vel etiam quandoque fundamentum, non tamen propter hoc ſemper importat ens per accidens, quod aggregat in ſe diuerſas naturas, quia non ſemper importat ſubiectũ, vel fundamẽtum vt partem ſignificati, ſed vt terminum eius.

Concretum accidentale non ſemper importat ens per accidens.

Secundum argumẽtum principale, cum ſua reſponſione patet ex his quæ alibi diximus.

3. Arg. princ.

Tertium, & vltimum argumentum procedit ex remotione trium conditionum ſubiecti ab vniuerſali. Primo remouet tertiã conditionem, nam hic non determinatur de iſtis quinque ſub ratione vniuerſalis, ſed ſub propria ratione eorum, diuidendo ac definiendo quodlibet per propria ſibi: igitur iſta quinque non conſiderantur propter vniuerſale.

Secundo remouet primam conditionẽ: nam Porphy. nullam facit mentionem de vniuerſali ſecundum ſe, & ita de ipſo non præcognoſcitur quia eſt: nec facit mentionem de ipſo quo ad eius quod quid eſt, & ita de ipſo non præcognoſcitur, quod quid eſt.

Tertio remouet ſecundam conditionem ex hoc, quòd Porphy. nullam facit mentionem de vniuerſali, quo ad eius paſſiones, quia nullam paſſionem oſtendit de vniuerſali.

Ex his patet Mauritium deficere, nam dicit hanc rationem procedere ex negatione tertiæ conditionis ſubiecti, quæ vocatur conditio conſiderationis, & determinationis.

Mauritii defectus.

Reſpon. ad 3. argu. principale.

Reſponſio patet ex dictis, nam non determinatur hic de iſtis quinque ſub propria ratione eorum, ſed ſub ratione vniuerſalis, quia ſub ratione prædicabilis de pluribus.

Nec Porphy. facit mentionem de vniuerſali in ſe, quia hoc non eſt neceſſe ad eius cognitionem, quæ hic inquiritur. Nec facit mentionem de eius, quod quid eſt, quoniam ſupponitur ſufficienter aſſignatum eſſe ab Ariſto. Ex hoc etiam, quod demonſtrantur quædam paſſiones de iſtis quinque per rationẽ vniuerſalis, ſequitur quod demõſtrentur, vel ſaltem demonſtrari poſſint de vniuerſali.

QVÆSTIO IX.

Vniuerſalium. Scoti.

Vniuerſale an ſit in re, vel in intellectu, vt in ſubiecto?

POſtquàm Doctor ſupra, quæſiuit de vniuerſali quantum ad eius eſſe quidditatiuum, ac obiectiuum, nunc quærit quædam de ipſo, quantum ad eius eſſe ſubiectiuum: & hoc iure quia ſicut eſſe quidditatiuum præcedit eſſe ſubiectiuũ, ita conſiderare vniuerſale ſecundum illud eſſe, præcedit conſiderationem eius ſecundum aliud eſſe. Et ex hoc patet ordo harum trium quæſtionum ad præcedentes.

Ordo uero ad quæſt. 12. manifeſtabitur ibidem.

Ordo autem harum quæſtionum inter ſe, talis eſt, cum enim eſſe accidentis in ſubiecto præcedat prædicationem accidentis de ſubiecto, ideo prius quærendum eſt de ſubiecto vniuerſalis, an ſcilicet, ſit res, vel intellectus.

Et cum quælibet propoſitio per ſe ſit vera, & non è conuerſo, ex primo poſter. cõmunioraque debeant anteponi ex proœmio Phy. ideo prius erat, quærendum, an propo-

propoſitiones in quibus prædicatur intentio de re, ſint veræ, quàm quæratur, an ſint per ſe.

Quare autem, Doctor has quærat quæſtiones? dicendum hoc ideo feciſſe, vel vt remoueat errorem quorundam exiſtimantium intentiones eſſe ſubiectiuè in intellectu, eo quoniam intellectus non agit extra mitendo.

Vel vt cognoſcamus qualis eſt prædicatio intentionis de re an ſcilicet ſit denominatiua intrinſeca, an extrinſeca; quod enim intentio prædicetur denominatiuè de re, dictum fuit ſupra, ſi autem non eſſet in re vt in ſubiecto, non prædicaretur denominatiuè intrinſecè de ipſa re, vt ex dictis prima, & ſecunda quæſtione manifeſtum eſt.

Tribus rationibus oſtendit vniuerſale non eſſe in intellectu.

Arg. 1. ad oppoſitū. Prima quarum innititur cuidam vulgatæ propoſitioni, deſumptæ ex text. 70. ſecundi phyſicorum. Quæ eſt quod materia, & efficiens coincidunt, cum igitur intellectus ſit cauſa efficiens vniuerſalis, ac ſecundarum intentionum, non erit eius materia vel ſubiectum, tale ergo erit ipſa res. Nota quod iſta ratio poteſt facillime ſolui per ea, quæ habet Doctor. 1. diſtin. 3. quæſt. 7. & 2. diſtinct. 25. & infra. quæſt. 35. Vbi vult propoſitionem Ariſtot. eſſe veram de materia, quæ eſt ſubiectum transmutationis, ſeu de materia prima, & de efficiente per tranſmutationem.

Materia & efficiens nō coincidunt. Vel ſaltem tantum eſt vera de efficiente vt diſtinguitur contra agens: non autem habet illa propoſitio veritatem de ſubiecto accidentis, nec de agente.

Modo tenentes intellectum eſſe ſubiectum ſecundarum intentionum; dicerent quod eſt agens, & non faciens reſpectu ipſarum.

Arg. 2. ad oppoſitū. Secundo argumentatur auctoritate Cōment. primo de anima Comment. 8. dicentis.

Obiectionis dilutio. Quod intellectus eſt qui facit vniuerſalitatem in rebus, ergo vniuerſalitas quæ eſt ſecunda intentio eſt in re, & non in intellectu.

Quod ſi obiicias quia intellectus non eſt potentia factiua, ergo non poteſt cauſare intentionem in rebus.

Dico intellectum non eſſe potentiam factiuam quantum ad ſpecies, actus, & habitus.

Secus verò eſt quantum ad ſecundas intentiones.

Vel aliter dicas quod licet intellectus cauſet intentionem in rebus, non tamen ſequitur quòd ſit potentia factiua, quia ipſam non cauſat in rebus, vt habent eſſe extra, ſed vt habent eſſe in intellectu, vt ex infra dicendis erit manifeſtum.

Tertio arguit ſic. Accidens eſt in illo vt in ſubiecto, quod denominat intrinſecè & formaliter, ſed vniuerſale eſt accidens, denominatque intrinſecè: & formaliter rem ipſam, & non intellectum, ergo vniuerſale eſt in re vt in ſubiecto. Vel ſic erigatur ratio. Arg. 3. ad oppoſitū.

Quicquid intrinſecè, & formaliter denominatur ab aliquo accidente eſt ſubiectum eius, at res ipſa, & non intellectus denominatur intrinſecè, & formaliter ab vniuerſali, quod eſt accidens, ergo ipſa res, & non intellectus eſt ſubiectum vniuerſalis.

Et ſi dicas vniuerſale denominare extrinſecè, & non intrinſecè rem ipſam.

Contra quod libet accidēs quod aliquid extrinſecè denominat, aliquo modo intrinſecè denominat id in quo eſt, ſicut in ductiuè patet in omnibus, nam à viſione obiectum dicitur extrinſecè viſum, & oculus intrinſecè, & formaliter dicitur videns; & à cognitione obiectum dicitur extrinſecè cognitum, & intellectus dicitur intrinſecè, & formaliter cognoſcens, quod ſimiliter videtur eſſe verum in omnibus aliis; igitur ſi vniuerſale denominaret extrinſecè ipſam rem, denominaret aliquo modo intrinſecè intellectum, quod tamen videtur eſſe falſum.

Et ſi dicas quod intellectus dicitur comparans, & conferens, ſed comparatio eſt ſecunda intentio.

Dico quòd ſecunda intentio eſt operatio conſequutiuè ſeu præſuppoſitiuè, & non formaliter, vt alibi diximus. Secūda intentio qūo eſt comparatio.

In corpore quæſtionis duo facit. Primo declarat quomodo vniuerſale eſt in re, & in intellectu. Secundo ponit quoddam aureum notabile, vt declaret ſecundum quod eſſe rei, vniuerſale eſt in ipſa re. Corpus quæſt.

Pro intellectu primi duo ſunt notanda.

Vniuerſale quo tupliciter.

Primo quòd vniuerſale eſt in re dupliciter, ſcilicet originatiuè, & ſubiectiue Primum patet ex quæſt. 4. nam mouetur intellectus à proprietate ipſius rei ad cauſandam intentionem. Secundum probatur hic à Doctore reaſſumendo vltimam rationem ad oppoſitum; vniuerſale namque denominat rem, & non intellectum.

Secundo notandum; quod aliquid poteſt eſſe in intellectu tripliciter, ſcilicet effectiuè, ſubiectiuè, & obiectiuè.

Eſſe in intellectu quo tupliciter.

Illud dicitur eſſe in intellectu effectiuè, quod cauſatur ab intellectu, vt ſunt ſecundæ intentiones, ſpecies intelligibiles, actus, & habitus, qui naturaliter ſunt in intellectu: vnde ſpecies, actus & habitus, qui infunduntur à Deo, non ſunt in intellectu effectiuè.

Illud eſt in intellectu ſubiectiuè, quod eſt in intellectu vt in ſubiecto, vt ſunt ſpecies, actus, & habitus.

Ex his ſequitur quod quicquid eſt in intellectu ſubiectiuè, eſt etiam in intellectu effectiuè, dummodo illud ſit ab agente naturali.

Non autem eſt verum è conuerſo, nam intentiones ſecundæ ſunt in intellectu effectiuè, & non ſubiectiuè. Eſſe in intellectu obiectiuè contingit dupliciter.

Eſſe ĩ intellectu obiectiuè quo tupliciter.

Vno modo habitualiter, ſeu in actu primo, quod tunc eſt quando obiectum eſt præſens intellectui per ſpeciem intelligibilem, quæ vice obiecti poteſt immediatè mouere intellectum.

Alio modo actualiter, ſeu in actu ſecundo; quod tunc eſt quando obiectum terminat actum intellectus, qui eſt de genere qualitatis: & hoc vltimo modo aliquid dicitur eſſe in intellectu vt cognitum in cognoſcente.

Ex his patet prima pars corporis huius quæſtionis.

Ibi. Secundum tamen. &c. Ponit quoddam notabile, propter id, quod iam dictum eſt.

Et dicit, quod ſignificatum termini cõmunis, ſignificantis veram naturam, tripliciter poteſt conſiderari.

Pro intellectu huius literæ tria ſunt notanda.

Terminus cõis quid.

Primo, quòd terminus communis eſt cui; quantum eſt ex parte ſuæ ſignificationis, non repugnat verificari de pluribus, eſſentialiter diſtinctis, pro diuerſis ſupponentibus, vniuocè, & diuiſim, mediante copula non ampliata.

Primo dicitur. Quantum eſt ex parte ſuæ ſignificationis, propter iſtos terminos Deus, Sol, Luna, ac conſimiles; quia iſtis terminis; quantum eſt ex parte ſuarum ſignificationum, non repugnat de pluribus verificari: quod enim non verificentur de pluribus, hoc prouenit ab extrinſeco.

Deus, Sol, & Luna, ſunt termini cõmunis.

Et ſi obiicias per Doctorem primo diſtinctione, quarta, quæſtione ſecunda dicentem, quod in iſta propoſitione. Pater, filius, & Spiritus ſanctus eſt Deus, prædicatur quaſi commune de per ſe ſuis ſuppoſitis, igitur Deus non eſt terminus vere communis.

Obiectiones dilutio.

Dico Doctorem addere ly quaſi, non quia Deus non ſit terminus verè communis, ſed quia non eſt communis eo modo quo ſpecies dicitur communis ſuis inferioribus.

Dicitur vlterius verificari de pluribus, & non prædicari, quia verificari eſt verè ac affirmatiuè prædicari: vnde licet ſortes poſſit falſe prædicari de pluribus, vt dicendo Plato eſt ſortes, Irenęus eſt ſortes, non tamen verè de illis dicitur: & quamuis etiam verè prædicetur de pluribus negatiuè, vt patet dicendo Plato non eſt ſortes, Irenęus non eſt ſortes: non tamen prædicatur de illis verè ac affirmatiuè.

Verificari quid.

Dicitur eſſentialiter diſtinctis, propter iſtum terminum eſſentia diuina, qui prædicatur de pluribus realiter diſtinctis, & tamen non eſt terminus communis, ſed ſingularis, vt dicit, Tataretus in ſummulas Petri Hiſpa. tracta. primo. Scotus tamen primo diſtinctione ſecunda, quæſtione quarta folio octuageſimoſexto colum. tertia dicit, quod eſſentia habetur rationem qualis cuius: vbi videtur velle quod eſſentia non ſit propriè terminis ſingularis ſed potius terminus eſſentialis, ſeu communis.

Eſſentia diuina an terminus cõis.

Dicitur, pro diuerſis ſupponentibus, quia & ſi ſortes poſſit verificari de aliquo homine, de

ne,de aliquo animali,de aliquo corpore,& de aliqua ſubſtantia,quia omnes iſtæ ſunt veræ,aliquis homo, aliquod animal, aliquod corpus, & aliqua ſubſtantia eſt ſortes:non tamen ſequitur ſortem eſſe terminum communem, quia omnia iſta ſupponunt pro eodem in illis propoſitionibus. Aut quia(vt alii dicunt) ſortes non prædicatur de illis directè.

Dicitur vniuocè, quia ſortes prędicatur de hoc,& de illo ſorte æquiuocè. Dicitur diuiſim,propter iſtud aggregatum ſortes, & Plato,poteſt enim coniunctim prædicari de pluribus,ſed diuiſim, ſeu in diuerſis propoſitionibus,non poteſt.

Dicitur vltimo mediante copula non ampliata,quia ſortes mediante copula ampliata poteſt de pluribus uerificari. Vt cum dicimus Plato imaginatur eſſe ſortes,& Petrus imaginatur eſſe ſortes.

termini quotup. dr̃ cõis. Secundo notandum,quod aliquis terminus dicitur communis dupliciter,aut ſcilicet in ſignificando,aut in ſupponendo. Ille terminus eſt communis in ſignificando, qui eſt ſignificatiuus plurium, vniuocè, & diuiſim, & hoc modo chimera dicitur terminus communis,nam ſignificat multa im poſſibilia.

chimera quomõ terminus cõis. Ille verò terminus dicitur communis, in ſupponendo,cui ex modo ſuæ ſignificationis non repugnat ſupponere pro pluribus,& hoc modo chimera, ac nomina ſignificantia non entia, nequaquam appellari poſſunt termini communes.

Doctor loquitur de termino communi in ſupponendo, qui dicitur ſignificare ueram naturam,ſeu veram entitatem,ad differentiam termini communis primo modo qui non neceſſario ſignificat ueram naturam,ſicut patet de chimera, & de aliis terminis ſignificantibus non entia.

Et hoc modo termini communes ſecundarum intentionum dicuntur ſignificare veram naturam, quia ſignificant ueram rem, accipiendo rem pro omni poſitiuo, quod eſt extra nihil.

Pro quo uide formalitates Sirecti art.de identitate ex natura rei.

Vide etiam in ſequenti quæſtione, quomodo natura, quandoque accipitur pro entitate.

Io.Anglicus dicit,quod per ueram naturam doctor intelligit rem,uel quidditatem extra intellectum,quę ſcilicet non eſt facta per intellectum. Vltimo notandum doctorem dixiſſe,ſignificatum termini communis,& non terminum communem, contra nominales,vt notat Mauritius.

Ibi.Vno quidem modo &c.Ponit primũ membrum acceptionis termini communis. Pro cuius intellectu duo ſunt notanda. Primo quod eſſe,quod habet ſpecies,& quodlibet commune in ſuppoſitis, ſeu indiuiduis, uocatur eſſe materiale ſimilitudinarie (vt dicit Mauritius) quia ſicut materia eſt ſuſceptiua omnium formarum,ita commune ſecundum eſſe quod habet in indiuiduis non abſtrahendo ab exiſtentia actuali eſt ſuſceptum omnium accidentium realium communium:quæ primo inſunt indiuiduis:deinde ſuperioribus, vt habent eſſe in illis:ut patet de albedine, quæ primo dicitur de ſorte,ſecundario de homine, ac animali;vnde non eſt vera homo eſt albus, niſi quia aliqua ſingularis eſt vera: quod poſtea non eſt uerum de iſta propoſitione homo eſt riſibilis, quia quando eſt veritas pro primis ſignificatis terminorum, non oportet quærere ueritatem in aliis, in quibus includuntur iſta ſignificata:ſicut quando conſequens habet propriam ueritatem, non oportet q̃rere veritatẽ eius p̃ciſe pro aliquo antecedente.Hæc Scot.1.d.4.quę.2. regula Scoti.

Secundo notandum quòd terminus cõmunis,ſumptus ſecundum eſſe materiale, ſupponit perſonaliter. Patet, nam quilibet terminus communis ſumptus pro ſuis inferioribus ſupponit perſonaliter, ut patet ex definitione ſuppoſitionis perſonalis,ſed terminus communis, conſideratus ſecundum eſſe materiale, eſt huiuſmodi, ergo &c.

Ibi.Secundo modo,&c.Ponit ſecundam acceptionem termini communis. Pro huius litteræ intellectu notandum primo qđ conſiderare aliquid abſolutè, ſeu præciſe ſecundum eſſe quidditatiuum, eſt conſiderare illud in eſſe abſtracto ab eſſe hic, & nunc,ab omni duratione, neceſſitate, contingentia,ab eſſe in anima, & ab eſſe extra animam,& ab omnibus talib.teſque ſecundum iſtud eſſe dicitur ingenerabilis, incorruptibilis,ac æterna. eſſe q̃ddtatiuũ quid.

Secundo notandum quod Paulus, &

Bargius

Bargius in primum ſententiarum Scoti d 4.q.2.dicunt,quod omnis terminus communis captus pro ſuo principali ſignificato ſupponit ſimpliciter:ſed captus pro ſuppoſitis ſupponit perſonaliter, & ideo Bargius corrigit Mauritium dicentem hic, qđ termino communi ſumpto ſecundum eſſe quidditatiuum conuenit ſuppoſitio perſonalis:hoc namque exiſtimat eſſe falſum,q̃a talis terminus communis accipitur tunc pro ſuo principali ſignificato.

error ac Bargii. Sed iſti decipiuntur. Tum quia ad hoc vt terminus communis ſupponat ſimpliciter,non ſufficit quod ſupponat pro ſuo ſignificato primario,ſeu principali,ſed requiritur vlterius quod accipiatur reſpectu prædicati ponentis differentiam inter ſuperius & inferius.

ſuppoſitio perſonalis. Tum quia ſuppoſitio perſonalis (vt ait Tataretus in ſummulas Petri Hiſpa) eſt acceptio termini in propoſitione pro ſuo ſignificato primario,ſed pro ſuis ſignificatis ſecundariis,reſpectū prædicati non ponentis differentiam inter ſuperius & inferius. Illud autem prædicatum dicitur ponere differentiam inter ſuperius &: inferius, quod conuenit ſuperiori, & non inferiori, vel è contra.

Ex his igitur patet quod terminus communis ſignificans aliquid in eſſe quidditatiue, ſupponit perſonaliter, ut cum dicimus,hominem eſſe animal; nã ne dum poteſt ſupponere perſonaliter cum accipitur pro ſuis ſignificatis ſecundariis, ſeu pro ſuis inferioribus, ſed etiam cum accipitur pro ſuo ſignificato primario.

Ibi.Tertio modo &c. Ponit tertiam acceptionem ſignificati termini communis. Pro huius literæ intelligentia tria ſunt declaranda.

Primo quid doctor intelligat per formam intelligibilem. Secundo de quo eſſe cognito loquitur. Tertio quomodo terminus, cuius ſignificatum conſideratur hoc tertio modo,ſupponit.

forma intelligibilis qđ Quantum ad primum dicit Mauritius quod per formam intelligibilem doctor intelligit ſpeciem, ſeu repreſentatiuum quo apprehenditur ab intellectu tale ſignificatum.

Sed melius poſſumus dicere, quod cum forma ſit ratio intelligendi, ac cognoſcendi,ut colligitur ex 9. meta. tex. comm 20. ideo quælibet ratio,per quam, & ſub qua aliquid concipitur,poteſt uocari forma intelligibilis:cum igitur per proprietates vel ſub proprietatibus,a quibus mouetur intellectus ad cauſandum intentiones ſecundas, res ipſæ concipiantur, idcirco illæ proprietates dicuntur formæ intelligibiles: & ita eſſe communicabile pluribus, ac aliæ huiuſmodi proprietates appellantur hic à doctore formæ intelligibiles.

Quantum ad ſecundum dico, quod eſſe cognitum formaliter poteſt accipi dupliciter. Vno modo vt diſtinguitur contra eſſe cognitum fundamentaliter ſumptum. eſſe cognitum quotup.

Alio modo vt diſtinguitur contra eſſe cognitum obiectiuè. Eſſe cognitum formaliter primo modo importat ens rationis, & diminutum: eſſe autem cognitum fundamentaliter dicit eandem quidditatem q̃ eſt in re,ut dicit Franciſcus de Mayr. q. 10. prologi.

At eſſe cognitum formaliter ſecundo modo eſt ipſa cognitio: & eſſe cognitum obiectiuè eſt res cognita.

Ex his patet quod litera poteſt exponi hoc modo, ſignificatum termini communis poteſt conſiderari,ut per formam intelligibilem(ideſt per aliquam proprietatem) ab intellectu apprehenditur; quod (apprehendi ab intellectu, ſeu quæ apprehenſio) eſt eſſe cognitum (ideſt in ipſa cognitio.) Poteſt etiam ſic exponi, quod apprehendi eſt eſſe cognitum:ideſt ad quod apprehendi ſequitur eſſe cognitum obiecti. litera exponitur

Tertiò notandum quod terminus communis ſignificans aliquid vt habet eſſe cognitum,ac comparatum,ſupponit ſimpliciter. Eſt autem ſuppoſitio ſimplex acceptio termini communiter tenti, pro ſuo ſignificato primario,reſpectu alicuius termini ponentis differentiam inter ſuperius, & inferius. Et ita dicendo homo eſt ſpecies, animal eſt genus, homo eſt animal ſupponũt ſimpliciter. ſuppoſitio ſimplex qđ

Notandum tamen quòd ſi terminus cõmunis ſumatur in numero plurali, uel cum ſigno uniuerſali, ſeu particulari, uel pro ſignificato ſecundario,vel reſpectu prędicati non ponentis differentiam inter ſuperius & inferius,nunquam ſupponit ſimpliciter.

Vnde

Vnde in iſtis propoſitionibus, homines ſunt ſpecies; nullus homo eſt ſpecies: ly homo non ſupponit ſimpliciter, ſed potius perſonaliter.

Ex his omnibus patet, quod idem terminus communis poteſt diuerſimodè ſupponere, ut patet de homine in iſtis propoſitionibus. Homo currit, Homo eſt animal. Homo eſt ſpecies: nam in duabus primis ſupponit perſonaliter, in vltima ſimpliciter.

Et ſi quæras quomodo cognoſcitur ſubiectum ſupponere hoc, vel illo modo? Dico quod hoc cognoſcitur ex prædicato, quia talia ſunt ſubiecta quantum ad ſuppoſitionem, qualia permittunt, ſeu exigũt prædicata.

Significatũ termini ſingularis hic triplex eẽ. termin⁹ diſcret⁹ põt ſupponere dupliciter.

Quæret fortè quiſpiam, an hoc triplex eſſe, ſcilicet materiale, quidditatiuum, & cognitum, conueniat ſignificato termini ſingularis; & an ſuppoſitio perſonalis & diſcreta conueniat termino diſcreto? Dico quòd ſignificatum termini ſingularis tunc conſideratur ſecundum eſſe materiale, quã do conſideratur vt eſt indiuiduum circunſtantionatum, videlicet vt eſt exiſtens, ut hic, & nunc, & cum aliis huiuſmodi, & ſic ei primo conueniunt accidentia communia: & terminus, cuius eſt tale ſignificatũ, ſupponit perſonaliter diſcrete. Vt dicendo ſortes eſt albus. Iſte homo eſt albus. Ens quod eſt ſortes eſt albus: vnde ly ens tenetur diſcrete.

Quando autem conſideratur ut tantum includit differentiam indiuidualem; ſic conſideratur ſecundum eſſe quidditatiuũ, quia ſic abſtrahit ab exiſtentia actuali, ab eſſe hic & nunc, & ab aliis huiuſmodi, reſpondeturque directè in prædicamento. Terminuſque, cuius eſt tale ſignificatum, ſupponit perſonaliter, vt dicendo quidam homo eſt riſibilis, hæc albedo eſt color.

Quando autem conſideratur vt habet eſſe cognitum, ſeu comparatum, & accipitur reſpectu prædicati ponentis differentiã inter ipſum, & ſuum ſuperius, tunc terminus diſcretus; cuius eſt tale ſignificatum, ſupponit ſimpliciter: vt cum dico, hæc albedo eſt indiuiduum; hic aſinus eſt ſuppoſitum; ſortes eſt perſona; & ſic de alijs.

Arg. 1. princip.

Tribus rationibus arguit pro altera parte, prima quarum ſic erigatur. Omne accidens, quod eſt in re, denominat indiuiduum, ſed uniuerſale non denominat indiuiduum, quia iſta eſt falſa, indiuiduum eſt vniuerſale, ergo uniuerſale non eſt in re.

Maior probatur, quia omne accidens, quod eſt in re, eſt proprium, vel commune. Si eſt proprium, ineſt indiuiduis, & de illis prędicatur, licet non primo. Patet, quia propriũ per ſe primo ineſt ſpeciei, ac de illa prædicatur, ergo ineſt omni indiuiduo illius ſpeciei, ac de illis prędicatur.

Conſequentia probatur, nam per ſe præſupponit de omni ex primo poſter. text. 8. q. & 11. cum igitur proprium prædicetur per ſe de ſpecie, prædicabitur de omni contento ſub illa ſpecie. Si autem accidens quod eſt in re ſit accidens commune, illud ineſt primo indiuiduis. Ergo omne accidens, quod eſt in ré, ineſt indiuiduis, ac de illis prædicatur.

Reſp. ad 1. argũ. princip.

Reſpondet concedendo maiorem de accidente reali: de quo etiam procedit eius probatio, tale namque accidens ineſt naturæ ſecundum eius eſſe materiale, & ideo ineſt indiuiduis, modo vniuerſale non eſt accidens reale, nec ineſt rei ſecundũ eius eſſe materiale. Sed hic eſt difficultas, uidetur enim doctorem uelle, quod proprium inſit rei ſecundum eſſe materiale, quod tamẽ eſt falſum, quia aliter iſta propoſitio non eſſet primo vera, homo eſt riſibilis: ſed ſicut iſta, homo eſt albus, eſt vera, quia ſortes eſt albus, ita iſta homo eſt riſibilis, eſſet vera, quia ſortes eſt riſibilis; unde tam riſibilitas, quàm albedo ineſſent homini ſecundum idem eſſe.

Propriũ ſm qđ eſſe ĩeſt homini.

Dico quòd proprium ineſt rei ſecundũ eius eſſe quidditatiuum: nec doctor oppoſitum huius dicit: vult enim habere, quod accidens reale, tam commune, quam proprium ineſt naturę, ſecundum eſſe materiale; ideſt non repugnat ineſſe naturæ ſecundum eſſe materiale; quod poſtea non eſt verum de vniuerſali, ac de aliis ſecundis intentionibus, illis namque repugnat ineſſe naturæ ſecundum eius eſſe materiale. Et ita ly ſecundum non debet accipi reduplicatiuè, quaſi eſſe materiale ipſius naturę ſit ratio quare omnia accidentia realia inſint naturæ. Sed ſpecificatiuè, quia vt dixi nullum accidens reale repugnat na-

turæ,

turæ, conſideratæ ſecundum eſſe materiale.

2. argũ princip. Secunda ratio principalis ſic erigatur. Nihil cauſatum ab intellectu extra ipſum mittitur, ſed uniuerſale eſt cauſatum ab intellectu, cum ſit quędam ſecunda intentio, ergo vniuerſale non eſt in ſubiecto aliquo extra intellectum.

Maior probatur dupliciter. Primo quia nulla uirtus paſſiua agit extramittendo; ſed intellectus eſt virtus paſſiua. 3. de aĩa. tex.com.5. & inde, ergo intellectus non agit mittendo aliquid extra ſe. Secundo probatur a ſimili, nam ſenſus eſt virtus paſſiua, & nihil extra ſe mittit, ut ait Philoſo. primo Topic.

Quod autem ſenſus ſit virtus paſſiua manifeſtè patet ex 2. de anima. tex. comm. 51.59 60. ac alibi. Quod aut non agat extramittendo patet ex 2. de anima. tex.com. 118. ubi Philoſophus dicit. Quod ſentire eſt aliquod pati: & in eodem 2. de anima. tex.comm. 140. ait. Quod quemadmodum actio & paſſio ſunt in patiente, ita actio ſenſuum, & ſenſibilium ſunt in ſentiente.

Reſp. ad 2. argũ princip. Reſponſio eſt diſtinguendo de proprietate, quę duplex eſt, quædam realis, qua res realiter dicitur tranſmutari, quando ratione eius aliter ſe habet nunc quam prius, vt eſt de albedine, qua paries de non albo fit albus.

propriectas dup. Quædam eſt proprietas rationis, qua res dicitur tranſmutari tranſmutatione rationis, quando de non habente fit habens, vt eſt de modo intelligendi, ac ſignificãdi, & vniuerſaliter de quolibet ente rationis, vt quando aliquid de non vniuerſali in actu, fit vniuerſale in actu, & de non conſignificante, fit conſignificans, & de non eſſe cognito tranſmutatur ad eſſe cognitum.

trãſmutatio duplex. Tunc dicendum quod nulla virtus paſſiua, imo nec actiua (accipiendo actiuum vt diſtinguitur contra factiuum) agit extramittendo, ſeu cauſando in aliquod realiter diſtinctum, aliquam proprietatem realẽ, qua res realiter tranſmutetur; agere enim hoc tantum conuenit virtuti factiuæ.

Poteſt tamen virtus paſſiua, quæ aliquo modo eſt actiua, cauſare aliquam proprietatem rationis in aliquo diſtincto a ſe ipſa, qua proprietate res dicatur tranſmutari tranſmutatione rationis. Licet ergo intellectus cauſet intentionem in re, non tamen ſequitur quod ſit virtus factiua.

Ibi. Poteſt tamen aliquam &c. Pro intellectu huius literæ notandum, intentionem doctoris non eſſe, quod illa proprietas, quę eſt ſecunda intentio (quam intellectus attribuit rei) ſit formaliter habitudo rei ad intellectum; nam ſecunda intentio eſt habitudo rei cognitæ ad rem cognitam, & non rei ad intellectum, ut alibi magis declarauimus. intentio 2ª no eſt habitudo rei ad intellectum.

Debet igitur litera exponi præſuppoſitiuè, ita ut ſenſus ſit. Intellectus poteſt attribuere rei aliquam ſecundam intentionem, quæ dicit (ideſt quæ præſupponit) habitudinem rei ad intellectum, quia intentio non fundatur in re niſi ſit cognita.

Ibi. Sicut attribuit, &c. Notandum, ut alibi diximus, quod intellectus attribuit dictioni (quę eſt uox ſignificans) modos ſignificandi actiuos, per quos vox ſignificãs fit conſignificans, nam dictio per modos ſignificandi, tanquam per principium formale, fit pars orationis.

Vltima ratio ſic erigatur. Intelligibile non eſt extra intellectum, ergo nec modus intelligendi, ſed vniuerſale eſt modus intelligendi, ergo &c. Accidens probatur nam ex intelligibili & intellectu fit uerius vnũ, quam ex materia & forma, ſed forma non eſt extra materiam, igitur nec intelligibile eſt extra intellectum. 3. argũ princip.

Aſſumptum eſt Commen. 3. de anima. com. 5. vbi ſoluendo ſecundam quæſtionem ibi motam habet hæc verba Et eſt manifeſtum quod materia, & forma copulantur adinuicem, ita quod aggregatum ex eis ſit unicum, & maxime intellectus materialis, & intẽtio intellecta in actu, quod enim componitur ex eis nõ eſt aliquod tertium aliud ab eis, ſicut eſt de aliis compoſitis ex forma. Hęc ille.

Reſpondendo duo facit, primo excludit ſenſum falſum quem poſſunt habere verba Commen. Secundo ponit ſenſum uerum. Dicit igitur dictum Commen. non poſſe exponi quãtum ad compoſitionem, ita vt ex intellectu, & intelligibili fiat verius unum compoſitum, quam ex materia & forma; quia aliter intellectus eſſet compoſitus Reſp. ad 3. argũ princip.

poſitus ex quidditatibus omnium rerum ſenſibilium.

Non enim videtur hoc ſequi, ſicut nec ſequitur, ex corpore, & anima rationali componitur homo, ergo corpus componitur ex anima rationali.

Reſpondet Io. Anglicus, aitque doctorem loqui de compoſitione cum his, & & tunc ſenſus eſt, quod intellectus componeretur cum quidditatibus omnium ſenſibilium.

intellectus materialis quid.

Aliter dico quod duplex eſt intellectus, ſcilicet materialis, ſeu poſſibilis, qui ſecundum Auer. vbi ſupra, copulatur intentioni intellectæ. Alius eſt intellectus in habitu, qui eſt intellectus materialis perfectè informatus intentionibus rerum materialium abſtractis per intellectum agentem, & ita intellectus in habitu conſtituitur ex intellectu materiali, & intentionibus abſtractis, uel imaginatis.

intellectus in habitu quid.

Dicit ergo doctor quod ſi ex intellectu materiali & intelligibilibus fieret uerius vnum compoſitum, quam ex materia & forma, ergo intellectus in habitu eſſet compoſitus compoſitione ex his, ex quidditatibus omnium rerum ſenſibilium. Quod eſt inconueniens dicere, cum hoc ſit conſonum opinioni Empedoclis, & ſequacium, exiſtimantium animam realiter eſſe compoſitã ex omnibus.

Ibi. Sed intelligendum eſt &c. Ponit uerum ſenſum verborum Commenta. quem modum exponendi inſequitur Marcus Antonius Zimara in ſolutione ſextę contradictionis commen. 5. tertii de anima. Pro huius literæ intellectu notandum, quod per intellectum in actu, doctor intelligit intellectum poſſibilem, ut eſt in proxima diſpoſitione, ut poſſit ſe intelligere, non eſt autem in proxima diſpoſitione ante intelligere aliorum. 3 de anima. tex. comm. 5. Sed cum fuerit in actu ſecundum unumquodque intellectorum, ipſe ſe ipſum intelliget, tex. comm. 5. cognitis enim imaginalibus cognoſcit quaſdam rationes communes immaterialibus, & materialibus, & poſtea reflectẽdo, cognoſcit ſe ſub illis rationibus communibus, ut ait Scotus. 2. diſtinct. tertia. q. 8. ac alibi.

ĩtellect⁹ in actu quid.

Vult igitur doctor quod ex intellectu & intelligibili fiat uerius vnum quantum ad prædicationem, quam ex materia & forma, quia quando intellectus eſt in actu reſpectu aliorum intelligibilium, ipſe eſt intelligibilis a ſe ipſo: at quando materia eſt in actu reſpectu formę, nunquam tamen poteſt uocari forma, intellectus autem appellatur intelligibilis.

QVÆSTIO X. Vniuerſalium.

Homo eſt vniuerſale an ſit vera?

ordo qõnis.

QVoniam ad eſſe intentionis in re, ſequitur prædicatio eiuſdem intentionis de ipſa re, ideo quærit doctor de veritate huius, homo eſt uniuerſale, ac conſimilium, in quibus prædicatur intentio de re, & hoc poſtquam quæſiuit de eſſe intentionis in re ipſa.

obiectio

Quod ſi obiicias, quia dici de prius conuenit intentionibus, quam eſſe in, ut alibi diximus, igitur prædicari de re prius conuenit intentionibus, quam eſſe in re, & ideo prius quærendum erat de prædicatione intentionis de re, quam de eſſe intentionis in re.

dilutio.

Reſpondeo, & dico, quod prædicari ſignatè prius conuenit intentionibus quam eſſe in; vnde dici de ſpecie prius conuenit generi, quam eſſe in ſubiecto. Secus autem eſt de prædicatione exercita, qua intentio dr̃ de re in qua eſt ſubiectiuè, unde prius conuenit generi eſſe in animali, quam dici de animali: cum igitur hic ſit ſermo de prędicatione exercita, qua intentio de re prædicatur: ideo manifeſtum eſt nos uerè aſſignaſſe rationem ordinis huius quęſtionis ad præcedentes.

Quare autem prius de veritate, quam de perſeitate harum propoſitionum doctor quærat.

Dico

finitio quidditatiuè dicitur de illo, & è cõuerſo, ut patet de homine ac eius definitione: ſi autem definitum dicitur denominatiuè tantum de aliquo, ſimiliter definitio eodem modo dicitur de illo, ut patet de albedine, ac eius definitione, quæ eodem modo prædicantur de pariete.

Si ergo definitio & definitum inſunt alicui, & dicuntur de illo eodem modo, igitur uerificantur de aliquo, prout illud ſupponit eodem modo. Et ideo cum definitio intentionis inſit rei, vt res habet eſſe cognitum, & verè dicatur de re, vt res ſupponit ſimpliciter, hoc idem dicendum erit de intentione.

obiectio Ibi. Contra hoc &c. Obiicit oſtendendo, quod ſpecies inſit homini, & de illo dicatur vt ſupponit perſonaliter, & non ut ſupponit ſimpliciter. Nam ſpecies ineſt homini, ſecundum quod homo dicitur de pluribus differentibus numero in quid, quia definitum & definitio inſunt alicui, & de illo dicuntur eodem modo; Sed homo non dicitur de differentibus numero in quid, niſi ſecundum quod eſt in illis, & hoc eſt ſecundum eſſe materiale, quia eſſe hominis in indiuiduis, eſt eſſe eius materiale, ut patet ex præcedenti quæſtione. Ergo illa propoſitio, homo eſt ſpecies, eſt uera primo modo accipiendo hominem, ſ. ut ſupponit perſonaliter.

rñſio. Ibi. Ad hoc dico &c Reſpondet doctor, dicitque illud aſſumptum (quod. ſ. ſpecies ineſt homini ſecundum quod homo prædicatur de indiuiduis) poſſe intelligi dupliciter. Vno modo loquendo de prædicatione ſignata. Alio modo de prædicatione exercita.

Primo modo aſſumptum eſt uerum, nã prædicari ſignatè non ineſt homini, niſi ſumpto ſecundum tertiam acceptionem, & hoc eodem modo ineſt ſibi ſpecies: & ita ſpecies ineſt homini, ſecundum quod prædicatur &c. id eſt ſecundum illud eſſe, ſecundum quod conuenit ſibi prædicari ſignate de indiuiduis.

Secundò verò modo aſſumptum eſt falſum, quia homo prædicatione exercita nõ dicitur de indiuiduis, ſeu ſuppoſitis, niſi ſecundum quod eſt idem illis, quia identias ſortis & hominis eſt cauſa quando hęc eſt uera, ſortes eſt homo, ſed ſpecies non ineſt homini vt eſt idem indiuiduis, ut patet ex præcedenti queſtione.

Sed contra hoc obiicitur, nam ſi ſpecies ineſt homini non ſecundum quod eſt idẽ ſuppoſitis, ergo homo non eſt idem ſuppoſitis: conſequens falſum, igitur eſt accidẽs Conſequentia patet, quia ſi homo eſſet idẽ ſuppoſitis, ſpecies non poſſet ſibi ineſſe, niſi ut idem illis. obiectiones.

Item homo eſt idem formaliter ſuppoſitis, ergo ſibi non ineſt ſpecies ut abſtrahit a ſuppoſitis: Nihil enim ineſt alicui vt abſtrahit ab illo quod eſt ſibi idem formaliter, cum talis abſtractio non ſit poſſibilis.

Ad primum reſpondeo negando conſequentiam, ſicut nec etiam ſequitur, albedo ineſt homini non ſecundum quod rationalis, ergo homo non eſt rationalis, quia accidens negat rationalitatem eſſe cauſam quare albedo inſit homini. Conſequens autem negat rationalitatem ab homine. rñſio.

Aliter poſſumus reſpondere concedendo conſequentiam & conſequens, nam homo vt habet eſſe cognitum, & vt ſibi ineſt ſpecies diſtinguitur ex natura rei a ſuppoſitis, quia ſic conſideratur vt commune & abſtractum, ſub quo non licet deſcendere, unde non ſequitur homo eſt ſpecies, ergo ſortes eſt ſpecies.

Ad aliud dico, quod conſequentia non tenet. Ad cuius probationem dicendum illud eſſe uerum de abſtractione diuiſiua, nõ de præciſiua, quia ſic aliquid poteſt ineſſe alicui, ut abſtrahit abſtractione præciſiua, ab eo quod eſt ſibi idem formaliter, & maximè ſi non ſit ibi idem formaliter identitate mutua, ut eſt in propoſito de homine, & indiuiduis.

Aliter poteſt dici diſtinguendo de eſſe idem formaliter, non aliquid poteſt eſſe idẽ formaliter identitate non mutua alicui, uel terminatiuè, & ſic inferius eſt idem ſuperiori. Vel identitate formali ſibi formaliter inexiſtente, & ſic ſuperius eſt idem inferiori. eſſe idẽ formaliter alicui dup.

Tunc dico quod nihil ineſt alicui, ut abſtrahit ab illo, quod eſt ſibi idem formaliter identitate mutua, quoniam talis abſtractio uidetur impoſſibilis, inferius enim nõ abſtrahitur a ſuperiori.

Secus autem eſt de eo quod eſt idem formaliter

maliter

maliter ſecundo modo , quia illud poteſt abſtrahi ab eo cui eſt ſic idem, poteſt enim quis conſiderare animal non conſiderando hominem.

Aliter etiam poteſt dici ad primam rationem, quod hominem non eſſe idem ſuppoſitis poteſt intelligi, aut quantum ad identitatem formalem , aut quantum ad acceptionem ſeu oppoſitionem. Dictum doctoris, & id quod infertur ex ipſo , non debet intelligi primo modo , ſed ſecundo modo, homo enim vt ineſt ſibi ſpecies , non ſupponit pro indiuiduis, & ideo non eſt idem illis quantum ad ſuppoſitionem.

Argm̃ 1 princip. Tribus rationibus arguit pro parte falſa ; quarum prima ſic erigatur. Illa propoſitio affirmatiua, in qua oppoſitum prædicatur de oppoſito, eſt falſa, ſed illa propoſitio , homo eſt uniuerſale, eſt affirmatiua, & oppoſitum prædicatur de oppoſito , ergo eſt falſa:

Minor probatur, quia in illa propoſitione, in qua prædicatur non uera natura de vera natura, prædicatur oppoſitum de oppoſito, cum uera natura & non uera natura opponantur, ſic autem eſt in illa propoſitione; homo eſt uniuerſale . Probatur; cum enim ſubiectum ſupponat pro illo quod ſignificat, & homo ſignificet veram naturam, ideo homo ſupponit pro uera natura: & cum prædicatum prędicet id quod ſignificat, uniuerſaleq. non ſignificet ueram naturam, ideo prædicat nõ veram naturam.

Reſp. ad 1. princ. Reſponſio eſt negando minorem . Ad eius probationem poteſt dici, quod cõmittit fallaciam figurę dictionis propter uariationem veræ naturæ : nam quando ſumitur , cum non vera natura dicitur de vera natura , oppoſitum prædicatur de oppoſito: tunc accipitur vera natura ut ſupponit perſonaliter, vel materialiter , quia ſic uera natura, & non uera natura opponũtur, nec de ſe inuicem prædicari queunt.

Cum autem ſubſumitur , quod in iſta propoſitione homo eſt vniuerſale, non uera natura dicitur de uera natura . Tunc accipitur vera natura vt ſupponit ſimpliciter; quia ſecundum nullam aliam ſuppoſitionem, nõ vera natura, ideſt ens rationis , poteſt dici de uera natura, ideſt de ente reali. Et cum probatur , quia cum ſubiectum ſupponat pro illo, &c.

Concedo quod homo ſupponit in illa propoſitione pro vera natura , ſumpta tamen, vt habet eſſe cognitum : nam in ſuppoſitione ſimplici ſubiectum ſupponit pro illo quod ſignificat. Hæc eſt reſponſio quę poteſt colligi ex litera doctoris. In qua principaliter excludit quendam modum reſpondendi.

Pro intellectu huius reſponſionis, ac eorum quæ diximus in præcedenti quæſtione, duo ſunt notanda. Primo, quod natura quandoque accipitur ſtrictius, pro ut eſt principium mouendi , & quieſcendi in eo in quo eſt per ſe, & non per accidens: de qua Philoſophus 2. phy. natura quotup.

Quandoque verò accipitur ſtrictè, eſtq. vis, quædam inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans: de qua Theologi primo ſententiarum.

Quandoque accipitur largè, & ſic ſe extendit ad omne ens reale, ac rationis: hocque modo accipitur natura cum dicimus , talem eſſe naturam voluntatis , talem eſſe naturam generis, ac entis rationis.

Et ſecundum quod ens rationis uocatur non vera natura in comparatione ad ens reale, quod dicitur vera natura; ſicut etiam accidens in comparatione ad ſubſtantiam appellatur non ens verum , nam accidens non eſt ens, niſi quia taliter entis. 7. meta. tex. com. 2.

Quandoque etiam accipitur natura ut ſe extẽdit ad priuationem, & negationem , vt dicit Scotus in quol. q. 16. art. 3. hocque modo accipitur, cum dicimus talem eſſe naturam negationis.

Secundo notandum quod ratio poteſt aliter ſic formari enthymematicè. Si homo eſſet vniuerſale, ergo non uera natura prædicaretur de vera natura , conſequens falſum , quia aliter oppoſitum prædicaretur de oppoſito, igitur & accidens. Conſequentia patet, nam homo ſupponit pro uera natura, cum illam ſignificet, & vniuerſale p̃dicat non ueram naturam, cum illam ſignificet. aliter erigitur. 1. argm̃ princip.

Et hoc modo formando argumentum , manifeſtum erit quomodo litera doctoris eſt ad propoſitum.

Dicit enim reſpondendo quod licet uera natura poſſit ſumi tripliciter (vt dictum fuit in pręcedenti quæſtione) non tamen lrę declaratio.

propoſitio (ideſt illud antecedens, homo eſt vniuerſale) diſtinguenda eſt. Vult dicere doctor quod non debemus reſpondere diſtinguendo de homine, qui poteſt accipi, aut ſecundum eſſe materiale, aut ſecundum eſſe quidditatiuum, aut ſecundum eſſe cognitum, &c. poſtea dicendo quod ſi accipiatur in antecedente homo, vt habet eſſe cognitum, non ſequitur quod non uera natura dicatur de vera natura, quia homo ut habet eſſe cognitum non eſt vera natura, cum habeat eſſe per intellectum, imo tantum ſequitur quod non uera natura dicatur de non uera natura, quia tam vniuerſale, quam homo vt habet eſſe cognitum, non importat veram naturam. Si autem in antecedente accipiatur homo ſecundum eſſe materiale, aut ſecundum eſſe quidditatiuum, ſic bene ſequitur quod non vera natura dicatur de uera natura, & ex conſequenti op poſitum de oppoſito.

Ibi. Quia diuerſitas, &c. Reddit doctor rationem quare illa propoſitio, ſcilicet illud antecedens, non eſt diſtinguendum, & dicit, quod diuerſitas ſuppoſitionis ſtat cũ vnitate ſubiecti, & ſignificati. Pro huius literæ intellectu duo ſunt notanda.

Primo quòd cum vnitate ſubiecti, & ſignificati ſtat diuerſitas ſuppoſitionis reſpectu diuerſorum prædicatorum, quod poſtea non eſt uerum reſpectu eiuſdem prędicati, ſeu in eadem propoſitione, ut dicit Scotus. quæſtio. 13. prædicam. reſponden- do ad tertium principale. Vnde in omnibus iſtis propoſitionibus, homo eſt ſpecies, homo eſt animal, homo eſt albus, homo idem ſignificat, licet diuerſimodè ſupponat.

Nec eſt verum quod commune cum ſupponat perſonaliter ſignificet de ſuo ſignificato primario, ſua inferiora, quamuis pro ipſis ſupponat, ut docet Scotus, quęſtione octaua prædicam. reſpondendo ad ſecundum principale.

qñ propoſitio eſt diſtĩguenda. Secundo notandum, quod tunc propoſitio eſt diſtinguenda, quando reſpondens non diſtinguendo poteſt coargui, ut contingit cum ſubiectum propoſitionis eſt æquiuocum: quod patet in hoc ſyllogiſmo, canis currit, ſidus cœleſte eſt canis, ergo &c.

Cum autem reſpondens non poteſt coargui, tunc neganda eſt, vel propoſitio, vel conſequentia, quod contingit vbi eſt multiplicitas phantaſtica, ſicut eſt in fallacia figurę dictionis: cum igitur diuerſitas ſuppoſitionis tantum cauſet multiplicitatem phantaſticam, ideo propoſitiones ſillogiſmi (quarum termini idem ſignificant, & diuerſimodè ſupponunt) nõ erunt diſtinguendæ,

Ibi. Sed magis, &c. Poſtquam doctor dixit illam propoſitionem non eſſe diſtinguẽdam, quia in ea non eſt multiplex actuale, uel perſonale, qua diuerſitas ſuppoſitionis ſtat cum vnitate ſubiecti & ſignificati, qđ non eſt verum de eo quod eſt multiplex actuale, uel perſonale.

Nunc declarat, quænam multiplicitas ſit in tali propoſitione, & dicit quod eſt multiplicitas figuræ dictionis, quam appellat multiplicitatem phantaſticam, quia ex phantaſia conſiderante attribuitur dictioni, uel orationi.

Notanterque addit, ſi qua ſit, quoniam non uidetur eſſe talem multiplicitatem, niſi addatur alia propoſitio. Si enim dicatur homo eſt ſpecies, ibi nulla eſt multiplicitas: ſi autem additur, ſortes eſt homo, ibi eſt multiplicitas hominis in maiori, & in minori, quia in maiori ſupponit ſimpliciter, in minori perſonaliter.

Ibi. Eſt igitur propoſitio (ideſt homo eſt vniuerſale) ſimpliciter (ideſt abſque aliqua diſtinctione) vera, quia (eſt vera) ſecundum quod ſubiectum ſupponit (ideſt ſignificat) veram naturam.

Ibi. Vt tamen comparatur &c. Vult dicere quod accidens intentionale (puta vniuerſale) non ineſt homini ſignificanti ueram naturam ſecundum eius eſſe materiale, aut quidditatiuum, ſed vt comparatur ad intellectum, ideſt ſecundum eſſe cognitum.

Ibi. Multiplicitas enim &c. Reddit rationem quare illa propoſitio eſt ſimpliciter uera, & eſt concedenda ſine aliqua diſtinctione.

Et ratio eſt, quia multiplicitas figurę dictionis (qualis eſt multiplicitas illius propoſitionis) non eſt verè multiplicitas, ſed tantum phantaſtica, propter quam non eſt diſtinguenda propoſitio.

Et exemplum patet in litera. Per hęc ad formam argumenti patet quid eſt dicendum.

Poteſt namque concedi conſequentia, & conſequens,& cum probatur eſſe falsū, quia oppoſitum diceretur de oppoſito Po teſt dici quod non vera natura, ſeu ens rationis,ſumptum vt modus, non opponit ueię naturę, ſeu ente reali.

2. argm̄ princip. Secundo principaliter argumētatur ſic. Homo eſt ſpecies,ſpecies eſt intentio, ergo homo eſt intentio, concluſio falſa, ergo altera præmiſſarum, non minor,igitur maior. Hæc ratio poteſt confirmari per illam regulam antepredicamentalem,

Quando alterum de altero prædicatur, &c.Et per locum a ſpecie ad genus conſtitutiue,de quo namque dicitur ſpecies, de eodem dicitur etiam genus.

Reſp.ad 2. argm̄ princip. Reſpondet negando minorem, hæc enim eſt falſa, ſpecies eſt intentio, ſicut & iſta,album eſt color;nam propoſitio falſificatur propter diuerſitatem modorum ſignificandi, ut habet uideri infra quæſtione decimaſexta. cum igitur ſpecies ſit concretum, & intentio abſtractum, quia ſpecies denominatiuè, ratione modi ſignificandi importat aliud, quam faciat intentio in abſtracto,ideo propoſitio,in qua prædicatur intentio de ſpecie, non erit uera, ſicut nec illa in qua prædicatur color de albo.

Ibi. Contra &c. Obiicit inferendo ſaltem hanc eſſe ueram,homo eſt intentionale. Nam cum ſpecies ſit intentionale, & homo ſit ſpecies, ſequitur quod homo ſit intentionale.

Sicut etiam ſequitur, paries eſt albus, album eſt coloratum, ergo paries eſt coloratus:in his namque propoſitionibus non eſt diuerſitas modorum ſignificandi impediens earum ueritatem.

Ibi.Dici poteſt &c. Reſpondet quod eſt fallacia accidentis propter uariationem medij,nam ſpecies in maiori accipitur vt modus:in minori au.ē (ſcilicet reſpectu intētionis) accipitur ut quid, quia accipitur ut in ſuo genere, & quodlibet in ſuo genere eſt quid.

fallacia accn̄tis qn̄ fit. Notandum quod quotieſcunque in aliqua ratione accipitur pro medio terminus includens in ſe diuerſas rationes,qui ut cōſideratur ſub una extraneatur ſibi ipſi ut conſideratur ſub alia, & ſecundum vnam illarum rationum comparatur uni extremo,& ſecundum aliam alteri,ibi ſemper ſit fallacia accidentis: quia tunc infertur maior identitas extremitatum in concluſione, quam fuerit extremitatum cum medio in præmiſſis.

Vniuerſaliter ergo cum non adeſt vnitas medii in ſe, uel extremitatum ad medium, nō eſt ſillogiſmus,ſed paralogiſmus accidentis, vt dicit doctor, 1. diſtinctione ſecunda,quæſtione ſeptima, ſoluendo primum principale.

Sed hic eſt difficultas de ueritate harum propoſitionum ſpecies eſt intentio.Homo eſt intentionale. Videtur enim primam propoſitionem non eſſe negandam, quia cum ſpecies ſit ſecunda intentio, ut omnes concedunt,ergo erit intentio. ſpēs an ſit intētio.

Conſequentia patet tum quia arguitur a parte in modum ad ſuum totum. Tum quia arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius ſine aliquo impedimento,quia arguitur a dictione contrahente,& non a dictione diminuente,aut diſtrahente, nam ly ſecunda,non diminuit, ſed tantum contrahit rationem intentionis in communi.

Similiter ſecunda propoſitio uidetur vera,nam ſicut ſequitur homo eſt albus, igitur coloratus, ita uidetur ſequi homo eſt ſpecies,igitur eſt intentionale. Tenēt enim tales conſequentię per illam regulam ante prædicamentalem. Quando alterum de altero prædicatur, &cæt. Ad oppoſitum dicitur hic, vbi negat ambas has propoſitiones. hō an ſit intētionale.

Ad primam difficultatem reſpondet Io. Anglicus concedendo talem propoſitionem, ſpecies eſt intentio. Nec doctor hic loquitur ſecundum propriam (ait ipſe) ſed ſecundum aliorum opinionem. Reſpōſ Io. Anglici ad primā difficultatem.

Et ſi dicas doctorem velle intentionem eſſe abſtractum, non igitur prędicatur de ſpecie, propter repugnantiam modorum ſignificandi, nam ſpecies eſt concretum. Reſpondet Anglicus dupliciter.

Primo dicit, quod intentio & ſpecies non ſunt ultimate abſtracta, ſed medio modo ſicut albedo, & color, & ideo nulla eſt repugnan-

repugnantia modorum ſignificandi.

Secundo aliter reſpondet, & ait, quod licet intentio ſit abſtractum, & ſpecies con cretum, tamen intentio prædicatur identicè, & non formaliter de ſpecie; & ita hæc eſt prædicatio identica, ſpecies eſt intentio.

cõtra Io Anglicũ Hanc ſecundam reſponſionem impugnat Mauritius dubio decimo. Nam Ariſto. non tradidit logicam de prædicatione identica.

Habet etiam talis prædicatio ueritatem tantum in his quæ ſunt formaliter, uel permiſſiue infinita, cuiuſmodi non eſt intentio ſecunda. Mauritius ubi ſupra tenet has propoſitiones eſſe falſas ſtrictè, ac propriè logicè loquendo, ſpecies eſt intentio, ſpecies eſt ſecunda intentio; & propter hoc doctor eas negat in hoc loco.

Mauritii rñſio.

Alibi autem, cum vulgariter, & communiter loquatur, concedit eas. Infra tamen, quęſtione decimaquarta, Doctor dicit intentionem eſſe nomen concretum.

Reſpõſ. Io. An. ad ſecũdam difficultatem. Ad aliam difficultatem dicit Io. Anglicus hoc eſſe priuilegium ſecundarum intentionum, quod ſcilicet inferius concretum poteſt denominatiuè prædicari de aliquo, & modificare illud, & tamen ſuperius concretum, nec prædicabitur denominatiuè de illo, nec modificabit illud; licet igitur ſpecies prædicetur de homine, non tamen ſequitur intentionem, vel intentionale de ipſo prędicari. Mauritius dupliciter reſpondet.

Primo concedit hanc propoſitionem homo eſt intentionale; & dicit doctorem hoc in loco ipſam non negare: nam tantum negat conſequentiam ualere propter accidens.

Reſpõſ. Maur. Secundo negat talem propoſitionem. Nec ſequitur ſpecies eſt intentionale, ergo homo eſt intentionale: quia & ſi intentionale dicatur de ſpecie, non tamen ſequitur, quod dicatur de homine, quia intentionale eſt concretum multum abſtractum a concernentia propinqua ad ſubiectum, nec immediatè cauſatur a proprietate rei.

Exemplum eſt de relatiuo, & de quali: nam non ſequitur ſortes eſt pater, ergo ſortes eſt relatiuum, & ſi pater ſit relatiuum.

Similiter non ſequitur lignum eſt album, ergo eſt quale, quamuis album ſit quale. Et ratio quare non ualent iſtæ cõſequentiæ eſt quia arguitur a concreto propinquo ad concretum abſtractum a concernentia propinqua.

Et ſi obiicias a ſimili, nam ſequitur lignum eſt bipedale, ergo eſt quantum, quia bipedale eſt quantum. Poteſt dici quod ſunt quędam prædicata, quæ non ſunt nata in ſua forma regulari, niſi de illis de quibus immediate dicuntur, ut eſt de quali, & relatiuo. Et ſi vlterius obiicias, quia illæ conſequentiæ tenent per illam regulam anteprædicamentalem, Quando alterum &cæt. Poteſt dici quod illa regula non habet ueritatem in his quę prædicãtur per accidens, ſicut eſt in propoſito. Vel poteſt dici quod eſt vera vbi ſuperius, & inferius æquè concernunt id de quo dicitur inferius: quod poſtea non contingit in propoſito.

QVÆSTIO XI.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum hæc ſit per ſe, homo eſt vniuerſale? ac aliæ huiuſmodi?

Ordo. ORdo huius quæſtionis ad præcedentes patet ex dictis. Ad ſequentem uerò talis eſt ordo, prius enim quæren dum erat de ſubiecto vniuerſalis, & ex conſequenti de modo quo prædicatur de ſuo ſubiecto, quam de diuiſione eius: quia inhærentia aptitudinalis conuenit vniuerſali, ac cuilibet accidenti ex principiis intrinſecis, diuiſio autem conuenit ſibi per aliquod extrinſecum, quia differentia diuidens genus non eſt de eius intrinſeca ratione. Termini patent ex dictis.

Arg. ad oppoſitum. Argumentum ad oppoſitum ſic diſponatur. Si homo eſt per ſe vniuerſale, ergo omnis homo eſt vniuerſale, conſequens falſum, igitur & antecedens. Conſequentia probatur, nam per ſe præſupponit dici de omni ex primo Poſteriorum.

Ad quæſtionem reſpondet declarando per inductionem, quod nec vniuerſale, nec aliqua intentio prędicatur per ſe de re primę intentionis. Quod non prædicetur in primo modo probatur ſic. In primo modo dicendi per ſe prædicatur definitio, vel pars definitionis de definito, ſed res ſecundæ intentionis non poteſt definire rem primæ intentionis, ergo nec poteſt de ipſa prædicari in primo modo.

Maior patet: nam in omnibus gradibus primi modi, in quibus idem non prædicatur de ſe ipſo, prædicatur, uel definitio, uel genus, uel differentia, quæ ſunt partes definitionis.

Minor probatur, nam res ſecundæ intentionis non poteſt definire rem primę intentionis vt tota definitio, quia definitio dicit totum eſſe definiti, at res ſecundę intentionis, non dicit totum eſſe primæ intentionis, aliter prima intentio eſſet ſecunda.

Nec definit vt pars rem primę intentionis, nam aliter prima intentio eſſet a natura partim ab intellectu, quod eſt impoſſibile.

Conſequentia probatur, quia ſicut tota definitio, dicit totum eſſe definiti, ita pars definitionis dicit partem definiti. ſeptimo meth. tex. commen. trigeſimotertio. igitur ſi ſecunda intentio definit ut pars primam intentionem, ſecunda intentio dicit partem primæ intentionis, & cum ipſa ſit ab intellectu, prima intentio erit partim ab intellectu.

Impoſſibilitas conſequentis probatur, quia a diuerſis, non ordinatis in cauſando, non poteſt eſſe vnum eſſentialiter, ſed inter ens reale, & ens rationis non eſt ordo in cauſando, ergo ens reale, quod eſt eſſentialiter vnum, non poterit eſſe partim a natura (ideſt ab ente quod eſt a natura, ſcilicet ab ente reali) & partim ab intellectu, ideſt ab ente rationis, quod eſt ab intellectu.

Duo notabis, primo quòd per eſſe partim a natura, & partim ab intellectu doctor non intelligit eſſe effectiuè ab agente naturali, & ab agente ſecundum propoſitum; ſed intelligit intrinſecè conſtitui ex ente reali, & ex ente rationis, ut dixi exponendo literam. Vnde ens naturæ eſt cuius eſſe non dependet ab anima, ut dicit iſte. quæſtione prima, Elench.

Secundo notandum, quod doctor hic non loquitur de ordine in eſſendo, de quo loquitur Philoſophus, ſeptimo metaphyſi. text. comment. quarto, cum dicit ſubſtantiam eſſe priorem tempore accidente. ens naturæ qd

Nec loquitur de ordine eſſentiali, qui eſt dependentia eſſentialis: de quo ordine Ordo multip.

ne loquitur Trombeta ſuper formalitates artic. de diſtinctione, & identitate eſſentiali.

Nec loquitur de ordine qui eſt inter cauſas efficientes eſſentialiter ſubordinatas;de quo Scotus, primo diſtinctione tertia, & ſecundo diſtinctione tertia. talis enim ordo poteſt eſſe inter ea, quę ſunt eiuſdem generis phyſici, ac logici, vt patet de patre, & matre, ſunt enim eiuſdem generis phyſici ac logici, & tamen ſunt cauſę eſſentialiter ſubordinatæ.

Loquitur ergo de ordine qui eſt inter per ſe conſtituentia intrinſecè aliquod,de quo Franciſcus,primo diſtinctione 14. quęſtio. prima.& talis ordo poteſt eſſe inter ea quæ ſunt diuerſa, ut patet de materia, & forma,quæ ſunt primo diuerſa ſaltem phyſicè,ſecundum iſtum,2.diſtinctio.12.quæſtio.ſecunda, & tamen eſt ordo inter materiam & formam, cum materia ſit in potentia ad formam.

Ibi.Nec quarto modo &c. Oſtendit intentionem non prædicari de re quarto modo,quia non eſt eius cauſa efficiens.Quod autem hoc ſit uérum patet diſcurrendo per omnes tres gradus quarti modi, quos quæſt. prima aſſignauimus iuxta mentem Lyncon. nam res non eſt cauſa efficiens immediata intentionis, talis enim eſt intellectus,vt dicit doctor hic.

Nec etiam res includit eſsẽtialiter cauſam intentionis. Nec etiam in propoſitionibus in quibus prædicatur intentio de rè, prædicatur actus cauſæ formalis de effectu illius cauſę.

Patet etiam quòd intentio non prædicetur de re quarto modo, diſcurrendo per alium modum aſſignandi perſeitatem quarti modi.

dubii dilutio. Sed hic eſt difficultas, nam cum res ſit cauſa efficiens intentionis, vt alibi ſuſtineri poſſe diximus, ergo ſequitur intẽtionem prædicari per ſe quarto modo de re, cuius oppoſitum dicit doctor.

4.mod⁹ perſeitatis quid. Dico quod quartus modus perſeitatis ſecundum Lyncon.(quem doctor uidetur in ſequi hoc in loco) eſt cum ſubiectum in ſe eſt cauſa immediata, ac etiam fortè totalis,quare prædicatum ſibi ineſt.

Quæ conditiones ſubiecti colliguntur ex eius exemplo, vult enim iſtam eſſe per ſe quarto modo,animal rationale eſt riſibile: vbi animal rationale eſt cauſa immediata ac totalis riſibilitatis.

Ex quo ſequitur quod ſi uoluntas eſt cauſa totalis ſui actus, iſta erit per ſe quarto modo. Voluntas vult: ſi autem intellectus non eſt cauſa totalis intellectionis, iſta non erit per ſe hoc modo perſeitatis Intellectus intelligit. Cum igitur res in ſe non ſit cauſa immediata intentionis, ideo intentio non prædicatur de ipſa in quarto modo.

Et notandum quod doctor non vult hoc in loco habere, quod res nullo modo, ſit cauſa efficiens intentionis: ſed tantum negat quod ipſa ſit efficiens intentionis, eo modo quo ſubiectum debet eſſe efficiens,ad hoc vt propoſitio ſit in quarto modo dicendi per ſe, ſeu negat rem in ſe eſſe cauſam efficientem immediatam intentionis.

Et ſi quæras an intentio prædicetur quarto modo de intellectu, cum in ſe ſit eius cauſa immediata? intentio an p̄dicet̃ ꝑ ſe 4.modo de intellectu?

Dico quod ſi ad quartum modum perſeitatis ſufficiat immediatio cauſæ efficientis: ſic intentio prædicabitur per ſe quarto modo de intellectu.

Si autem ultra hoc requiritur ſubiectũ eſſe cauſam totalem, & intellectus ſit cauſa totalis intentionis, adhuc prędicabitur intentio de ipſo intellectu quarto modo.

Si autem intellectus non ſit cauſa totalis intentionis, & hoc requiratur ad talem modum perſeitatis: nequaquam intentio prædicabitur de ipſo per ſe quarto modo.

Ibi. Nec uniuerſale,&cæt. Oſtendit intentionem non ineſſe rei tertio modo dicendi per ſe, ſeu iſtam non eſſe per ſe tertio modo, homo eſt vniuerſale.

Probatur autem per hoc, nam ſi vniuerſale ineſt homini per ſe tertio modo, igitur homo, & vniuerſaliter ipſa natura, ſeu ens naturæ, erit cauſa ſufficiens uniuerſalis,ac intentionis, quod eſt falſum.

Conſequentia probatur ſupponendo ꝙ tertius modus perſeitatis(qui excludit eo co

comitantium, importat que ſolitudinem) reducitur ad agere & operari: hoc namque modo dicimus quod tractio nauis per ſe ineſt ſorti, quando ſolus ſortes trahit nauem. Hoc ſtante patet conſequentia, ſi enim vniuerſale ineſt homini per ſe & ſolitarie, ſequitur quod homo ſit cauſa ſolitaria, & ſufficiens vniuerſalis. Falſitas conſequentis probatur. Illud cuius homo, & natura eſt cauſa ſufficiens, ineſt cuicunque ineſt homo, ſeu natura, igitur ſi homo eſt cauſa ſufficiens vniuerſalis, & natura intētionis, in quocunque eſſet homo, ſeu natura, eſſet uniuerſale, ſeu intentio; & ita intentio ſecunda eſſet in indiuiduis, quod eſt falſum.

1. argm̄ princip. Tribus rationibus argumētatur pro parte falſa. Prima eſt talis, cui ineſt per ſe definitio, & definitum, ſed definitio ſpeciei per ſe ineſt homini, ergo & ſpecies per ſe ineſt ei. Minor patet, nam homo prædicatur per ſe de pluribus differentibus numero.

rñſio aliorum. Reſpondet quidam negantes minorem, ac eius probationem. Quam reſponſionem doctor dupliciter impugnat.

Primo arguendo a ſignata ad exercitā, ſi enim ſignata prædicatio non eſt per ſe, nec exercita erit per ſe, igitur ſi animal nō prædicatur per ſe de homine, nec homo de ſorte, iſta erit per accidens, homo eſt animal. Sortes eſt homo.

Secundo dicit hanc reſponſionem eſſe contra communem uſum loquendi, cum communiter omnes concedant hominem per ſe prædicari de differentibus numero. Notandum quod doctor poſtponit hanc reſponſionem, non quia ſuſtineri nequeat, ſed quoniam eſt contra communem modum loquendi, nec ita ſubtiliter inueſtigat veritatem illius minoris. Poteſt enim dici quod prædicari de differentibus numero per accidens ineſt homini, ſicut eſt ſpecies, nam prędicari ineſt per accidens rebus primæ intentionis: nec ualet homo prædicatur per accidens de differentibus numero, ergo ſortes per accidens eſt homo, quia arguitur a prędicatione ſignata in terminis primæ intentionis ad exercitam, unde tantum ualet conſequentia arguendo ab affirmatione, uel negatione perſeitatis in prædicatione ſignata, ad affirmationem, uel negationem perſeitatis in exercita, quando arguitur in terminis ſecundarum intentionum proportionalibus ad fundamenta, vnde ſequitur ſpecies prædicatur per ſe de indiuiduo, ergo ſortes per ſe eſt homo, ſi autem arguatur a prædicatione ſignata in terminis primæ intentionis ad exercitam, non eſt conſequentia formalis.

Ibi. Ideo dico &c. Reſpondet doctor concedendo minorem, ſeu eius probationem, vt ly per ſe determinat inhærens, negat autem ipſam vt determinat inhærentiam: prędicari enim per ſe de differentibus numero per accidens conuenit homini. Vnde ſi quis arguat hoc modo, homo prædicatur per ſe de differentibus numero, ergo homo, per ſe eſt ſpecies, committit fallaciam diuiſionis, arguendo a compoſita uera ad diuiſam falſam. Exemplum eſt inferendo accidens eſſe per ſe ens, ex hoc quod per ſe eſt ens. rñſio doctoris.

Notandum quod inhærentia eſt habitudo vnionis prædicati ad ſubiectum. Inhærens verò eſt ipſum prædicatum, in quo fundatur illa habitudo vnionis prædicati ad ſubiectum. inhærētia & inhęrēs q̄d

Quando igitur in propoſitione ultra ſubiectum, prędicatum, ac copulam addantur aliquæ determinationes, ſeu aliqua ſyncategoremata nata determinare, tunc ſi illa conſtruantur cum copula uerbali, determinant inhærentiam, ſeu unionem prædicati ad ſubiectum, ut cum dico, accidens per ſe eſt ens; ubi ſenſus eſt quod ens per ſe cōuenit accidenti.

Si autem conſtruatur cum prædicato, determinant inhærens ſeu prædicatum: ut ſi dico, accidens eſt ens per ſe, ſenſus enim eſt quod accidens eſt ens quod non eſt in alio, quod appellatur ens per ſe.

Ad propoſitum applicando dico, quod in iſta propoſitione. Homo prædicatur per ſe de pluribus differentibus numero; ly per ſe poteſt determinare inhęrentiam, & tunc denotat quod prędicari de differētibus numero conuenit per ſe homini: quod eſt falſum, quia ſicut ſpecies per accidens ineſt homini, ita & prędicari de differentibus numero. Vel ly per ſe poteſt determinare inhærens, ſcilicet ly prædicari, & tunc denotat modum ipſius prædicari: ſicut enim

aliquod

aliquod eſt ens per ſe, & aliquod ens in alio, quia ens diuiditur in ens per ſe, & ens in alio; ita quoddam eſt prædicari per ſe, & quoddam prædicari per accidens: nam prædicari diuiditur in prædicari per ſe, & in prædicari per accidens: prædicari igitur per ſe de differentibus numerò ineſt homini, non equidem per ſe, ſed per accidens, vt iam diximus. Ex his patet litera.

2. argũ princip. Secundo principaliter argumentatur, & ratio patet in litera. Cui reſpondet, concedendo minorem, ut ly per ſe determinat inhærentiam, intelligibilitas enim per ſe ineſt homini, cum ſit paſſio entis per ſe conueniens cuilibet enti. Et hoc modo maior eſt falſa, nam uniuerſale non ineſt per ſe ei quod eſt per ſe intelligibile.

Notandum quòd doctor ſoluit iſtam rationem logicè tantum, & non realiter; quia ſecundum ueritatem. maior eſt falſa, quoniam non omne quod eſt per ſe intelligibile, eſt vniuerſale, quia ſingulare eſt per ſe intelligibile, & tamen non eſt vniuerſale.

3. argũ princip. Vltimo argumentatur ſic. Vniuerſale conuenit homini ſecundum quod abſtrahitur ab omni accidente, ergo non conuenit ei ut accidens, ſeu per accidens. Antecedens eſt uerum quia homo ut coniungitur accidentibus eſt ſingulare.

Reſpondet cõcedendo antecedens de accidente reali communi, quia tale accidens ſequitur ipſum hominem ſecundum eſſe materiale eius; non autem eſt verum antecedens, vt homo abſtrahit ab accidente intentionali. Vnde vniuerſale euenit homini, vt abſtrahitur ab omni accidente reali: licet ei non conueniat, ut abſtrahitur ab omni accidente intentionali.

QVÆSTIO XII.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum vniuerſalia ſint tantum quinque?

ORdo huius quæſtionis ad præcedentes patet ex dictis. Ad ſequentes, etiam eſt manifeſtus, nam hęc eſt vltima quęſtio proęmialis.

Tres ſunt termini declarandi. Primus eſt numerus, qui ſic deſcribitur a Philoſopho 3.phy.tex. com.68. & 3.met.commen.16. & a Boetio in ſua arith.capitulo tertio. Numerus eſt vnitatum collectio, ſeu eſt quantitatis aceruus ex vnitatibus profuſus. Quam deſcriptionem ponit Auer. in Epitom.meta.tractatu tertio, vbi ſoluit quaſdam obiectiones Auicennæ contra hanc definitionem numeri. numer' quid.

Diuiditur verò ab Auer. primo meta. commen.38. & a Scoto. 1. diſtinction.24. in quadam additione in numerum mathe: formalem, & ſenſibilem, cui diuiſioni poſſumus addere numerum numerantem. numeri diuiſio.

Numerus mathematicus eſt, qui non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum: ac numerus prædicamentalis appellatur. Vt binarius & ternarius, & alii huiuſmodi. numer' mathe. ſeu pdicamẽtalis quid.

Numerus formalis, ſeu applicatus, eſt qui diuerſatur per numerationem entium, aggregaturque ex vnitatibus eorum, quæ participant aliquod idem. Vt duo homines, ac decem canes. Vocaturque numerus tranſcendens. numer' formalis, ſeu trãſcendẽs qd.

Numerus ſenſibilis eſt cuius numerus formalis eſt forma, ſuntque res ipſæ ſenſibiles numeratę, & iſte appellatur numerus numeratus. numer' ſẽſibilis ſeu numeratus quid.

numer⁹ numerans qd. Numerus numerans eſt intellectus ſecernens partes multitudinis quas numerat. Hocque modo Deus poteſt uocari numerus, iuxta illud Pſal. Qui numerat multitudinem ſtellarum. Numeroſque hoc modo ſumpto non conuenit illa numeri definitio niſi actiuè, pro tanto enim poteſt dici collectio vnitatum, pro quanto colligit ipſas vnitates.

Numerus mathematicus diuiditur a Boetio in ſua Arith. prima ſui diuiſione, in numerum parem, & imparem.

numer⁹ par qd. Numerus par eſt qui poteſt in duo æqualia diuidi, nullo medio intercidente. Impar verò eſt qui ſi diuidatur in duo æqualia ſemper medius vnus intercidit, ut ſi diuidatur nouem in quatuor & quatuor, mediat vnum. numer⁹ impar quid. Alias definitiones numeri paris & imparis, vide in Boetio ubi ſupra cap. 4. 5. & 6.

tm̄ tripliciter expoūr. Secundus terminus declarandus eſt tantum, quia tripliciter poteſt exponi, ſcilicet aut gratia infinitatis, aut gratia alietatis, aut gratia pluralitatis.

Gratia infinitatis ſic in propoſito exponitur, quinque ſunt vniuerſalia, nihil non quinque eſt vniuerſale, igitur tantum ſunt quinque vniuerſalia.

Gratia alietatis ſic exponatur, quinque ſunt vniuerſalia, nihil aliud a quinque eſt vniuerſale, ergo ſunt quinque vniuerſalia.

Gratia pluralitatis ſic exponatur, quinque ſunt vniuerſalia, & non ſunt plura, quam quinque, ergo ſunt tantum quinque.

Propoſitio, ſi exponatur primo, aut ſecundo modo, eſt falſa, quia altera exponentium eſt falſa: non enim eſt verum, quòd nihil non quinque ſit vniuerſale, quoniam duo vniuerſalia ſunt non quinque, & tamen ſunt vniuerſalia. Similiter falſum eſt quod nil aliud a quinque ſit vniuerſale, nam duo vniuerſalia ſunt aliud a quinque, & tamen ſunt vniuerſalia.

Non eſt igitur verum quod ſint tantum quinque vniuerſalia, exponendo ly tātum primo, uel ſecundo modo.

regula. Debet igitur exponi illa propoſitio vltimo modo, quod ſemper contingit, quando ly tantum additur termino numerali, vt dicit doctor, 1. diſtinctione vigeſima prima.

Vltimus terminus declarandus eſt ly, quinque, qui eſt numerus impar ſimpliciter primus & incompoſitus, ex quo bis ſumptus procreatur denarius. quinq.

Dico primus & incompoſitus, ad differentiam numeri ſecundi, & compoſiti, eſt autem numerus ſecundus, & compoſitus, quem metitur alius numerus, ex quo eſt compoſitus, vt nouem ex ter tribus eſt compoſitus, & quindecim ex ter quinque procreatur, & hoc idem dicatur de 21. 25. 27. 33. & 39 omnes enim iſti appellantur numeri impares, ſecundi, ac compoſiti. numerꝰ. ſecūdus & cōpoſitus, ac primus, & incōpoſitus quid.

Numerus verò primus & incompoſitus eſt quem non metitur alius numerus, præter ſolam vnitatem, quæ omnes metitur numerus.

Vnde tunc numerus metitur numerum, quando ſemel, vel bis, vel tertio, vel quotiensliber ad numerum comparatus, neque diminuta ſumma, neque aucta, ad comparati numeri terminum vſque peruenit: vt binarius numerus ſenarium tertio metitur, quia ter duo faciunt ſex. numerū metiri numerū quid.

Addo poſtea in illa definitione ſimpliciter, idelt abſolutè, quia quilibet numerus ſecundus, & compoſitus, comparatus alio numero ſecundo & compoſito, dicitur primus & incompoſitus, quia vnus non eſt menſura alterius, nam quotiensliber unus ſumatur, nunquam reddit alium numerum æqualiter, vt patet comparando nouem ad vigintiquinque, & ſic de aliis.

Addo vltimo, ex quo bis ſumpto procreatur denarius, ad differentiam aliorum numerorum, qui dicuntur primi, & incompoſiti, vt ſunt tria, quinque, ſeptem, vndecim, tredecim, decemſeptem, decemnouem, vigintitria, vigintinouem, trigintavnum, ex nullo enim horum bis ſumpto redditur denarius adęquatè, vt patet.

Quia non eſt difficultas circa numerum vniuerſalium, ſed circa eorum ſufficientiam, ideo breuiter reſpondet, concedendo ipſa eſſe tantum quinque; de quo tamen infra circa finem corporis huius quęſtionis Corporis q. diuiſio.

ſtionis

ſtionis erit difficultas. Circa vero eorum ſufficientiæ aſſignationem ponit tres modos dicēdi, quorum duos primos reprobat. Secundus ponitur ibi. Ideo aliter, &c. Tertius ibi. Propter iſtas, &c.

Vſium ſufficiētia.

Primus modus aſſignandi ſufficientiam eſt penes ſignificare ſubſtantiam vel accidens: literaque clara eſt vnico notato quod ſcilicet ſubſtantia poteſt accipi quatuor modus. 5. meta. tex. Com. 15.

Subſtā quotuplíciter.

Vno modo pro prima ſubſtantia: alio modo pro forma ſubſtantiali: tertio modo pro particulis inexiſtentibus prædictis ſubſtantiis, ſignificantibusque hoc aliquid: quarto modo pro quidditate: ſubſtantia in litera poteſt accipi, aut pro eo quod reponitur in prædicamento ſubſtantiæ, aut pro quidditate.

Ibi. Contra hunc, &c. Duplici ratione impugnat hunc modum aſſignandi ſufficientiam vniuerſalium.

In prima oſtendit hanc diuiſionem vniuerſalis nec eſſe per ſe, nec eſſe logicalem; & ſic erigatur.

Nihil per ſe diſtinguitur ſecundum illud cui accidet, ſed vniuerſalia, cum ſint intentiones ſecundæ, accidunt rebus primæ intentionis, ergo nec vniuerſale, nec aliqua ſecunda intentio, diſtinguitur per ſe penes res, cum igitur diuiſio vniuerſalis, per ſubſtantiam & accidens, ſit penes res, ideo non erit per ſe.

Et vltra probat, quod non ſit per ſe logicalis, quia illa diuiſio non eſt per ſe logicalis, quæ non eſt per ea, quæ per ſe conſiderentur à logica, at illa diuiſio vniuerſalis eſt per res, quæ per accidens conſideratur à logico, ergo non eſt diuiſio per ſe logicalis.

Diuiſio p ſe quo tuplex.

Notādum triplicem eſſe diuiſionem per ſe, quædam eſt generis in ſpecies, ac cuiuſlibet per ſe ſuperioris in ſua per ſe inferiora. Et cum dicimus animalium aliud eſt homo, aliud leo, & ſic de aliis.

Ad quam diuiſionem reducitur diuiſio generis in differentias, qualis eſt iſta, animalium aliud rationale aliud irrationale: ac diuiſio per modos intrinſecos, vt cum diuiditur ens per finitatem ac infinitatem.

Quædam eſt diuiſio totius integralis in ſuas partes integrales, qualis eſt diuiſio domus in tectum, parietem, ac fundamenta.

Ad quam reducitur diuiſio totius eſſentialis in ſuas partes eſſentiales, qualis eſt diuiſio hominis in corpus, & animam.

Quædam eſt diuiſio vocis æquiuocæ in ſua ſignificata æquiuocata, qualis eſt diuiſio canis in terreſtrem, marinum, ac cæleſtem.

Diuiſio per accidens triplex.

Triplex eſt etiam diuiſio per accidens, quædam eſt ſubiecti per accidentia, vt hominum alius albus, alius niger.

Quædam eſt accidentis per ſubiecta, vt alborum aliud lignum, aliud bos.

Quædam eſt accidentis per accidentia, vt alborum aliud dulce, aliud amarum.

Ex his omnibus patet diuiſionem vniuerſalis per ſignificare ſubſtantiam, vel accidens, eſſe diuiſionem per accidens, quia eſt accidentis per ſubiecta.

Vnde ſenſus eſt, vniuerſale ſignificat ſubſtantiam, vel accidens, ideſt aliquid applicatum ſubſtantiæ vel accidenti.

Seu vniuerſale ſupponit pro ſubſtantia, vel pro accidente.

Significare enim in propoſito accipitur vt idem eſt, quod ſupponere.

Aduerſariorum reſponſio.

Sed fortè reſponderent aduerſarij huic rationi, dicerentque. quod nulla relatio realis, vel rationis diuiditur in genera, vel ſpecies per aliquid, quod ſit illius prędicamenti, vnde relatio de ſe nullam facit variationem, recepta autem in alio, & alio fundamento diuerſificatur ſecundum genera ac ſpecies, & propter hoc Philoſophus, quinto meta. tex. Commento. vigeſimo, diuidit relationem in tres ſpecies ſeu modos, quia fundamenta ſunt in triplici differentia.

Vide Alexan. de Ales. 5. meta. vbi quærit, An relatio habeat variari per tres modos.

Et ſi dicas ergo quælibet diuiſio, qua diuiditur prædicamentum relationis infra ſe ipſum, eſt per accidens; quia nihil per ſe diſtinguitur ſecundum illud cui accidit.

Fortè dicerent aut, quòd illud aſſumptum eſt tantum verum in abſolutis, non in reſpectiuis.

Aut quod relatio non dicit aliam rem à fundamento, & ideo diuiſio relationis per fundamenta non eſt per id cui accidit relatio.

Sed

Sed certè falſum eſt, quòd relatio, cum ſit ens per ſe,& non per accidens, in ſuas ſpecies per proprias differentias ſpecificas non diſtinguatur:

Verum tamen eſt,quod quando nos latent illæ differentiæ,tunc nobis innoteſcit relationum diſtinctio per aliquod extrinſecum puta per fundamētum,& propter hoc Philoſophus.5. meta.diſtinguit relationem in tres modos per fundamentum:cum igitur differentiæ vniuerſalis diuiſiuæ nos nequaquam lateant,ideo vniuerſale debet diuidi per illas differentias,& non per fundamenta.

2.Rō cōtra primū modum dicendi. Ibi. Item omnia vniuerſalia, &c. Ponit ſecundam rationem contra primum modū dicendi, qua oſtendit illam diuiſionem nō eſſe per oppoſita,ſeu non eſſe ſufficientem; & bonam. Notandum, quod antecedens huius rationis poteſt dupliciter exponi, quia inueniri in genere accidentis poteſt dupliciter exponi,ſcilicet vel ſecundum applicationem,vel ſecundum coordinationem.

Si exponatur primo modo, ſenſus eſt. Omnia vniuerſalia inueniunt (ideſt applicantur)in genere accidentis(ideſt ei, quod eſt in genere ſeu prædicamento accidentis) ergo male diſtinguuntur per ſignificare ſubſtantiam vel accidens:ideſt per hoc, quod eſt ſignificare aliquid applicatum ſubſtantiæ,vel accidenti;ſeu per hoc quod eſt ſupponere pro ſubſtantia, vel pro accidente ſignificare enim quandoque accipitur pro ſupponere, & ſecundæ intentiones ſupponunt pro primis.

Male ergo diſtinguuntur vniuerſalia per hoc quod aliqua applicantur ſubſtantiæ,& accidenti,nam omnia applicantur accidentibus,& pro ipſis ſupponunt. Si autem antecedens exponatur ſecundo modo, ſenſus eſt. Quod omnia vniuerſalia inueniuntur (ideſt collocantur)in genere (ideſt in prædicamento)accidentis,ergo male diſtinguunt per ſignificare ſubſtantiam vel accidens. Poteſt etiam tertio exponi ſic,omnia vniuerſalia ſunt accidentia per accidens reſpectu primæ intentionis,ergo male diſtinguūtur per ſignificare ſubſtantiam ideſt,quidditatem, vel accidens, non enim ſignificant, quidditatem,vt patet.

2. Modus aſſignā- Ibi. Ideo Doctor aliter,&c. Ponit ſecundum modum aſſignandi ſufficientiam vniuerſalium: & tria facit Primo oſtendit ſufficientiam vniuerſalium eſſe aſſignandā penes ordinari. di ſufficientiā vliuni.

Secundo ponit illum modum aſſignandi. Tertio ipſum quinque rationibus impugnat. Secundum ibi. Ordo enim, &c. Tertium ibi. Contra hunc modum, &c. Ratio ſic erigatur. Penes id ad quod immediatè ordinantur vniuerſalia, debet eorum ſufficientia aſſignari, ſed vniuerſalia immediatè ordinantur ad librum prædicamentorum;in quo determinatur de ordinabili in genere,ergo vniuerſalium ſufficientia aſſignanda eſt penes ordinari.

Ibi. Contra hunc modum,&c. Ponit primam rationem contra hunc modum dicēdi,per quam ex dictis iſtorū concludit hic determinandum eſſe de vniuerſalibus ſecundum,quòd ſunt prædicabilia,& ſubiicibilia. Quia ſi determinatur de vniuerſalibus ſecundum, quod ſunt ordinabilia in genere ſecundum ſub & ſupra, cum nihil ſit hoc modo ordinabile in genere, niſi in quantum prædicabile,& ſubiicibile, igitur hic determinatur de iſtis inquantum ſunt prædicabilia,& ſubiicibilia, & ex conſequēti debet eorum ſufficientia aſſignari per prædicari.

Secunda ratio ſic erigatur.Secundum eādem rationem aliquid definitur ac conſideratur,ſed vniuerſalia definiuntur per prædicari,vel ei æquiualens, ergo vniuerſalia hic conſiderantur inquantum prædicant.

Tertia rō reducit ſic opinantes ad quoddam inconueniens. Pro quo nota, quod iſti dicunt Porphy. poſuiſſe quinque vniuerſalia,quia determinat de eis penes ordinari. Ariſto. verò[dicunt iſti]numerare in Top.tantum quatuor vniuerſalia, quia de eis determinat penes prædicari. Tunc dicit Doctor,quod ſi per hoc bene datur diuerſitas inter hunc librum, & librum top. differentia magis numeranda eſſet in top. quàm hic cum magis habeat rationem prædicabilis,quam ordinabilis;nam prędicatur formaliter,& quidditatiue, ordinatur autem indirectè, & lateraliter in prædicamento.

Quarto argumentatur inferendo ſex eſſe vniuerſalia,probat,quia tot ſunt vniuerſalia,quot ſunt illa quibus per ſe competit ordinari. Seu id cui competit per ſe ordina-

ti in genere eſt vniuerſale (quia hic agitur de vniuerſalibus inquantum ſunt ordinabilia, & non inquantum prædicabilia) ſed indiuiduo, vt ſaltem abſtrahit ab accidentibus, & ab exiſtentia, conuenit per ſe ordinari in genere, ergo indiuiduum eſt vniuerſale. Concluſio falſa; ergo altera præmiſſarum, non minor, igitur maior.

Quinta ratio oſtendit quod tunc ſeptem eſſet vniuerſalia, nam ſicut ex parte accidẽtis, vt ordinatur ad ſubiectum, ſumuntur duo vniuerſalia. ita cum ſubiectum ordinetur ad accidens, ex parte ſubiecti poterunt ſumi alia duo vniuerſalia, vnum ex ordine ſubiecti ad accidens conuertibile; aliud ex ordine ſubiecti ad accidens non conuertibile.

Ibi. Propter iſtas tres rationes, &c. Ponit proprium modum aſſignandi vniuerſalium ſufficientiam.

Et primo dicit, quod omittit ſecundum modum dicendi propter tres rationes, iam adductas. Fecit autem Doctor mentionẽ tantum de tribus rationibus, quia ſecunda eſt confirmatio primæ rationis, & quinta ferè coincidit cum quarta.

Obiectionis dilutio. Aſſignat igitur Doctor ſufficientiam vniuerſalium penes prædicari. Et ſi obiicias quia ſufficientia inferiorum non debet aſſignari penes id in quo conueniunt, ſed potius penes id per quod differunt, at vniuerſalia conueniunt in prædicari, igit̃, &c. Dici poteſt, quod aliud eſt aſſignare ſufficientiam aliquorum ſub aliquo, & aliud per aliqua: quia aſſignare ſufficientiam aliquorum ſub aliquo eſt rationem alicuius per proprias aut æquiualentes differentias ſufficienter diuidere in illa.

Aſſignare ſufficientiã aliquorũ quotupliciter. Aſſignare verò ſufficientiam aliquorum per aliqua eſt oſtendere diuidentia, vnum, & conſtituentia plura eſſe ſufficienter enumerata; quod fit, oſtendendo talia diuidentia non poſſe eſſe plura nec pauciora. Exemplum eſt de animato, & inanimato, quorum ſufficientia aſſignatur ſub corpore per animatum, & inanimatum.

Aſſignat igitur Doctor ſufficientiam vniuerſalium non per prædicari, ſed ſub prędicari, diuidendo ipſum per proprias vel æquiualentes differentias. Vel dicas Doctorem aſſignare differentiam vniuerſalium penes prædicari, ideſt penes ea, quæ diuidunt prædicari. Ibi. Prædicari enim, &c. Dicit Doctor, quod in quid & in quale ſunt primi modi prædicandi. De quo infra. quæſt. 15.

Eſſentia dupliciter. Ibi. Prædicari in quid, &c. Pro intellectu huius literæ notanda ſunt quatuor. Primo, quod eſſentia poteſt accipi dupliciter. Vno modo largè, & ſic non differt à quidditate, & hoc modo loquit̃. Fran. de Mayr. 1. diſt. 42. q. 1. de eſſentia, cum dicit. Quod eſſe eſſentiæ non eſt aliud à quidditate, quia eſſe eſſentiæ eſt illud de quo dicitur definitio, at definitio non indicat eſſe niſi quidditatiuè.

Eſſentia & quidditas q. d. Alio modo eſſentia accipitur propriè, & ſic eſſentia, eſt quæ habet eſſe exiſtentiæ, vel ſaltem non repugnat exiſtere, quidditas vero eſt omne id quod includitur eſſentialiter, & quidditatiuè in alio, ſeu eſt id quod pertinet ad eſſentiam, ſeu quidditatem rei, ſiue ſit definibilis ſiue non. Et quidditas hoc modo ſumpta in plus ſe habet, quã eſſentia; plures enim quidditates ſunt in Deo (etiam ſecundum Philoſophum) vnica tamen eſſentia, eſt enim in Deo quidditas intellectus, voluntatis, Spiritus, ſubſtantiæ, ac entis. In Deo ſunt plures quidditates.

Secundo notãdum; quod eſſentia primo modo ſumpta poteſt ſignificari, vel per modum eſſentiæ, vel per modum denominantis, tunc ſignificatur per modum eſſentiæ, quando ſignificatur per modum ſubſiſtentis, ſeu ſubſtantis, cum enim eſſentia, & eſſe idem ſint, differuntque tantum penes diuerſos modos concipiendi logicales, vt dicit Doctor. 3. d. 6. q. 1. ideo ſignificare eſſentiam per modum eſſentiæ, eſt ſignificare eſſentiam per modum eſſe, at eſſe eſt prima rerum creatarum, quod reſpectu cuiuſcunque alterius perfectionis ſe habet ſicut ſubſtans, ex auctore de cauſis, propoſitione. 4. igitur ſignificare eſſentiam ſeu quidditatem per modum eſſentiæ, ſeu eſſe, eſt illam ſignificare per modum ſubſtantis. Significare eſſẽtiã pmodũ eſſẽtię quid.

Cum ergo genus de ſuo ſignificato importet realitatem incluſam, quidditatiuè in ſpecie, quæ eſt in potentia reſpectu realitatis à qua ſumitur differentia, vt manifeſtũ erit infra. q. 16. ideo genus ſignificat eſſentiam per modum eſſentiæ. Significare eſſentiã p modum denominãtis q d.

Significare verò eſſentiam per modum denominantis, eſt ſignificare eſſentiam per

modum

modum actuantis, ſeu perficientis, & ideo cum differentia ſignificet eſſentiã, ſeu quidditatem per modum actuantis ac perficientis, vt declarabimus infra. quęſt. 16. dicimus quod ſignificat eſſentiam per modum denominantis.

An idẽ de eodẽ poſſit pdicari p modum eſſentiæ ac denominãtis.

An vero idem de eodem prędicari poſſit per modum eſſentiæ, ac per modum denominantis? Dico breuiter, quòd non, tum quia prædicare in quid & in quale ſunt oppoſiti modi prædicandi, qui eidem reſpectu eiuſdem conuenire nequeunt, cuius tamen oppoſitum eſſet dicendum, ſi idem de eodem prædicaretur per modum eſſentiæ, ac denominantis. Tum quia materia, & forma, genus & differentia habent diuerſos modos principiandi, ſunt enim primo diuerſa in modo principiandi.

Tertio notandum, quod genus pro formali dicitur prædicari eſſentiam per modum eſſentiæ, aut quia conditiones, modi, ac proprietates primarum intentionum attribuuntur ſecundis intentionibus, vt ſupponunt pro primis.

Aut quia prædicare eſſentiam per modũ eſſentiæ non conuenit generi niſi in prædicatione exercita. Vnde Doctor explicat, quid ſit prædicari in quid in prædicatione ſignata, per prædicare eſſentiam per modũ eſſentiæ in exercita.

Quarto notandum, quod in litera ly ſubiectum accipitur pro inferiori, ſicut etiam accipitur in illa regula ante prædicamentali. Quando alterum de altero, &c.

Spẽs dicit totã eſſentiã ĩdiuidui

Ibi. Si enim aliquid, &c. Probat, quod ſpecies dicat totam eſſentiam indiuidui. Nam ſi ſpecies non diceret totam eſſentiã ſeu quidditatem indiuidui, ergo aliquid importans eſſentiam ſeu quidditatem eſſet in eſſentia indiuidui præter eſſentiam ſpeciei, quod eſt falſum. Probatur, tum quia duo indiuidua tunc eſſentialiter differunt, quod repugnat Philoſopho. 3. met. & Auic. 6 met. cap. 5. vbi ponunt ordinem accidentalẽ inter indiuidua. Tum, quia ab hoc & ab illo, quod eſſet in eſſentia huius & illius indiuidui, & non in eſſentia ſpeciei, poſſent ſumi differentiæ, quæ formaliter diuiderẽt ſpeciem, quod non eſt dicendum, quia tũc indiuiduum poſſet definiri, quod repugnat Philoſopho. 7. met. tex. Commen. 53. & 35. ac alibi.

Pro intellectu huius literæ, quatuor notanda ſunt.

Primo, quòd licet ſpecies dicat totam eſſentiam ac totum eſſe quidditatiuum indiuiduorum non tamen dicit ſimpliciter totum eſſe eorum, quia indiuidua addunt quandam realitatem ad eſſe ſpeciei, quæ tamen realitas nec eſt quidditas, nec pars quidditatis.

Secundo notandum, quod ſi duo indiuidua differrent eſſentialiter, tunc inter ipſa eſſet ordo eſſentialis, ſicut patet ex his, quæ habet Philoſophus. 8. met. tex. Com. 10.

Tertio notandum, quod differentia ſpecifica, & indiuidualis conueniunt in hoc, quod vtraque ſumitur ab eo quod plus eſt in conſtituto, quam in eo quod diuiditur, propter quod Porphy. definiendo differentiam ſpecificam dicit, quod eſt qua ſpecies ſuperabundat à genere.

Differunt autem quia ſpecifica vocatur differentia formalis, facitque formaliter differre. Indiuidualis autem appellatur differentia materialis, & facit ſolummodo differre materialiter, & non formaliter, diuiſioque ſpeciei per has dieffrentias, dicitur diuiſio materialis, & non formalis. Quæ omnia colligi poſſunt ex his quæ habet Doctor. 1. d. 3 parte 2. & 3. d. 22.

Quarto notandum, quòd licet indiuiduum non poſſit proprìè definiri, quia partes definitionis ſunt ſolius ſpeciei. 7. meta. tex. Commen. 35. Tamen extendendo definitionem ad quamcunque rationem exprimentem eſſentialia intrinſeca rei, non eſt inconueniens aſſerere indiuiduum eſſe definibile, quamuis non à nobis pro ſtatu iſto. Vnde nõ tantum illa propoſitio eſt in primo modo dicendi per ſe in qua prædicatus quidditas, vel pars quidditatis, ſed etiã illa, in qua prædicatur pars, vel quaſi pars eſſentialis. — Indiuiduũ quõ definibile.

Genus pdicat partẽ eſſentiæ.

Ibi. Si verò partem eſſentiæ, &c. Oſtendit quod genus prædicat partem eſſentiæ, quia ſi diceret totam eſsentiam ſpeciei, ſufficeret ad definiendum ſpeciem, & tunc ſuperflueret differentia, nam ſi genus diceret totam eſſentiam, & differentia partem eſſentiæ, tunc addendo differentiam generi, idem bis poneretur, eſsetque nugatio in definitione.

Et ſi obijcias quia tunc genus non prædicaretur

dicaretur in recto de ſpecie. Imo non videtur verum, quòd genus prędicetur in qd de ſpecie, cum ſit accidens, & quodlibet accidens prædicetur in quale. Dico ad primũ quod genus prædicat partem eſſentiæ per modum totius, & ideo poteſt prædicari in recto de ſpecie.

℟ Ad aliud dico, quod genus non prædicatur in quid de ſuo ſubiecto ſicut nec quodlibet aliud accidens: cum hoc tamen ſtat, quòd actu ſignato prædicetur in quid de ſpecie, & actu exercito de hoc & de illo genere. Ibi. Eſt enim differentia, &c. Oſtendit, quod differentia ſubſtantiæ prædicatur in quale ſubſtantiale, ſeu eſſentiale, ex hoc quod eſt qualitas per Ariſt. 5. meta. text. Commenta. 19. vbi ponit quatuor modos qualitatis, quos deinde reducit ad duos, quorum primus eſt differentia ſubſtantiæ, ideſt differentia eſſentialis.

Sed non videtur verum quod differentia prædicetur in quale. Tum quia prædicari in quale eſt prædicari denominatiuè, at differentia non prædicatur denominatiuè de ſpecie, ergo nec in quale. Tum quia differentia eſſentialis prædicat eſſentiam, & quidditatem, igitur prædicatur in quid, Ad primum dicendum, quod differentia eſſentialis prædicatur denominatiue eſſentialiter, vt alibi diximus. Vel dicas quod non quodlibet quod prædicatur in quale, prædicatur denominatiuè, requiritur enim vltra hoc, quod differat ſolo caſu ideſt, ſola cadentia ad ſubiectum, quod non conuenit differentiæ eſſentiali. Ad aliud dico quod non valet conſequentia, nam ad prædicari in quid non ſufficit prædicare eſſentiam, ſeu prædicari quidditatiuè, ſed vltra hoc requiritur, quòd prædicet illã per modum eſſentiæ, ſicut alibi habet videri.

Vtrum vſia pro formali ſint tm̃ quinq;. Hic ſunt duæ difficultates, prima, vtrum ſint tantum quinque vniuerſalia accipiendo vniuerſale pro per ſe ſignificato. Videtur quod non, nam definitio prædicatur in quid, & non eſt aliquod illorum quinque vniuerſalium, ergo eſt vniuerſale, aliud ab illis quinque, & ita ſunt plura q̃ quinque. Aſſumptum probatur: definitio enim dicit totam eſſentiam ſpeciei, & conuertitur cum ipſa: igitur definitio, & ſpecies habent eundem modum prædicandi.

Item prædicari diuiditur in prædicari in quid, & in quale, quæ diuiſiò cum non ſit diuiſio æquiuoci in æquiuocata, vt habet videri infra. q. 27 ac alibi. Ideo vel erit diuiſio in ſpecies ſpecialiſſimas, vel in ſubalternas. Non in ſpecialiſſimas, quia tunc tãtum eſſent duæ ſpecies vniuerſalis: quod eſt contra Porphy. ac contra iam determinata, ac determinanda in ſequentibus quæſtionibus. Ergo talis diuiſio erit generis in ſpecies ſubalternas. Et cum prædicari in quid vlterius diuidatur in prædicare totã eſſentiam, vel partem eſſentiæ.

Ideo vſque modo habemus quatuor ſpecies vniuerſalis ſcilicet, prædicari in quid, & in quale prædicare totam eſſentiam, & partem eſſentiæ. Vlterius etiam prædicare partem eſſentiæ per modum eſſentiæ diuiditur in genus generaliſſimum, & ſubalternum, quæ ſubdiuiſio aut eſt generis in ſpecies, aut ſpeciei in indiuidua; non ſecundũ quia genus generaliſſimum ac ſubalternũ, differũt plus quam duo ſubalterna, at duo ſubalterna differunt numero, ergo generaliſſimum, & ſubalternum differunt ſpecie, & hoc idem dicatur de ſpecie ſpecialiſſima, & ſubalterna. Erunt igitur generaliſſimum & ſubalternum, ſpecialiſſima, & ſubalterna alia quatuor vniuerſalia, & ita vſque modo erunt octo vniuerſalia. Vlterius prædicari in quale diuiditur in quale eſſentiale, & accidentale, & ita decem vniuerſalia.

Et quale accidentale ſubdiuiditur in prędicari in quale accidentale conuertibiliter, & non conuertibiliter, & ſic duodecim vniuerſalia. Poſſet vlterius diuidi prędicari in quale eſſentiale, in differentiam ſpecificam, & ſubalternam, quæ videntur differre ſpecie, & ita numerari plura vniuerſalia.

Ad primam rationem dicendum, quod definitio non prædicatur præcisè in quid, ſed in quale quid. Ad cuius probationem dicit Mauritius dubio quinto, quod nõ eſt ſimile de ſpecie & definitione, nam ſpecies dicit incomplexè totalem quidditatem includentem genus, & differentiam, quam quidditatem definitio dicit complexè. Sed ſi definitio diceret tertiam entitatem ſicut definitum, adhuc remanet eadem difficultas. Ad hoc non reſpondet Mauritius. Ad hoc ergo dicerem, quod definitio ratione illius tertiæ entitatis nullum vnum modum prædicandi habet, nec vtrumque ſimul: — Reſp. ad primam rõnem. — Definitio qũo nullum modum pdicandi hẽt.

mul: nam ad hoc quod aliquid prædicetur in quid, non ſufficit, quòd prædicet eſſentiam, ſed vltra hoc requiritur, quod illam prædicet per modum ſubſtantis; & hinc eſt quod humanitas non prædicatur in quid de Sociate, & Platone, ſignificat namq; eſſentiam hominis vt abſtractam ab indiuiduis; & non vt ſubſtantẽ alicui differentiæ indiuiduali; cum igitur definitio (dato etiã quod dicat tertiam entitatem) non ſignificet, nec prædicet eſſentiam per modum ſubſtantis, nec per modum informantis, ideo nec in quid, nec in quale prædicatur: & qñ diximus definitioni conuenire prędicari in quale quid, hoc non eſt intelligendum ratione illius tertiæ entitatis, ſed ratione partium, nam partium definitionis altera prædicat eſſentiam per modum eſſentiæ ſcilicet genus, altera per modum informantis ſcilicet differentia. Sed quare ſpeciei non conuenit vterque modus prædicandi, cum importet illas eaſdem partes quas definitio? Reſpondet Mauritius quod denominatio plerunque fit ab ignobiliori.

Aliter dicit, quod ſpeciei conuenit prædicari in quid vt comparatur ad indiuidua les differentias per quas contrahitur. Sed iſtæ reſponſiones non videntur ſatisfacere difficultati. Prima non, quia per hoc idem dici poſſet, quod definitio prædicatur tantum in quid ſicut ſpecies, quia licet habeat vtrumque modum prædicandi, ſicut & ſpecies, tamen ab ignobiliori fit denominatio. Nec ſecunda ſatisfacit, quia quærimus quare ratione partium non conuenit ſpeciei vterque modus prædicandi, ſicut definitioni; & ipſe reſpondet non conſiderando partes quoad habitudinem earum, ſed conſiderando tertiam entitatem importatam per ſpeciem, quoad habitudinem, quam habet ad aliquid quod non eſt pars eius, ſcilicet, ad differentiam indiuidualem. *Contra Mauritium.*

Auctoris reſp. Aliter ergo ego dico, quod definitioni ratione tertiæ entitatis nullus modus prædicandi conuenit propter rationem iam dictam: at ratione partium conuenit ei vterque modus prędicandi, eo qm̃ definitio diſtinctè importat vtramq; partẽ definiti, q̃a diuidit in ſingula, primo Phy. tex. Com. 5. & ita illas partes importat, quoad habitudines quas habent inter ſe, igitur importat eas, vt vna habet modum informantis, & alia modum ſubſtantis, & hinc eſt quod definitio habet vtrumque modum prædicandi. Definitum verò ſeu ſpecies ratione tertiæ entitatis poteſt prædicari in quid, quia ſe habet vt materiale, & ſubſtans, reſpectu differentiæ indiuidualis.

At ratione partium nullus modus prædicandi ei conuenit, quia illas importat cõfusè, & ita non diſtinctè, quoad habitudinem, quam inter ſe habent, & ideo nullus modus prædicandi conuenit ſpeciei ratione partium.

Reſp. ad ſecundã rõnem. Ad ſecundam rationem diuerſimodè reſpondet Mauritius hic, & in ſequentibus quæſtionibus, quas reſpõſiones omitto, ne dum breuitatis cauſa, ſed etiam quia fortè rationi non videntur ſatisfacere. Dico igitur, quòd cum propriè loquendo ſuperius non ponat in numerum cum inferiori, q̃a homo & ſortes non ſunt duo animalia, iõ genus, ſpecies, & prædicari in quid, non dicuntur tria vniuerſalia, nam prædicari in quid eſt ſuperius ad genus, & ad ſpeciem, ſeu ad prædicari in quid per modum totius, & per modum partis. Sed adhuc remanet difficultas de genere generaliſſimo ac ſubalterno, item de ſpecie ſpecialiſſima, & ſubalterna, quorum vnum non eſt ſuperius ad aliud. Poteſt dici, quòd tantum differũt numero. Et cum arguitur, quod ſubalternum plus differt à generaliſſimo, quam ab alio ſubalterno. Poteſt dici, quod non plus differunt formaliter, quamuis plus diff. ratione fundamenti. quia fundamenta huius, & illius ſubalterni poſſunt eſſe eiuſdem prædicamenti, quod non eſt verum de fundamentis duorum generaliſſimorum: ſicut albedo, quæ eſt in Socrate, plus differt ratione fundamenti ab albedine, quæ eſt in aſino, quam ab albedine, quæ eſt in Platone, non tamen ſequitur quod ſi hæc & illa albedo, quæ fundatur in hoc & illo homine, differunt numero, quod illa quę eſt in Sorte, & illa quæ eſt in aſino differant ſpecie. *Generaliſſimũ & ſ[…]*

Vel dicas, quòd generaliſſimum & ſubalternum plus differunt differentia accidentali, quam duo ſubalterna, quia inquantũ ſunt vniuerſalia accidit eis habere, vel non habere genus ſupraueniens.

Vel dicas quod licet generaliſſimum, & ſubalternum, ſpecies ſpecialiſſima, & ſubalterna

terna differant ſpecie, non tamen ſequitur, vniuerſalia habentia vltimatè diuerſos modos prædicandi, eſſe plura, quam quinque, nam generaliſſimum, & ſubalternum non differunt penes diuerſos modos prædicandi. Vel vltimo dicas quod licet differant ſpecie generaliſſimum, & ſubalternum, nō tamen ſequitur vniuerſalia eſſe plura, quam quinque, ſicut nec ſequitur ſpecies qualitatis eſſe plures, quam quatuor, quamuis etiā aliqua illarum ſpecierum eſſet ſubalterna.

Prædicari ī quid an dr̄ia diuiſiua vl̄is. Aliud dubium eſt, nam Doctor hic dicit, quod prædicari in quid & in quale sūt differentiæ diuidentes vniuerſale.

Contra quia infra.q.27. dicit prædicari in quid æquiuocè conuenire generi, & ſpeciei, at nullum æquiuocum eſt diuiſiuū generis, quia quod eſt diuiſiuum generis, eſt conſtitutiuum ſpeciei, & quod eſt conſtitutiuum ſpeciei eſt de intrinſeca ratione ſpeciei, ac ipſam ſpeciem definit, nullum autem æquiuocum definit, igitur prædicari in quid non erit differentia diuiſiua vniuerſalis. Mauritius quæſtione prææallegata dubio tertio diuerſimodè reſpondet, vt in ipſo videre poteris.

Aliter tamen ego dicerem, & magis iuxta mentem Doctoris ibidem, quòd prædicari in quid eſt vniuocum ac æquiuocum.

Pro quo ſciendum, quod ex vniuocis poſſunt fieri æquiuoca, & è conuerſo, vt dicit Boetius ſuper prædicamenta capitu. de Aequiuocis: nam homo, & equus licet ſecū dum nomen animalis vniuocentur, quia ſecundum tale nomen accipitur ratio in qua conueniunt.

Si tamen hominis ratio aſſignetur animal rationale, & equi animal irrationale hinnibile, tunc homo, & equus æquiuocātur in animali, quia ſecundum illud nomē non accipitur ratio in qua conueniant, iſta que vocantur vniuoca in æquiuoca permutata.

Hocque modo loquitur Doctor. 27. q. de æquiuoco, vt patet ponderanti literam eius: ibi enim accipit rationem, non ſecundum illud nomen in quid, ſed ſecundum proprias rationes generis & ſpeciei.

Vnde dicit prædicari in quid æquiuocè conuenire generi, & ſpeciei, quia genus prædicat partem eſſentiæ, ſpecies verò totam eſſentiam, non autem dicit quod æqui uocè conueniat eis, quia prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ (quæ eſt ratio ſumpta ſecundum hoc nomen, prædicari in quid) non conueniat tam generi, quam ſpeciei.

Arg. 1. principale. Modo ſunt argumenta principalia declaranda, quæ ſunt quatuor.

Quorum primum habet tres partes; quia ex eadem maiori, ſubſumendo aliam, & aliam minorem, concludit primo vniuerſalia eſſe tantum quatuor: deinde eſſe tātum tria: poſtremo eſſe ſex.

Maior eſt iſta. Quot ſunt prædicata tot ſunt vniuerſalia, nam prædicari ſumptum, non vt dicit actum prædicandi, ſed ſecundè intentionaliter, conuertitur cum vniuerſali: ſub qua maiori ſi ſubſumatur iſta minor, ſed prædicata ſunt tantum quatuor primo Top. cap. 4. ſequitur vniuerſalia eſſe tantum quatuor.

Si verò ſubſumatur inter prædicata neque ſpeciem, neque differentiam numerari, ſequitur vniuerſalia eſſe tantum tria.

At ſi ſubſumatur, quod inter prædicata numeratur definitio, ſequitur ipſam numerandam eſſe inter vniuerſalia, & ita ipſa eſſe ſex vniuerſalia.

Reſp. ad 1. princ. Reſpondendo Doctor duo facit. Primo declarat, quòd alia ratione Ariſto. in Topicis numerum prædicatorum, & alia ratione Porphy. numerum vniuerſalium.

Secundo declarat quare in Topicis inter prædicata numeratur definitio, & non ſpecies, neque differentia: & quare inter vniuerſalia numerantur ſpecies & differentia, non autem definitio.

Secundum ibi. Non ponitur, ergo, &c.

Ariſt. penes q d diuerſificat p̄dicata 1. Topic. Dicit ergo, quod Ariſto. in primo Top. diuerſificat prædicata penes prædicare eſſentiam, vel non, conuertibiliter, vel non & ita non contingit eſſe niſi quatuor prædicata: quia ſi prædicat eſſentiam conuertibiliter, eſt definitio, ſi prædicat eſſentiam non conuertibiliter, eſt genus, ſi verò non prædicat eſſentiam conuertibiliter, ita vt prædicatum prædicetur conuertibiliter, licet non dicat eſſentiam ſubiecti, ſic eſt proprium.

Si verò non prædicet eſſentiam non conuertibiliter, ſic eſt accidens commune.

Modo

Modo Porphy. quamuis conſideret de vniuerſalibus quo ad prædicari, non tamē quoad prædicare eſſentiam, vel non, conuertibiliter vel non.

Vnde licet conſideret genus inquantum prædicat eſſentiam, non tamen inquantum prædicat eſſentiam non conuertibiliter; ſed inquantum prædicat eſſentiam per modū eſſentiæ. Vnde iſtorum quinque vniuerſalium tantum vnum prædicatur conuertibiliter ſcilicet proprium: & tria prædicant eſſentiam non cōuertibiliter ſcilicet genus, ſpecies, & differentia generalis: licet enim ſpecies dicat totam eſſentiam indiuiduorū, non tamen dicit totum eſſe eorum, & ideo de ipſis non prædicatur conuertibiliter. Similiter, & ſi differentia ſpecifica dicit totā eſſentiam vltimate, & completiuè, & ideo aliquo modo prædicetur conuertibiliter: tamen Doctor hic loquitur de differentia intermedia, ſeu generali, vt manifeſtum erit ex infra dicendis, taliſque differentia non conuertitur cum ſpecie.

Notandum ex Sco to. 1. d. 8. q. 3. quod Philoſophus primo Topic. diſtinxit prædicata propter diſtinctionem problematum, habent enim diuerſa problemata diuerſum modum quo determinari debent quantum ad veritatem vel falſitatem alterius partis, ex diuerſitate prædicatorum, non equidem inquantum illa prædicata prædicantur in quid vel in quale, ſed bene inquantum prędicant eſſentiam, vel non, conuertibiliter, vel non.

Ibi. Non ponit, ergo, &c. Doctor declarat quare Philoſophus non poſuit differentiam inter prædicata topica: & tria facit, primo declarat hoc de differentia intermedia. Secundo de differentia vltima ac ſpecifica. Tertio reſpondet cuidam tacitę obiectioni; Secūdum ibi. Aliqua eſt etiam, &c.

Tertium ibi. Et fortè, &c. Dicit ergo quantum ad primum, quod differentia intermedia non ponitur ab Ariſt. inter prædicata topica, quia illa reducitur ad genus nedum quantum ad modum prædicandi, ſed etiam quantum ad modum terminandi problema in quo prædicatur.

Primum patet: nam Philoſophus vbi ſupra dicit, quod differentia (ſcilicet intermedia) prædicat eſſentiam ſubiecti non conuertibiliter, & ideo differentia intermedia reducitur ad genus, non inquantum prædicatur in quid; ſed inquantum prædicat eſſentiam ſubiecti non conuertibiliter.

Secundum eſt etiam manifeſtum. 4. Top. quia vbi docetur conſtruere (id eſt affirmatiuè reſpondere) & interimere (id eſt negatiue reſpondere) genus (id eſt problema in quo prædicatur genus, docetur etiam hoc de differentia,) id eſt de problemate in quo prædicatur differentia.

Duo ſunt notanda. Primo, quod Doctor non dicit differentiam reduci ad genus quantum ad entitatem, quia fortè ſic non eſt reducenda, quia differentia cum habeat rationem actus, & genus rationem potentiæ, erit entitatiuè perfectior genere, at nullum perfectius reducitur ad imperfectius, quantum ad entitatem: hac ergo ex cauſa diximus, ipſam reduci ad genus quātum ad modum prædicandi, ac quantum ad terminationem problematis. Reditio duplex.

Secundo notandum prædicata topica ſeu dialectica eſſe in duplici differentia; nā quædam ſunt principalia, quædam minus principalia ſeu annexa. Prædicatū dialecticū duplex.

Prædicatum dialecticum principale (quod propriè vocatur prædicatum dialecticum) eſt quod eſt aptum natum prædicari in problemate dialectico, primo terminabile per artem dialecticam. Dico primo, quod eſt aptum natum prædicari, propter indiuiduum, quod non poteſt dici prædicatum, niſi extendendo nomen prædicati ad omne illud, quod vel directè vel indirectè poteſt dici de alio Prædicatū dialecticū qd

Dico ſecundo in problemate dialectico, ad differentiam tranſcendentium, quæ nō ſunt prædicata problematis, vt dicit Doctor. 1. diſt. 8. quæſt. 4. problema enim præſupponit aliquod certum, & quærit dubium ex. 7. met. cap. vltimo, ens autem, & res prima impreſſione imprimunt in anima, ſecundum Auic. primo meta. cap. 5. Dico vlterius primo terminabile per artem dialecticam, ad differentiam prædicati annexi, ſeu problematis conſtituti ex prædicato annexo, quod non poteſt terminari per artem dialecticam, ſeu per loca dialectica, niſi ſecundario, & reductiuè.

Eſt enim prædicatum annexum quod non habet omnino eundem modum prædicandi cum principali prædicato, natū prædicari Prædicatū annexū qd.

cati in problemate dialectico, ſecũdario terminabile per eandem, vel conſimilem conſiderationem, qua terminatur principale. Dico primo, quod non habet omnino, &c. ad differentiam prædicati principalis, quia ſi haberet omnino eundem modum prædicandi, non eſſet annexum, ſed principale. Dico ſecundo, natum prædicari, &c. Propter illud idem, quod diximus ſupra. Dico ſecundario terminabile, &c. Ad differentiã problematis conſtituti ex prædicato principali, quia hoc problema non eſt terminabile niſi eiſdem, vel conſimilibus locis, quib. eſt terminabile problema conſtitutum ex prædicato principali. Ex his omnibus patet, quod differentia intermedia (cũ habeat eundem modum prædicandi cum genere, quia .ſ. prædicat eſſentiam ſubiecti non cõuertibiliter, ac etiam quia problemata eius conſtruuntur, & interimuntur ſicut problemata generis) eſt prædicatum annexum, reduciturque ad genus, vt patet ex primo Topic. cap. 4. & ex. 4. top. vbi ſimul cum locis generis ponit perpauca differentiæ loca.

Dfia intermedia eſt ꝓdicatum annexũ.

Ibi. Aliqua eſt etiam, &c. Declarat, quare Philoſophus non numerauit differentiã ſpecificam inter prædicata; Dicitque hoc ideo eſſe, quia eſt prædicatum annexum, nam habet eundem modum prædicandi cũ definitione, cum prædicet eſſentiam conuertibiliter; reduciturque ad definitionem, quia problemata eius conſimilibus locis conſtruuntur, & interimuntur, vt patet. 6. Top. cap. 2. Notandum, quod prædicare eſſentiam conuertibiliter contingit ex duplici cauſa, aut quia dicit totam eſſentiam ac totum eſſe comprehẽſiuè, aut quia dicit totam eſſentiam, ac totum eſſe completiuè. Quod dicit totum eſſe primo modo, prædicatur conuertibiliter ratione totalis ac formalis identitatis, ſicut eſt de definitione. quod verò dicit totum eſſe ſecundo modo, prædicatur conuertibiliter ratione vltimatę actualitatis, ſicut eſt de vltima differẽtia. Patet ergo, quod definitio, & differentia nõ habent omnino eundem modum prædicãdi, quia illa prædicat eſſentiam conuertibiliter ac comprehenſiuè, iſta verò prædicat eſſentiam conuertibiliter completiuè. Etiã definitio prædicatur in quale quid, at differentia tantum in quale.

Dfia ſpecifica eſt ꝓdicatũ annexũ.

Definitio & vltima differentia quare ꝓdicanť cõuertibiliter.

Ibi. Et fortè, &c. Reſpondet cuidam tacitæ obiectioni, ſeu interrogationi. Poſſet enim quis obiicere, nam quodlibet annexum reducitur ad aliquod vnum prædicatum, quod cum non contingat de differentia, non erit annexum.

Vel poſſet quis interrogare, quare cum differentia ſit annexum non reducitur tantum ad vnum prædicatum, ſed ad duo, quia. 4. Top. ponitur cum genere, & 6. top. cum definitione.

Reſpondet hoc ideo eſſe propter diuerſitatem differentiarum.

Propter quod dicit Tatar. primo Topic. q. 2. art. 2. quod differentia non propriè eſt annexum generis, ponitur enim à Philoſopho cum genere, & cum differentia, & non cum aliquo vno prædicato.

Per hæc corriges Mauritium exiſtimantem hanc eſſe ſecundam rationem, qua Doctor oſtendit quare Philoſophus non numerauit differentiam inter prædicata. Patet enim hoc eſſe falſum, ponderando illam literam, cum aliquo vno prædicato.

Mauritii error

Ibi. Speciem ibi non ponit, &c. Ponit tres modos dicendi, quare ſpecies non numeratur inter prædicata ab Ariſto. Secundus ibi. Vel potius ad genus, &c. Tertius ibi. Vel ſpecies non eſt, &c. Primus modus dicendi eſt, quia ſpecies reducitur ad definitionem, cum definitio ſit proprium ſpeciei. Notandum primo, quod omnia prædicata poſſunt reduci ad definitionem, vt dicit Philoſophus primo Top. cap. 5. Notandum ſecundo, quòd proprium quandoque accipitur extenſiuè pro omni eo quod eſſentialiter vel accidentaliter conuenit vni ſoli, & ſemper, & conuerſim prædicatur eſſentialiter vel accidentaliter de re cuius dicitur proprium. Quandoque accipitur propriè pro eo quod accidentaliter conuenit vni, ſoli, & ſemper. Definitio eſt proprium ſpeciei, primo modo accipiendo proprium. Notandum tertio, quod reductio ſpeciei ad definitionem, eſt quantum ad conſtructionem, & interemptionem problematis, vt poteſt haberi primo Top. cap. 6. vbi Philoſophus pertractat de eodem genere, ſpecie, ac numero, quod eſt annexum defõni. Nõ autem reducitur ſpecies ad definitionem, quantum ad modum prædicandi, quia ſpecies non prædicat eſſentiam conuertibiliter, nec prædicatur in quale quid.

Species quare ñ numeratur inter ꝓdicata.

Propriũ dupliciter.

Ibi. Vel potius,&c.Ponit ſecundum modum dicendi, qui eſt, quòd ſpecies reducitur ad genus, quia habet eundem modum prædicandi cum genere, prædicatur enim eſſentialiter non conuertibiliter. Ex quo infert, quòd eadem erunt loca conſtruendi,& deſtruendi problemata generis, & ſpeciei,ſicut patet ex.4. Top. Notandum Doctorem addidiſſe ly potius,quia iſte ſecundus modus dicendi eſt verior primo, nam ſpeciei comparatæ ad genus magis conueniunt conditiones annexi, quàm comparatæ ad definitionem.

Species non eſt pdicatũ dialecticum.

Ibi. Vel ſpecies, &c. Ponit tertium modum dicendi, qui eſt quod ſpecies nec inter prædicata principalia, nec inter annexa numeratur à Philoſopho,quia non eſt prædicatum ſed potius ſubiectum propoſitionis dialecticæ. Quod probatur ſic. Nulla propoſitio dialectica eſt communiter ſingularis,at propoſitio, in qua prædicatur ſpecies,eſt ſingularis, ergo propoſitio in qua prędicatur ſpecies non eſt communiter dialectica, & ex conſequenti ſpecies non erit prædicatum topicum. Minor patet, nam ſpecies non eſt nata prædicari niſi de indiuiduis. Maior probatur. Omnis propoſitio ſingularis ad ſui probationem communiter eget ſenſu vel pœna, ſed nulla propoſitio dialectica ad ſui probationem eget ſenſu vel pœna,ergo nulla propoſitio dialectica eſt communiter ſingularis. Maior patet ex proęmio meta.vbi Philoſophus vult ipſorum ſingularium eſſe experimentũ. Minor habetur ab Ariſt.1.Top.cap 9. & verba eius ſunt iſta. Non oportet autē omne problema, nec omnem poſitionem conſiderare,ſed quam dubitabit aliquis eorum, qui ratione egent, & non pęna vel ſenſu. In qua litera habes, quæ nam ſint problemata dialectica,& quæ non.Quam literám ſic expones. Quãdo dubitabit(.i.interrogabit) aliquis eorum, qui ratione egent(.i.aliquis eorum qui,ad hoc vt perſuadeat illis altera pars problematis, egent ratione probatiua ſeu oſtenſiua. Vnde dicere illud problema eſſe dialecticum,cuius altera pars rõne perſuadenda eſt interroganti,& non pęna vel ſenſu. Vult dicere illud problema non eſſe dialecticum cuius altera pars perſuadenda eſt interroganti pęna,vel ſenſu. Exemplũ eſt de iſto problemate, vtrum Deus ſit honorandus, & parentes diligendi. Et de iſto, vtrum nix ſit alba,& ignis calidus. Deũ.n. eſſe honorandum pęna eſt ſuadendum: ga negans Deum eſſe honorandum,ſupplicio eſt afficiendus. Neganti verò ignem eſſe calidum,hoc ei ſenſu eſt perſuadendum.

Propoſitio dialectica qd

Pro intellectu eorum quæ dicta ſunt,declarandum eſt quid,& quotuplex eſt propoſitio,ac problema dialecticum. Dico igitur quod propoſitio dialectica ſecundũ Philoſophum 1.Top.cap.8.eſt interrogatio probabilis,aut omnibus,aut plurimis, aut ſapientibus,& his vel omnibus,vel plurimis, vel maximè familiaribus non inopinabilis. Eſt autem interrogatio propoſitio ſumpta cum ſigno interrogatiuo Vnde Com. dicit,quod propoſitio dialectica eſt oratio probabilis ſumpta in interrogatione, quæ efficitur pars Syllogiſmi. Addidit ly probabilis,ad differentiam propoſitionis demonſtratiuæ,quæ non eſt in interrogatione, & ad differentiam propoſitionis contentioſæ vt nunquid videns habet oculos? Huiuſq: propoſitionis multa ſunt genera,quia quædam ſunt propoſitiones probabiles apud omnes, vt quòd Deus eſt. Quædam ſunt probabiles apud plures;& hoc vel apud plures ſapientes, quas tamen vulgus non recuſat,vt an anima ſit immortalis. Quædam ſunt probabiles apud maximos ſapientes. Vide Philoſophum, ac Auer.vbi ſupra.

Interrogatio quid.

Propoſitio dialectica quotuplex.

Problema dialecticũ quid,

Problema dialecticum ſecundum Philoſophum vbi ſupra. cap.9. eſt ſpeculatio (ideſt quæſitum)intendens (ideſt conferens) vel ad electionem,& fugam,vel ad veritatē, & ſcientiam,aut per ſe, aut adminiculans ad aliquid aliud taliũ, de quo aut neutro modo opinantur,aut contrariè plerique (ideſt vulgares)ſapientibus, aut ſapientes pleriſq; [ideſt vulgaribus]aut vtriſque ijdem eiſdē; ideſt ſapientes ſapientibus,& vulgares vulgaribus. Ex qua definitione habemus diuiſionem problematum,poſſunt enim diuidi aut ſecundum diuiſionem ſcientiarum, aut ſecundum diuerſitatem modi ſe habendi quæſitorum. Cum enim ſcientiarum quædam ſint morales,quædam reales,quędam rationales: idcirco problematum quędam ſunt moralia, quorum notitia tantum vtilis eſt ad eligendum,vel fugiendum, vt vtrum voluptas ſit eligenda an non?

Problematũ diuiſio.

Quædam ſunt realia,ſeu naturalia, quæ tantum

tantum ſunt vtilia ad ſciendum, vt vtrum mundus ſit æternus,an non.

Quædam ſunt rationalia,quę per ſe nec ſunt vtilia ad eligendum,& fugiẽdum,nec ad ſciendum tantum,ſed ſunt adminiculantia ad aliquid talium, puta ad eligendum, & fugiendum, vel ad ſciendum tantum.

Quod etiam habes à Philoſopho vbi ſupra cap. 12. Poſſunt quoque problemata diuidi ſecundum diuiſionem, ſeu diuerſitatem modi ſe habendi quæſitorum. Quia ſi quæſitum ſic ſe habet, quod ad vtramque partem habemus rationes æquè ſuaſibiles, vel ad neutram partem habemus rationes ſuaſibiles,vocatur problema neutrum;nam tunc remanemus neutri reſpectu problematis,ſi verò circa quæſitum vulgares contrariantur ſapientibus. eſt alia ſpecies problematis,vt vtrum dialectica ſit melior arte ſutoria? Similiter ſi ſapientes contrariantur vulgaribus,vt vtrum quælibet ſtella fixa ſit maior tota terra. Etiam ſi ſapientes ſapientibus contrariantur erit aliud genus problematis, vt vtrum detur infinitum,& an detur vacuum? Vlterius ſi vulgares vulgaribus contrariantur erit alia ſpecies problematis;vt vtrum ſanitas ſit magis eligenda quam diuitię? Notandum, quod propoſitio dialectica, & problema non differunt quantum ad numerum, imo ęqualia ſunt numero; nam omnis propoſitio poteſt fieri problema,& è contra, tranſumpto modo interrogandi. Vnde ſolummodo differunt quantum ad modum interrogandi,nam propoſitio tantum quęrit alteram partem contradictionis, vt vtrum homo ſit animal, problema verò quærit vtramque, vt vtrum homo ſit animal, vel non?

Problema neutrũ qd.

Propoſitio dialectica, & problema quõ differũt.

Arg. 2. princ. Secundo principaliter oſtendit vniuerſalia non eſſe tantum quinque, ſed infinita. Quia quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot modis dicitur, & reliquum,primo Top. cap.13. at vniuerſale & ſingulare opponuntur,& ſingularia ſunt infinita, ergo & vniuerſalia. Notandum,quod illa auctoritas Philo.non habetur cap. 12. vt allegat Mauritius,ſed cap.13. vbi ait.

Si enim contrarium multipliciter dicitur,manifeſtum eſt, quoniam & propoſitum.

Reſpondet Doctor,& primo ponit ſenſum verum illius auctoritatis Ariſt. deinde excludit ſenſum falſum. Senſus verus illius propoſitionis tot modis dicitur vnum oppoſitorũ,quot & reliquum]eſt, quot ſunt ſignificata vnius oppoſiti,tot ſunt, & alterius,& hoc ſi ſecundum omnem ſignificationem alterum ſibi opponatur. Vnde Cõmen. dicit quòd ſi ſentire de anima, & de corpore dicatur dupliciter,priuatio ſentiendi etiam dicitur dupliciter:ſicque ſi ſanitas dicatur de illis æquiuocè ſcilicet, de anima, & corpore, ægritudo itaque de illis dicitur æquiuocè. Et notanter Doctor addidit, ſi ſecundum omnem ſignificationem opponantur;quia ſi non opponerentur hoc modo,non eſſet verum,quòd quot ſunt ſignificata vnius,tot etiam eſſent alterius:exemplum eſt de ente rationis, quod poteſt accipi pro ente rationis obiectiuè,ſubiectiuè,ac pro ente cauſato ab actu collatiuo,non autem tot modis dicitur ens reale, & hoc quia non opponuntur ſecundum omnem ſignificationem

Oppoſitorũ vnũ tot modis dr̃ quot & reliquum.

3. Arg. princ. Tertio principaliter arguitur ſic. Quicquid prædicatur de pluribus eſt vniuerſale,indiuiduũ prædicatur de pluribus, quia de hoc,& illo indiuiduo, ergo indiuiduum eſt vniuerſale, ſed non eſt aliquod iſtorum quinque,vt patet inducendo per omnia,ergo erit ſextum.

Reſp.ad 3. prin. Reſpondet concedendo indiuiduum eſſe vniuerſale denominatiuè, & eſt aliquod iſtorum quinque,quia eſt ſpecies,& hoc accipiendo tam vniuerſale, quam ſpeciem vt modus:& quoniam ſpecies reſpicit nedũ ſingularia,de quibus dicitur, ſed etiam genus,ſub quo ponitur, ideo cum manifeſtum ſit quod ſingularia,de quibus dicitur quidditatiuè indiuiduum, ſunt hoc, & illud indiuiduum; declarat quod nam eſt genus ſub quo indiuiduum ponitur: aitque illud eſſe intentionem.

Indiuiduorum eſt vl'e, ac ſpẽs.

Hocque eſt illud quod vult habere cum ait;quod indiuiduum eſt ſpecies reſpectu intentionis.

Et nota quod non aſſignat eius genus propinquum,quia illud non eſt nobis notum.

Obiectionis dilutio. Et ſi obijcias quia ab hoc,& ab illo forte non poteſt abſtrahi aliquod cõmune vniuocum,

uocum, igitur nec ab hoc, & ab illo indiuiduo. Poteſt dici, quod ab indiuiduo ſignato nihil commune vniuocum poteſt abſtrahi, & ideo ſortes dicitur æquiuocè de hoc & de illo ſorte, quia ſunt indiuidua ſignata. Secus autem eſt de indiuiduo vago, vnde cum hoc & illud indiuiduum ſint indiuidua vaga, poterit ab eis abſtrahi aliquod commune vniuocum.

Ab indiuiduo vago ab ſtrahit aliquod cõe vniuocũ, ſecus eſt de ſignato.

Vltima ratio ſic erigatur, Quicquid prædicatur de pluribus eſt vniuerſale, ens prædicatur de pluribus, ergo ens eſt vniuerſale; ſed eſt aliquod iſtorum quinque, ergo eſt ſextum vniuerſale.

2. Arg. prin.

Minor ſubſumpta probatur inductiuè, Et primo ens non eſſe genus patet per Ariſto. 3. met. tex. Commen. 10. vbi ait. Non eſt autem poſſibile, neque ipſum vnum entiũ eſſe genus, neque ipſum ens. Ratioq; Ariſt. quæ ponitur hic à Scoto eſt, quia ens prædicatur per ſe de differentia, de qua genus per ſe dici non poteſt. Vnde ſubdit Philoſophus. Neceſſe etenim eſt vniuſcuiuſque generis differentias, & eſſe, & vnamquamq; vnam eſſe, impoſſibile verò eſt aut ſpecies generis de proprijs differentiis prædicari, aut genus abſque ſuis ſpeciebus. Quod autem ens non ſit ſpecies probatur, nam ſpecies ponitur ſub aſſignato genere, ſed ens ſub nullo genere aſſignato ponitur, aliter haberet genus ſupra ſe, ergo ens non eſt ſpecies. Quod etiam non ſit aliquod aliorũ trium vniuerſalium patet, nam illa prædicantur in quale, at ens prædicatur in quid, vt colligitur ex dictis Ariſt. 2. met. tex. Commen. vltimo, ac alibi.

Reſp. ad 4. princ. Reſpondendo duo facit. Primo reſpondet ad argumentum, ſecundo replicat. Reſponſio eſt negando minorem, nam ens nõ prædicatur de pluribus cum ſit æquiuocũ, quia prædicari eſt prius alio dici, quod æquiuoco non conuenit. Pro intellectu huius literæ duo ſunt notanda.

Primo, quod cum Doctor dicit ens eſſe æquiuocum, aut loquitur ſecundum communem modum dicendi, vt ſæpe facit in his logicalibus. Aut loquitur de æquiuoco logico, eſt autem æquiuocũ logicum quod aut non dicit vnum conceptum, aut ſi importat vnum conceptum, non tamen talis conceptus eſt limitatus, cui poſſit attribui aliquod horum quinque vniuerſalium. Vnde ſicut ad hoc quod aliquid ſit vniuocũ logicè requiruntur duo, ſ. quod dicat vnũ conceptum, & quod ille conceptus ſit limitatus, cui poſſit attribui aliquod vniuerſale. Ita ad æquiuocationem logicam ſufficit quod alterum horum deficiat, nam pauciora requiruntur ad deſtruendum, quam ad conſtruendum. Cum igitur ens non dicat aliquem conceptum limitatum, cui poſſit attribui aliquod horum vniuerſaliũ, ideo ens erit æquiuocum logicè. Secundo notãdum, quod prædicari directè, eſt quædã ſecunda intentio, quæ attribuitur alicui, quod dicitur prius alio, & ſi ſit ſermo de prædicari ſumpto in definitione vniuerſalis, illud non attribuitur niſi alicui limitato, quod eſt prius alio de quo dicitur. Hoc ſic declaratur, quicquid prædicatur directè habet rationẽ formæ, id verò de quo aliquid prædicatur habet rationem materiæ, aut conſtituti (quod an ſit verum habet examinari alibi) cum igitur forma ſit prior materia ac compoſito, 7. met. tex Com. 7. igitur, quod prædicatur inquantum tale erit prius eo de quo dicitur. Ex quo ſequuntur duo. Primo, quod æquiuocum non poſſit verè prædicari, quia nõ importat aliquem conceptum, qui ſit prior eo de quo dicitur æquiuocum, & ideo ſi ens eſt æquiuocũ ne dum logicè, ſed etiam meta. non põt verè prædicari. Si aũt eſt æquiuocũ ſolummodo logicè, non põt prædicari, vt prædicari ſumitur in definitione vniuerſalis, quia ens non importat aliquod limitatum, quod habeat rationem formæ, cui poſtea poſſit applicari ipſum prædicari limitatum. Secundo ſequitur, quod inferius non poſſit verè prædicari de ſuo ſuperiori, quia reſpectu eius non habet rationem prioris.

Aequiuocũ logicum quid.

Ad vniuocationẽ logicã duo requiruntur.

Prędicari, quid.

Aequiuocum nõ põt pdicari.

Ibi. Contra accipiatur, &c. Replicat confirmãdo, quod detur ſextum vle, nam ens in genere ſubſtãtiæ importat aliquẽ vnũ conceptũ limitatũ, & ideo ne dum erit vniuocum metaphy. ſed etiã logicè, cum igitur pdicetur de pluribus erit vle, nõ eſt aũt aliquod iſtorũ quinq; quia ens in genere ſubſtãtiæ pdicatur per ſe de differentiis, quod nõ cõuenit gñi, & pdicatur in quid, quod nõ cõuenit trib. vltimis vlib. nec hẽt genus ſupra ſe, ſicut hẽt ſpecies, igitur datur ſextũ vle, aliud ab iſtis, quod erit ens in genere ſubſtantiæ.

Reſpon-

Reſponſio eſt negãdo ens in genere ſub ſtantiæ eſſe vniuocum, eſt namque æquiuocum ad tria, ſcilicet ad coordinationes differentiarum, & ad coordinationem ſpecierum. Vt intelligatur hæc litera, quæ difficilis eſt, quatuor faciam. Primo ipſam diuidam. Secundo erigam rationem ex litera, qua probatur ens in genere ſubſtantiæ eſſe æquiuocum ad tria. Tertio declarabo literam. Vltimo difficultates quaſdam è medio tollam. In hac ergo litera Doctor, quatuor facit.

Literæ diuiſio. Primo reſpondet ad replicam illam, negando ens eſſe vniuocum, eſt enim æquiuocum ad tria.

Secundo hoc probat ratione.

Tertio hoc cõfirmat ex dicto Auicennæ.

Quarto reſpondet tacitæ obiectioni. Secundum ibi. Impoſſibile, &c. Tertium ibi. Et ideo, &c. Quartum ibi. Non tamen tot &c. Ratio ſic erigatur. Quicquid eſt vniuocum ad illa quæ ſunt in aliquo genere, prædicatur per ſe primo modo de illis, ſed impoſſibile eſt ens in genere ſubſtantiæ, vel in quocunque alio genere, prędicari per ſe primo modo de his quæ ſunt in illo genere, ergo ens in genere ſubſtantiæ eſt æquiuocũ, & non vniuocum ad ea quæ ſunt in tali genere.

Erigat̃ ratio.

Maior patet, quia hic eſt ſermo de vniuoco vniuocè dicto. Minor verò probatur, nam ſi ens per ſe primo prędicaretur de differentiis, & ſpeciebus, ac de differentiis oppoſitis, differentia ſuperior de differentiis oppoſitis prædicaretur vniuocè. Conſequens falſum, igitur, & antecedens.

Conſequentia probatur, Impoſſibile eſt enim aliquod vniuocum prædicari per ſe primo modo ſeu vniuocè de ſpeciebus, & differentiis, vel de differentia vna, & alia oppoſita, niſi differentia ſuperior de differentiis inferioribus oppoſitis prædicetur vniuocè. Quod patet, nam ſi ratio per quam aliquid deſcendit in aliqua non ſit vniuoca illis, nec deſcendens in illa per talem rationem, erit illis vniuocum.

Vt ſi rationale non eſſet vniuocum omnibus hominibus, nec animal, deſcendens per rationale in hominem, eſſet vniuocum hominibus, cum igitur vniuocum ad differentias inferiores deſcendat in illas per differentiam ſuperiorem, differentia ſuperior erit vniuoca inferioribus, ſi illud deſcendens eſt vniuocum. Falſitas conſequentis probatur ſic, quia ſi differentia ſuperior de differentiis inferioribus prædicatur vniuocè, ergo differentiæ inferiores ſunt ſpecies in recta linea reſpectu ſuperioris differentiæ, conſequens falſum, igitur, & antecedens.

Conſequentia patet, quia quæcunque limitata ſic ſe habent, quòd non ſunt indiuidua, & aliquid prædicatur vniuocè de illis, ſunt ſpecies illius, ergo ſi differentia ſuperior vniuocè prędicatur de inferioribus differentiis, inferiores differentię ſunt ſpecies in recta linea reſpectu ſuperioris differentiæ, cum non ſint eius indiuidua. Falſitas huius conſequentis probatur ſic, nam ſi differentiæ inferiores eſſent ſpecies ſuperioris differentiæ, ponerenturque in recta linea prædicamentali, & tunc differentiæ inferiores eſſent genera reſpectu ſpecierum quarum ſunt conſtitutiuæ, quod eſt impoſſibile; quia nihil idem reſpectu eiuſdem poteſt eſſe genus, & differentia, cum materia non coincidat cum forma. 2. phy. genuſque habeat rationem materiæ, & differentia formæ.

Hæc vltima conſequentia probat̃ ſic, quod eſt in recta linea prædicamentali, & prædicatur vniuocè de ſpecie, eſt genus, at differentia conſtitutiua ſpeciei eſt in recta linea prædicamentali, ex conceſſis, & prædicatur vniuocè de ſpecie ipſa, per Porphy. ergo, &cęt.

Huius rationis ſic erectæ ponitur in litera primo probatio conſequentiæ enthymematis qua probatur minor.

Secundo ponitur probatio falſitatis conſequentis eiuſdem enthymematis.

Nunc expono ſingulas propoſitiones, & primo illam. Impoſſibile eſt enim, &cæt. Niſi dupliciter.

Pro cuius intellectu notandum, quod ly niſi poteſt accipi dupliciter, vno modo exceptiuè, vt cum dico, nullus homo niſi ſortes ludet.

Alio modo illatiuè, & tunc idem valet, quod ſi non, vt in iſta propoſitione, nullus homo per ſe ædificat, niſi ſit ædificator; cuius ſenſus eſt, nullus homo per ſe ædificat, ſi non eſt ædificator, quia ſolummodo ædificator per ſe ædificat. Litera exponitur.

In propoſito noſtro accipitur illatiuè. Et ſenſus eſt. Si differentia ſuperior de differẽtijs inferioribus nõ prædicaretur vniuocè [accipiendo vniuocè prædicari, vt diſtinguitur contra vniuocum prædicatum] impoſſibile eſſet aliquod vniuocum prædicari per ſe primo modo de ſpeciebus, quas ipſæ differentiæ conſtituunt, & de ipſis differentijs: eſſet etiam impoſſibile aliquod vniuocum prædicari in primo modo de vtraque differentia oppoſita.

Vt ſi ſenſibile non prædicatur vniuocè de rationali, & irrationali ſeu non includatur in ratione vtriuſque, impoſſibile erit ipſum corpus eſſe vniuocum ꝑ ſe primo modo, ſeu vniuocè prædicari [quod idem eſt] de homine & rationali, vel de rationali, & irrationali. Et ratio huius eſt, quia corpus deſcendit in rationale, & irrationale, per ſenſibile, modo ſi differentia contrahens non eſt vniuoca ad aliqua, nec contractũ eſt vniuocum ad illa.

Ibi. Et tunc &c. Probat quod differentia ſuperior non prædicatur vniuocè de differentiis inferioribus, aitque. Et tunc [ideſt quia tunc, ſi. ſ. dřia ſuperior prædicaretur vniuocè de inferioribus differentiis,] reſpectu eius [ideſt differentiæ ſuperioris puta ſenſibilis] differentiæ ſpecierum [ideſt conſtitutiuæ ſpecierum, puta rationale, & irrationale] eſſent ſpecies in recta linea [quia quæcunque reponuntur in prædicamento vt genera, & ſpecies, ſunt in recta linea prædicamentali; & ita tunc eſſet de illis differentiis] & per conſequens differentiæ [conſtitutiuæ ſpecierum, puta rationale, & irrationale] reſpectu ſpecierum quarum ſunt differentiæ [conſtitutiuæ, puta reſpectu hominis, leonis, & aſini] eſſent genera [quia quod eſt in recta linea prædicamentali, & vniuocè dicitur de ſpecie, eſt genus eius] quod eſt impoſſibile, quia idem non poteſt de aliquo vno eodem prædicari per modum eſſentiæ, & per modum denominantis, quia materia, & forma non coincidunt. Et notandum, quod Doctor hic ſupponit, quod in vnoquoque prędicamento non poſſit dari niſi vna coordinatio eorũ, quæ directè reponuntur in prædicamento; aliter in vno prædicamento eſſent plura generaliſſima, quod eſt abſurdum dicere.

Ibi. Et ideo, &c. Confirmat hoc quod dixit ſcilicet ens eſſe æquiuocum ad tria, quia ſi nõ eſſet æquiuocum, nec eſſent tria prima entia in quolibet genere generaliſſimo ſed tantum vnum primum ens cuius oppoſitũ habemus ab Auicena, ſunt enim in coordinationibus differentiarum duæ primæ differentiæ, & in coordinatione eorum, quæ directè reponuntur in prædicamento, eſt genus generaliſſimum.

In quolibet genere sũt tria entia.

Ibi. Non tamen, &c. Reſpondet tacitæ obiectioni. Quis enim poſſet inferre in vnoquoque genere eſſe tria prædicamenta, ſi in vnoquoque ſunt tria prima entia.

Reſpondet negando conſequentiam, nã duæ coordinationes differentiarum reducuntur ad coordinationem ſpecierum.

Vltimo pro huius literæ intelligẽtia tres difficultates ſunt diluendæ. Prima quarum eſt. Vtrum ens prædicetur vniuocè de differentiis ſpecificis oppoſitis?

Ens an prædicatur vniuocè de drĳs ſpecificis?

Ad quam breuiter dico, quod aliqua differentia poteſt dici ſpecifica dupliciter, ſcilicet aut diuiſiuè, aut conſtitutiuè. Differentiæ ſpecificæ diuiſiuè ſunt differentiæ indiuiduales, quæ ſunt ſimpliciter ſimplices, non reſolubiles in aliquem conceptum priorem quidditatiuum. Differentiæ verò ſpecificæ conſtitutiuè ſunt differentiæ conſtituentes ſpeciẽ, q̃ ſi ſumunť ab vltima forma non ſunt ſimpliciter ſimplices, ſicut nec forma à qua ſumuntur, & ideo includunt ens quidditatiuè. Si verò ſumantur ab vltima realitate formæ, ſic dico qđ ſunt ſimpliciter ſimplices, nec includunt ens quidditatiuè: vnde idem eſt iudicium de eo à quo ſumitur differentia, & de ipſa differentia, quãtum ad hoc quod eſt includere ens quidditatiuè. Cum igitur nihil prædicetur vniuocè de aliquo, niſi includatur in ratione illius, enſque non includatur in ratione quidditatiua differentiæ illius, quæ dicitur ſpecifica diuiſiuè, nec in ratione differentiæ ſpecificæ conſtitutiuè, deſumptę ab vltima realitate formę, quia omnes tales differentię ſunt ſimpliciter ſimplices.

Differẽtia ſpecĩfica dupliciter.

Ideo ens non prædicatur de illis vniuocè. Si verò ſit ſermo de differentiis, quæ dicuntur ſpecificę conſtitutiuè, deſumptis ab vltima forma: dico quod de illis ens prædicatur vniuocè.

Et ſi contra hoc adducas Doctorem hic aſſerentem; ens eſſe æquiuocum ad differentias

rentias

rentias ſpecificas oppoſitas. Dico quod Doctor hic loquitur de differentiis ſpecificis deſumptis ab vltima realitate formæ:

Obiectionis dilutio.

Vel dato etiam quod loquatur de illis, quæ deſumuntur ab vltima forma, tamen non loquitur de æquiuocatione metaphy. Sed de logica æquiuocatione, ad quam ſufficit importare conceptum, cui non poſſit attribui aliquod vniuerſalium, cum igitur enti reſpectu differentiarum non poſſit attribui aliquod vniuerſale, quia ſub habitudine nullius vniuerſalium poteſt prædicari; idcirco ens licet prædicetur vniuocè metaphy. de differentiis deſumptis ab vltima forma, non tamen de illis prædicatur vniuocè logice.

Et hoc ſufficiebat Doctori [penes ſcilicet ens æquiuocum logicè] ad deſtruendum ens eſſe vniuerſale, & ad deſtruendum ens prædicari de pluribus, vt prædicari ſumitur in definitione vniuerſalis.

Difficultas p pulchra

Sed ex dictis inſurgit difficultas, nam ſi ens prædicatur vniuocè, & quidditatiuè de differentiis ſpecificis deſumptis ab vltima forma, igitur, & ſubſtantia de illis prædicatur vniuocè, & quidditatiuè, quod eſt falſum, quia genus non prædicatur quidditatiuè de differentiis, vt alibi habet videri.

Conſequentia probatur ſic, nam ſi ens prædicatur vniuocè quidditatiuè de differentiis, aut igitur ens quod eſt ſubſtantia, aut ens quod eſt accidens, non ſecundum, vt patet, igitur primum.

reſpon.

Dico quod ens diuiditur in ſubſtantiam & accidens, non accipiendo ſubſtantiam præciſe pro eo quod eſt in recta linea prædicamentali; ſed pro omni eo quod eſt directè, lateraliter, ac reductiuè in genere ſubſtantiæ, dummodo non ſit ſimpliciter ſimplex. Vnde ſubſtantia poteſt accipi vel præciſè pro ente per ſe, accipiendo ly per ſe, vt diſtinguitur contra eſſe in alio, vt dum ſicut accidẽs in ſubiecto, ſed etiam ſicut pars eſſentialis ac integralis in toto, ac ſicut forma in materia; & hoc modo ſubſtantia, eſt genus generaliſſimum, & dicitur tã tum de his quæ ſunt in recta linea prædicamentali. Alio modo poteſt accipi ſubſtantia pro ente per ſe, accipiendo ly per ſe vt diſtinguitur contra inhærere, & ſic forma ſubſtantialis, & differentię ſpecificæ dicuntur ſubſtantiæ: & hoc modo ſumitur ſubſtantia, cum ens diuiditur in ſubſtantiam, & accidẽs: aliter non eſſet ſufficiens diuiſio. Per hæc ad argumentum dico, quod ſi ſumatur ſubſtãtia primo modo [ſicut communiter accipit cum dicimus ipſam pdicari quidditatiuè] ſic committitur fallacia conſequentis, arguẽdo à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis. Si autem ſubſtantia ſumatur ſecundo modo, ſic fortè prædicatur vniuocè, & quidditatiuè de prędictis differentiis ſpecificis, ac de partibus eſſentialibus compoſiti, puta de materia, & forma.

Subã ſimpliciter. Per ſe du pliciter.

Suba pdicatur quidditatiue de materia, et forma, ac drĩis ſpecificis.

Secunda difficultas eſt: an hæc reſponſio ſit de mente Doctoris. Io. Anglicus tenet, quod non cuius ratio eſt, quia ſi ens eſt ęquiuocum ad differentias oppoſitas, ergo & quodlibet genus eſt ęquiuocum, ad illas eaſdem differentias. Quod tamen eſt falſum, quia tunc nullum genus eſſet genus, quia nullum genus eſt æquiuocum. Nos tamen dicimus cum Mauritio dubio. 4 hanc reſpõſionem eſſe de mente Scoti. Et ad obiectionem Io Anglici dicimus. Primo quòd quã tum ad formam arguendi non valet conſequentia, non enim ſequitur ens prædicatur ęquiuocè logicè de aliquibus ſubſtantiis, puta de homine, & aſino, ergo & ſubſtãtia de illis prędicatur ęquiuocè logicè, nã ens nõ poteſt prędicari de homine, & aſino ſub habitudine alicuius vniuerſalis; qđ poſtea non eſt verum de ſubſtantia.

Hęc reſponſio an ſit de mente Scoti.

Contra Io. Ang.

Secundo quantum ad rem dico, quod licet quodlibet genus ſit vniuocum ad differentias oppoſitas, quia de illis dicitur ſecũdum eundem conceptum; non tamen vniuocè prædicatur de illis, quia non includitur in ratione illarum, & ideo quantum ad hoc prędicatur ęquiuocè de illis. Non tñ ex hoc ſequitur, quodlibet genus eſſe ęquiuocum, quia hoc eſt argumentari à ſecũdũ, quid ad ſimpliciter, non enim ſequitur, genus prędicatur ęquiuocè de differentiis, ergo genus in ſe eſt ęquiuocum, quia in antecedente negamus genus includi in ratione differentiarum, at in conſequente tu negas ipſum dicere conceptum in ſe vnum, An verò differentia ſuperior prędicetur vniuocè de inferiori? De hoc inf. q. 19. circa finẽ.

Genus quõ vniuocũ ad drĩas oppoſitas.

Vltima difficultas eſt. Vtrum enti in genere ſubſtantię poſſit applicari vniuerſale. Et videtur quod ſic, quia eſt limitatum. Ad oppoſitum eſt Doctor hoc in loco.

Enti in gñe ſubſtãtię an poſſit applicari vlẽ.

Dico, quod ſicut natura, quæ eſt in ſorte, eſt prior differentia indiuiduali; & habet de ſe vnitatem minorem vnitate numerali, vt habet iſte.2.d.3.q.1. & ſicut animal, quod eſt in homine, habet de ſe vnitatem minorem vnitate ſpecifica: ita videtur ens in genere ſubſtantiæ eſſe prius ipſa ſubſtantia, & habere de ſe vnitatem tranſcendentē, & ideo ens in genere ſubſtantiæ erit illimitatum, & ex conſequenti non poterit ſibi applicari aliquod vniuerſale. Et ſi obiicias quia ens in genere ſubſtantiæ eſt vnum genere, cum de aliis prædicamentis dici nequeat. Dico, quod ſicut natura hominis in ſorte eſt vna numero denominatiuè, vt ait Doctor 2.d.3 q.6. ita animal in homine eſt vnum ſpecie denominatiuè, & ens in ſubſtantia ſimiliter erit vnum genere denominatiuè, ei autem, quod eſt vnum genere hoc modo, non poteſt applicari aliquod vniuerſale, ſicut nec ei quod eſt vnum numero denominatiuè, poteſt applicari intentio indiuidui, aliter natura humana eſſet indiuidua, quod non eſt dicendum.

QVÆSTIO XIII.

Vniuerſalium Scoti.

An locus ſit generationis principium, quemadmodum & pater?

Haec eſt ſecunda pars huius libri, in qua, expletis quæſtionibus proœmialibus, mouet multa dubia circa literam Porphyrii.

Poteſtque ſubdiuidi hæc pars in quinque partes, iuxta quinque capitula in quibus Porphy. agit de vniuerſalibus, circa quæ Doctor dubitationes mouet.

Prima pars continet octo quæſtiones; in quarum prima quærit vnum circa ſecundum membrum diuiſionis, quam præmittit Porphy. in initio capituli de genere. Quæſtio autem eſt de veritate illius propoſitionis, locus eſt principium generationis quemadmodum eſt pater.

Primus terminus declarandus eſt locus, qui poteſt accipi, vel pro formali, vel pro materiali, pro formali poteſt adhuc capi, vel actiuè, vel paſſiuè. *Locus quotupliciter, & quid ſit.*

Actiuè eſt reſpectus extrinſecus adueniens corporis locantis ad corpus locatum, & iſte locus vocatur circunſcriptio actiua.

Locus verò pro formali paſſiuè eſt circunſcriptio paſſiua corporis locati, procedens à circunſcriptione actiua corporis locantis.

Locus pro materiali eſt duplex, ſcilicet, mathematicus, & naturalis: & hoc contingit quia corpus poteſt conſiderari aut inquantum corpus, aut inquantum naturale, corpori inquantum corpus, conuenit eſſe in loco mathematico, at inquantum naturale, conuenit eſſe in loco naturali. Et nota benè quòd nolo per hoc, quod eſſe in loco actualiter, ſit de ratione corporis, nam aliter quodlibet corpus neceſſario eſſet in loco, quod non videtur verum.

Locus mathematicus eſt vltimum continentis immobile primum 4.phy. texto. Commen.41. quam deſcriptionem declarat Scotus.2.d.2.q.6.

Locus naturalis eſt corpus continens, ſeu vltimum corporis continentis, cum influentia cœleſti, ac qualitatibus actiuis paſſiuiſque conuenientibus locato.

Et per oppoſitum locus violentus erit aggregatum ex vltimo corporis continentis, & ex influentia cœleſti, & qualitatibus diſconuenientibus locato.

Quando verò illa qualitas nec eſt diſconueniens, nec conueniens locato, dicitur locus neuter. Doctor ac Porphy. loquuntur hic de loco naturali.

Secundus terminus declarandus eſt generatio, quæ diuiditur à Philoſopho.7. meta.tex. Commen.22. penes eius cauſam efficientem, nam ſicut cauſarum efficientium quædam ſunt per ſe, quædam per accidēs, ita eorum, quæ generantur quædam fiunt à cauſis per accidens puta à caſu vel à fortuna; quædam verò à cauſis per ſe: & quoniam *Generatio quotuplex, & quid ſit.*

niam cauſarum per ſe quædam agunt naturaliter ſeu de neceſſitate, quædam agunt ſecundum propoſitum:ita eorum quæ fiũt a cauſa per ſe,quędam dicuntur generari a natura,quædam ab arte, ſeu ab agente ſecundum propoſitum.

Poteſt etiam diuidi generatio penes eius terminos, & ſic diuiditur a Philoſopho primo,ac quinto phy. ac primo de generatione, in generationem ſimpliciter, quæ eſt generatio ſubſtantię, & in generationem ſecundum quid, quæ eſt generatio accidentium.

gñationis diuerſæ d̃finitiones.

Et notandum quod ſicut generatio diuerſimodè diuiditur a Philoſopho ita quoque diuerſimode definitur ab eodem, nam quandoque definitur in generali, inquantum eſt uia, & hoc vel per terminos primos,ut ſecundo metaphyſi. text.commen. ſeptimo,ac alibi,ubi dicit, generationem eſſe medium inter eſſe & non eſſe.

Quandoque per terminos concomitantes, ut. 1. de generatione,tex.commen.vigeſimotertio, vbi dicit generationem eſſe trãſmutationẽ totius in totum nullo ſenſibili remanente ut ſubiecto.

Quando etiam definitur, vt ſolummodo competit mixtis homogeneis, ut quarto meteor.tex. ſecundo, vbi dicit,ipſam eſſe permutationem ex his virtutibus cum habeant rationem ex ſubiecta materia.

Quandoque etiam definitur ut competit tantum uiuentibus,ut in libro de morte & uita, ubi ait Philoſophus, quod generatio eſt prima participatio animæ in calido naturali, & uita eſt eiuſ permanſio.

pĩcipiũ quotupliciter.

Tertius terminus declarandus eſt principium, quod accipitur quinque modis, quinto metaph.tex.commen.primi. Vno modo pro illo vnde aliquid primo incipit moueri, ut initium viæ, & per oppoſitum ubi motus finitur dicitur terminus, ac finis.

Secundo illud unde aliquid facilius inchoatur uocatur principium, licet non ſit ſimpliciter principium. Sicut contingit in diſciplinis, in quibus quandoque inchoatur ab eo quod non eſt principium ſimpliciter, vt facilius diſcipulus addiſcat.

Tertio quod eſt primum in re generatum, dicitur principium, ut eſt de fundamento reſpectu domus.

Quarto id vnde fit primo res cum nõ exiſtit, & unde motus,ac permutatio nata eſt fieri,uocatur principium, ut eſt de patre reſpectu filii.

Vltimo id unde res primo cognoſcitur appellatur principium, ut demonſtrationũ ſuppoſitiones Quomodo uerò principium differat a cauſa de hoc infra quæſtione vigeſima.

pr̃ vnde dicatur.

Quartus terminus declarandus eſt pater,qui vt dicit Valla libro 4. de lingua latina dicitur a patefaciendo ſemine. Alii dicunt quod dicitur a uocabulo Græco πατήρ quaſι παῖδας τηρῶν, hoc eſt ex ſe genitos ſeruans Alii uolunt quod dicatur a patrando ſeu producendo filium. Vnde pater poteſt ſic definiri,Pater eſt qui de natura ſua ſubſtantiali uiua per modum naturæ generat ſubſtantiam uiuam pręciſè miniſtrando ſemen,quæ ſubſtantia uiua genita eſt eiuſdem ſpeciei propriè,vel ſaltẽ proximè cum generante. Ex quo colliguntur quinque conditiones requiſitæ ad hoc ut aliquis dicatur pater. pr̃ q̃d.

Prima eſt quod generet de ſubſtantia viua,non enim homo mortuus dicitur pater verminum ex corpore genitorum.

Secunda eſt quod generet per modum naturæ: vnde quamuis ex ſemine deciſo poſſit aliquid fieri arte,non tamen deſcendens ſemen dicitur pater illius.

Tertia quod ſubſtantia genita ſit uiua.

Quarta quod generet præciſe miniſtrando ſemen: & hoc pono ad differentiam matris; pater enim non uidetur aliud facere in generatione filii, quam deſcindere ſemen,ut dicit doctor, primo,diſtinct.quinta,quæſtio.ſecunda.& quantum ad hoc poteſt dici principalis agens:mater uerò circa generationem habet multas actiones, ratione quarum poteſt dici principalius agens.

eſſe eiuſ dẽ ſpẽi dup'iciter. aſinus & cũ uniuoca mulę.

Addo ultimo quæ ſubſtantia uiua, &c. quia pater & filius debent eſſe eiuſdem ſpeciei, uel proprie,ſicut duo homines, & duo aſini, uel ſaltem proximè ut aſinus & mula, cum enim ſpecies aſini & mulę ſint ſpecies proximæ, ideo aſinus & mula dñr eſſe eiuſdem ſpeciei proximę, & propter hoc dicimus aſinum eſſe cauſam uni-

uocam

uocam mulæ, ad vniuocationem namque cauſæ ſufficit quod ipſa,&effectus ſint eiuſdem ſpeciei proximæ. Vltimus terminus eſt quemadmodum, quod eſt aduerbium ſimilitudinis.

Corpus qōnis. Reſpondet ad quæſtionem diſtinguendo illam propoſitionem ſimilitudinariā, locus eſt principium generationis,quemadmodum & pater, nam illa ſimilitudo poteſt attendi, aut quantum ad genus cauſæ, aut quantum ad omnem modum cauſandi:primo modo propoſitio eſt vera,ſecundo modo falſa. Pro intellectu literæ duo ſunt notanda.

gña cauſarum quot. Primo quod quatuor ſunt genera cauſarum.2.phyſic.tex.comment.31.& 5.meth. tex.commen.3.ſcilicet genus cauſæ efficientis,finalis,materialis, & formalis.

Secundo quod licet multi ſint modi cauſarum,poſſunt tamen omnes reduci ad quatuor combinationes, vt patet 5.metha. text.commen.3.Prima quarum eſt, quia aliquæ ſunt propriæ,aliquæ communes, ut ſanitatis medicus eſt cauſa propria, artifex verò communis. Secunda eſt quia quædā ſunt per ſe,quædam per accidens,vt ſtatuę factor eſt cauſa per ſe ipſius ſtatuę, at Polycletus eſt cauſa per accidens. Tertia eſt q̄a quædam ſunt actu, quædam potentia, ut ædificator in actu, & in potentia. Quarta eſt quoniam aliæ ſunt ſimplices,vt Polycletus,aliæ ſunt complexæ, vt Polycletus ſtatuæ factor. Ex his litera patet.

modi cauſarum quot.

locus an pr̄icipiū locati? Contra quędam dicta in litera ſunt nōnullæ difficultates. Et primo contra id q̄ dicit,locum ſcilicet eſſe principium locati, arguo ſic. Principium præcedit id cuius eſt principium, at locus nō pręcedit locatum, imo uidetur locatum eſſe prius, quia cauſat locum, facit enim diſtare latera corporis locantis,ergo &c.Item non uidetur verum, quod locus ſit conſeruatiuus locati, nam locus in quo aliud mouetur naturaliter, eſt idem cum loco in quo illud mouetur uiolenter,ut ait Auer.primo cœli. commen. 60. & 70. Sed locus in quo aliquid mouetur uiolenter potius eſt deſtructiuus, quam conſeruatiuus,ergo locus,in quo aliquid mouetur naturaliter,eſt deſtructiu' locati.Item contra id quod dicit, locum eſſe principale per accidens arguo ſic. Cauſa per accidens eſt, quæ non vt in pluribus, ſed raro producit effectum.2 phy. tex.commen.50.& inde, at locus naturalis, vt ī pluribus eſt conſeruatiuus locati, ergo locus naturalis non eſt cauſa per accidens, ſed per ſe ipſius locati. Pro ſolutione harum difficultatum quędam ſunt notanda.

locus an conſeruatiuus locati?

locus an pr̄icipiū p̄ accn̄s locati.

locus naturalis duplex. Primo quod locus naturalis eſt duplex, vt ait Auer.primo cœli commen.60.& 70. quidam eſt in quo aliquid mouetur, & talis non differt a violento, nam in eodem loco aqua poteſt calefieri, & frigefieri, ſed calefit violenter,& frigefit naturaliter. Quidam vero eſt locus naturalis ad quem aliquid mouetur naturaliter, & talis differt a uiolento,unde locus deorſum eſt conſeruatiuus lapidis, at locus ſurſum eſt deſtructiuus lapidis. Et nōn loquor modo de loco mathematico, ſcilicet de vltīma ſuperficie corporis continentis, ſed loquor de loco naturali,qui importat aggregatum ex corpore locante,& ex qualitatibus conuenientibus locato. Quam locorum differentiam innuunt Philoſophi cum dicunt, locum conuenire corporibus ratione magnitudinis,differentias uerò locorum,ratione qualitatis ſenſibilis; pro quo vide propoſitionem. 50. Theorematum Zimaræ. Quare autem aliquis locus ſit conſeruatiuus locati,aliquis vero deſtructiuus?

loc' quare cōſeruatiuus locati. Dico, quod cum ſimile confortetur ac corroboretur a ſuo ſimili, & conueniens a conuenienti, locique naturalis qualitates ſint ſimiles, uel conuenientes locato, ideo locus naturalis dicitur conſeruatiuus locati.Propter quod Philoſophus.4. cęli, text. commen.22.dicit, locum eſſe conuenientē & ſimilem ei quod mouetur. Etialibi dicit, quod loca frigida, & ſicca per accidens ſūt cauſa longitudinis vitę,quia carent putrefactione,quę fit ex humiditate,& putrefactione,quę fit ex calore.

loc' quarē,& quō corruptiuus locati. Cum autem quandoque locus habeat qualitates diſſimiles,ac diſconuenientes locato,ideo dicitur corrumpere locatum, nō equidem ipſum deſtruendo ſed alterando; cauſat enim in locato qualitates contrarias qualitatibus formæ locati, & ideo alterat locatum, alteratione quæ fit cum abiectione ſaltem alicuius gradus formæ locati: & vlterius cum corruptio unius ſit generatio alterius, ideo generantur in locato quædam qualitates conuenientes formæ,

oppo-

oppoſitæ ei quam habet locatum. Pro tanto igitur locus dicitur corrumpere locatū, uel coadiuuare ad eius generationem, pro quanto cauſat in locato qualitatem diſcōuenientem formæ ipſius locati, uel ꝑ quanto cauſat, ſeu conſeruat qualitatem conuenientem formæ generandæ, ac diſponentē ad eius generationem.

causa ꝑ accidēs multip. Secundo notandum quod cauſa per accidens accipitur multipliciter, nam quandoque accipitur pro illa quæ agit præter intentum, ſicque caſus, & fortuna dicuntur cauſæ per accidens. 2. phy. Quandoque accipitur pro illa, quæ non ſecundum propriam naturam, ſed ſecundum aliquod ſibi accidens agit, de qua 5. met. ac alibi. Quandoque accipitur pro cauſa, a qua effectus non dependet per ſe, & ſic locus poteſt dici cauſa per accidens locati, quia locatum non dependet per ſe a loco, ut patet ex dictis. Poteſt etiam multis aliis modis accipi cauſa per accidens, ut alibi manifeſtum erit.

Reſp. ad obiectiones. Per hæc ad ea quæ obiiciebantur patet quid dicendum ſit. Prima namque obiectio procedit de loco mathe. & non de loco naturali, ſumpto pro aggregato ex corpore locante, & ex influentia cæleſti, ac qualitatibus conuenientibus locato. Vnde licet ille locus cauſetur a locato, tamen iſte præcedit locatum, ac diſponit ad eius generationem. Per idem ad ſecundam obiectionem, nam Auer. ibi loquitur de loco mathe. Tertia uerò obiectio æquiuocat de cauſa per accidens, ut patet ex ſecundo notato.

1. argm princip. Duabus rationibus arguit pro falſa. Prima ſic erigatur, nullum principium per accidens eſt principium generationis, quemadmodum principium per ſe, at locus eſt principium per accidens generationis, & pater principium per ſe, ergo locus non eſt principium generationis, quemadmodum & pater. Minor patet: nam locus non mouet, & pater mouet.

rñſio. Reſponſio eſt quod debet concedi tota ratio, quoniam concludit diſſimilitudinē quantum ad modum cauſandi.

dubii diſſolutio. Sed dubium eſt quare dixit doctor probando minorem, quod locus non mouet, cum tamen coadiuuet ad generationem? Dicit Mauritius doctorem addidiſſe illam particulam propter definitionem loci poſitam 4. phyſic. in qua ponitur immobilitas.

Sed hæc reſponſio non uidetur bona, quia ibi Philoſophus loquitur de immobilitate paſſiua, hic autem dicit doctor quod non mouet actiuē. Aliter exponit quod nō mouet, ſcilicet ita principaliter. Aliter etiā poſſumus dicere doctorem dixiſſe locum non mouere, quia non attingit formam locati, quamuis ad illam diſponat. Vel aliter dicamus quod in arguendo doctor non diſtinguit inter locum mathe. & naturalem, & cum locus mathe. ſit quantitas, quæ eſt de genere ſterilium (ſaltem quantum ad actionem realem, quicquid ſit de intentionali) ideo doctor dixit, quod locus non mouet.

Secundo principaliter arguit ſic. Si locus eſſet principium generationis quemadmodum & pater, ergo & tempus ſimiliter eſſet principium, conſequens falſum, igitur & accidens. Conſequentia probatur, locus & tempus ſunt menſuræ extrinſecę locati, igitur ſimiliter ſunt eius principium. Falſitas conſequentis probatur: nam Philoſophus. 4 phy. tex. commen. 117. & 128. dicit tempus eſſe per ſe cauſam corruptionis, & per accidens generationis. argm 2. princip.

Ad formam huius argumenti reſpondendum eſt negando conſequentiam. Ad eius probationem dicendum quod licet tempus & locus ſint menſuræ extrinſecæ, cum tamen locus inquantum menſura non ſit principium generationis, quia inquantum menſura eſt ęqualis locato, & inquantum æqualis, eſt vltima ſuperficies corporis locantis, inquantum uerò ſuperficies eſt de genere ſterilium, & non eſt principium generationis; ideo non ſequitur, tempus & locus ſunt menſuræ extrinſecæ, & locus eſt cauſa generationis, ergo & tempus erit cauſa generationis, quia locus non eſt cauſa generationis inquantum menſura. Aliter etiam poſſumus reſpondere concedendo ſimilitudinem inter locum, & tempus quātum ad aliquem modum cauſandi, non tamen quantum ad omnem: nam locus dicitur cauſa per accidens generationis, ſimiliter & tempus eſt cauſa per accidens generationis, ut dicit Philoſophus, & Comment. vbi ſupra: nam tamen ſimilitudo tenet quātum ad omnem modum cauſandi, nam Reſp. ad 2. princ.

locus

locus per ſe coadiuuat ad generationem, & ſaluat generatum, quod non eſt verum de tempore, magis enim eſt per ſe cauſa cor ruptionis, ut oſtenditur quarto phyſi. vbi ſupra.

tp̃s quare cauſa corruptionis.

Notandum quod quidam dicunt tempus eſſe per ſe cauſam corruptionis, non quia tranſmutat rem: nec quia applicat agens, quemadmodum dicimus hominem comburere domum, ex hoc quod illi applicat ignem. Sed quoniam eſt id quo continuatur applicatio contrarij agentis. Contra quia ex hoc eodem poſſet dici per ſe cauſa generationis, cum ſit id quo continuatur applicatio agentis conuenientis. Dicamus igitur nos, vt ipſemet Philoſophus, & Commen. dicunt, quod tempus dicitur per ſe cauſa corruptionis, quia eſt per ſe numerus, ſeu menſura illius quod eſt per ſe cauſa corruptionis, ſcilicet motus. Eſt autem motus per ſe cauſa corruptionis, quia per ipſum aufertur res a ſua ſubſtantia. Vnde Philoſophus quarto phy. tex. commen. 128 ait, quod omnis mutatio natura remotiua eſt. Verum tamen eſt quod motus dupliciter conſiderari poteſt (vt quidam dicunt,) aut ſcilicet ſecundum naturam ſuam, aut ſecundum quod eſt inſtrumentum agentis per ſe.

Contra Tataretum.

mot⁹ ē p̃ ſe cā corruptionis.

motus dupliciter.

Motus primo modo conſideratus eſt p̃ ſe cauſa corruptionis, quia omnis tranſmutatio naturaliter aufert ſubſtantiam tranſmutati, in quacunque ſpecie fuerit tranſmutatio, niſi in loco, vt dicit Auer. comm. 128.

Si autem conſideretur ſecundo modo, ſic motus eſt cauſa per accidens corruptionis, & cauſa per ſe generationis: nam corruptionis nulla eſt cauſa per ſe intendens ipſam, vt dicit Auer. 2. met. & 4. de generatione animalium cap. vltimo: & Philoſophus 2. de generatione, tex. commen. 19. dicit, quod natura ſemper in omnibus deſiderat quod melius eſt, ſed melius eſt eſſe, quam non eſſe. Vel dicamus motum quomodocunque conſideratum eſſe per ſe cauſam corruptionis, accipiendo ly per ſe, ut idem eſt quod neceſſario, & ineuitabiliter, nam in motu neceſſario eſt perditio termini a quo, non tamen ſequitur neceſſario acquiſitio termini ad quem, & ideo per accidens, ſeu contingenter, ac euitabiliter dicitur cauſa generationis. Non deſunt etiã dicentes; tempus eſſe cauſam per accidens corruptionis: & dicunt Philoſophum loqui ſecundum famoſitatem, cum dicit ipſum tempus eſſe cauſam per ſe corruptionis. Sed inquiſitio horum eſt alterius negotii: ſufficiat pro nunc hæc dixiſſe.

QVÆSTIO XIIII.

Vniuerſalium Scoti.

An hic definiatur intentio vel res?

Diluto dubio circa ſecundum membrum diuiſionis generis; quęrit doctor nonnullas quęſtiones circa tertium membrum: & quoniam ferè omnia dubia quæ mouentur circa genus, ac cætera uniuerſalia ſunt circa eorum definitiones, ideo verè prius inquirit circa genus, ac conſequenter circa alia vniuerſalia, quid definiatur, quam de ſufficientia definitionis eorum.

Primus terminus declarandus eſt definitio, quæ ſic dicitur a definire, quod eſt terminare, ſeu decernere, nam definitio decernit, determinat, redditque cauſam omniũ accidentium eſſentialium, ut ait Auer. 4. phyſi. com. 31. ac alibi ſæpe. Vel ſic dicitur ſumpta translatione ab his qui fundos prædiaque diuidunt alios ab aliis, nam ut illi, definiunt agrum ab agro, diſtinguuntque controuerſiam habitam de finibus, ſic per definitionem res a rebus diſtinguuntur, & ueluti certis quibuſdam finibus circunſcribuntur. Vel ſic appellatur, ut notat Mauritius, a dis & finio, vnde dicitur diffinitio, quaſi diſfinitio, quia ipſa diuerſis modis finimus, determinamus, ac oſtendimus quid uel quale, vel quantum ſit definitum. Vnde Dion. de cœli. Hierar. cap. 2. appellat definitionẽ ſpeculum; nam vt dicit Hugo de angeli-

defõ vñde dicat̃

angelica natura, eſt quaſi ſpeculum in quo natura rei cernitur. Accipitur autem definitio quandoque extenſiuè, & ſic definitio quid nominis (q̃ nõ defert a nominis interpiatione) uocaẽ defõ. Qñq. accipitur proprie, eiuſque duplex eſt genus, ut elicimus ex dictis Auer. contra Themiſtium in paraphraſi ſuper 4. cœli. in ſumma. 3. capit. 1. Quoddam imperfectum, quod tunc eſt, cum verę differentiæ latent, & circunloquimur illas ꝑ ſuas actiones, uel paſſiones.

đfinitio quotup. accipiẽ.

Quoddam verò perfectum, quod conſtituitur ex genere, & differentia. Et ſubdiuiditur in quietatiuum, ſeu metaphyſi. & in quidditatiuum, ſeu logicum, vt alibi diximus. Definitio eſt oratio quid erat eſſe ſignificans, vt dicit Philoſophus primo Topic. capit. 4. & 7. met. tex. commen. 43. dicit, quòd eſt ratio, quæ eſt ex differentiis, quarum vnitas eſt ex finali differentia ſecundum rectum. Vbi Commen. dicit Philoſophum non feciſſe mentionem de genere, quia apud ipſum eſt forma uniuerſalis, & differentia particularis. Definitio, ut narrat Auer. primo de anima, comment. quinto, venatur ſecundum Hyppocratem demonſtratione, ſecundum Platonem diuiſione, & ſecundum Ariſtotilem compoſitione.

đfinitio quid.

đfinitio qũo venatur.

Definitioni quidditatiuæ tria ſunt ꝓpria, vt dicit Auerroes, quarto phyſi. comm. 31. ac alibi.

Primum eſt vt per ipſam diſſoluantur q̃ſtiones contingentes in re.

defõnis quidditatiuę ꝓpria.

Secundum quod per illam appareat cauſa inhærentiæ accidentium eſſentialium, nam vt dicit primo de anima, commen. 11. definitio per quam non cognoſcuntur accidentia (ſcilicet eſſentialia) non dicitur definitio, niſi ęquiuocè: quod enim per ipſam non cognoſcantur talia accidentia contingit, aut quia in ea collocatur aliquod falſum, aut quia componitur ex cauſis remotis, aut ex cauſis accidentalibus.

Tertium verò eſt vt appareat difficultas accidens in hoc ex definitione data.

Secundus terminus declarandus eſt res, quę vt dicit Scotus. 35. diſtinct. primi, aliquando uenit a ratus rata ratum, ideſt firmus, firma, firmum. & res iſto modo nũquam ſeparatur ab exiſtentia proportionabiliter accipiendo vtramque: vnde res in eſſe obiectiuo, non ſeparatur ab exiſtentia in eſſe obiectiuo, & res in eſſe reali; numquam ſeparatur ab exiſtentia in eſſe reali.

res vnde dicatur.

Aliquando verò res dicitur a reor reris, quod eſt opinor opinaris, & hoc modo entia rationis dicuntur res. Eſt igitur ſenſus tituli quæſtionis.

Vtrum cum definitur genus, & alia vniuerſalia, definiatur genus ſumptum pro formali, ſcilicet pro ipſa intentione ſecunda, aut pro materiali, ſcilicet pro re primę intentionis?

Ad oppoſitum argumentatur unica ratione quæ ſic poteſt erigi. Nullus artifex debet definire, niſi quod per ſe conſiderat, at logicus ſolam intentionem per ſe conſiderat, ergo ſolam intentionem debet definire.

Arg. ad oppoſitum.

Maior patet, nam quod non conſideratur ab artifice ſecundum ſuum quod quid eſt, non definitur ab ipſo, ſed quod non conſideratur per ſe, non conſideratur quantum ad ſuum, quod quid eſt, ſicut patet ex primo modo dicendi per ſe, ergo quod non conſideratur per ſe ab artifice, non definitur ab ipſo

Minor probatur, ſupponendo quod quicquid primo, ſeu adæquatè, & per ſe conſideratur a logico debet habere duas conditiones.

Prima quod ſit aliquod commune, quia ſingularium non eſt ſcientia.

Secunda quod habeat unum intellectũ, ſeu unum conceptum, quia ens per accidens, ſeu aggregatum per accidens non eſt ſcibile, ut ſupra declarauimus. Hoc ſtante ſic arguitur.

Primo conſideratum a logico, aut eſt res, aut intentio: non res, quia aliter logicus diceretur artifex realis a primo conſiderato, ergo illud tantum eſt intentio.

Ad quæſtionem reſpondendo duo facit. Primo quorundam opinionem ponit, quam etiam confutat. Secundo ponit proprium modum dicendi. Dicunt igitur quidam quod res ſub intentione, & non intentio ipſa definitur a logico. Et pro hac opinione faciunt argumenta ante oppoſitum. Et ſi obiicias, quia res ſub intentione eſt aggregatum per accidens, cuius non eſt definitio. Etiam ſequitur logicam eſſe ſcientiam realem.

Corpus qõnis.

Ad

Ad primum dicerent quod res ſub intẽtione non eſt aggregatum per accidens ſecus eſt de re cum intentione. Ad aliud dicerent quod non ualet conſequentia, quia ratio ſub qua res conſideratur eſt intentio, modo ſcientia dicitur realis. uel rationis a ratione ſub qua ſubiectum conſideratur.

Hanc opinionem impugnat per hoc,qa res ſub intentione non conuenit uniuocè rebus omnium generum, quod tamen eſt dicendum de eo quod hic definitur.

Reſpondent quod ſufficit unitas proportiones in eo quod definitur, dummodo ſit vnitas vniuocationis in ratione ſub qua definitur.

Dicuntur autem animal,color,& figura habere vnitatem proportionis, ſeu eſſe vnũ proportione, quia ſicut ſe habet animal ad ſua inferiora,ità quoque color, ac figura ſe habent ad ſua inferiora.

dria ĩter ſimilitu dinẽ, & ꝓportionem. ſimilitudo quid propor- tio quid

Notandum differentiam eſſe inter ſimilitudinem,& proportionem,nam ſimilitudinis extrema ſunt eiuſdem ſpeciei, unde inter album, & nigrum nulla eſt ſimilitudo,ſecus uerò eſt de duobus albis. Eſt autẽ ſimilitudo,ut dicitur,quinto met. tex.commen. 20. Vnitas in qualitate; quod qualiter intelligatur,exponit doctor 4. diſtin.6. quæſt. 10. Proportionis verò extrema, ut talia,ſunt diuerſarum ſpecierum;vnde proportio eſt conformitas plurium ſpecie diuerſorum in ſimiliter ſe habendo,aut quantum ad illationem,aut quantum ad entitatem, aut quantum ad conſequens entitatem,aut quantum ad aliud huiuſmodi.

Et diuiditur 5.Ethico. in proportionem arithmeticam,& geometricam.

proportio arithmetica quid

Arithmetica attenditur ſecundum quãtitatem exceſſus, & ita inter denarium, & ſenarium dicimus eſſe proportionem arithmeticam,quia ſicut denarium excedit ſenarium ſecundum quatuor vnitates,ita ſenarium ſecundum quatuor vnitates excedit binarium.

proportio geometrica quid.

Proportio uerò geometrica,ut dicit Scotus.4.diſtinct. 49. quæſt. 11. eſt qua continens excedit contentum ab aliquo certo gradu finito, & hæc attenditur ſecundum proportionem,ut cum dicimus quod ſicut denarii ad quinarium,ita ſenarii ad ternarium eſt dupla proportio.

Ibi.Contra ſi res, &c. Doctor non improbando prędictam reſponſionem, tantũ adducit duas rationes contra eandem opinionem. Contra quam tamen reſponſionem poſſumus ſic argumentari. Cuius nõ eſt aliqua definitio,illius nulla eſt definitio, ſed habens tantum vnitatem proportionis non eſt aliqua vna definitio, ergo habens tantum vnitatem proportionis, non eſt definibilé.

Maior patet. Minor probatur, nam habens tantum vnitatem proportionis, non habet unum genus,nec unam ultimam differentiam a qua ſit vnitas definitionis, vnitas enim proportionis eſt inter ea quæ sũt diuerſarũ ſpecierũ, ac ſæpe diuerſorũ generũ. Prima igitur doctoris ratio ſic erigatur. Quicquid definitur ſub aliquo ſibi accidente,definitur per accidens:ſed res per ſe definitur ſub intentione, quæ accidit rei,ergo res definitur per accidens. Tunc ultra cum omne per accidens reducatur ad aliquod per ſe,a quo illud dicitur per accidens. 2. phyſic.text.commen 66. ergo ſi res habet ab intentione ut definiatur per accidens, ipſa intentio definitur per ſe:ſecunda ratio ſic erigatur. Quod definitur per accidens non definitur, ſed res ſub intentione definitur per accidẽs,ergo res ſub intẽtione nõ definitur. Maior probatur, nam definitio conuenit definito per ſe, ergo quicquid definitur, per ſe definitur, & ideo ſi aliquid per accidens definitur non definitur. Minor patet,quia intentio accidit rei.

quorundam opiniõis ĩpugnatio contra Tolletum.

Ex dictis quorundam inſurgit difficultas,cum enim aliud ſit definitio, & aliud ſit ratio(vt quidam dicunt) per quam definitio conuenit definito, in connotatiuisq. id quod definitur ſit materiale, ratio uero per quã definitur ſit formale, & materiale generis(cum ſit connotatiuum)ſit res ipſa, formale verò ſit intentio:ideo ſequitur rẽ ſub intentione,& non ipſam intentionem definiri. Contra duo dicta iſtorum arguo, & vltimo contra opinionem in ſe.

defõ nõ eſt aliud a rõne ꝑ q̃ ipſa cõuenit defõ.

Primoque contra id quod dicunt,aliud eſſe definitionem,& aliud rationem ꝑ quã definitio conuenit definito. Nam aut iſti loquuntur de eo cui conuenit definitio ꝑ ſe primo;aut de eo cui conuenit per ſe non primo:aut de eo cui conuenit per accidẽs, Si loquuntur de eo cui conuenit definitio per ſe primo,certum eſt,quod definitio nõ

eſt

eſt aliud a ratione per quam conuenit defi nito: probatur, quia aliter definitio per talē rationem demonſtrari poſſet de definito, & ita demonſtratio non eſſet ex immediatis. Si uerò loquuntur de eo cui per ſe non primo conuenit definito: concedo aliud eſſe definitionem, & aliud rationem per quā conuenit definito: nam homo eſt ratio per quam animal rationale conuenit huic homini, & definitio, & definitum diſtinguuntur ſaltem ex natura rei. Sed tunc non eſt uerum quod intentio ſit ratio per quam definitiones, quæ dantur in logica conueniant per ſe non primo ipſis rebus. Tum quia iſtæ definitiones non conueniunt per ſe rebus. Tum quia illæ definitiones conuenirent per ſe primo intentionibus, quod ipſi negant.

Si autem loquuntur de eo cui conuenit per accidens definitio. Sic certum eſt quod non facit ad propoſitum eorum, nam dato etiam quod aliud ſit definitio, & aliud ratio per quam conuenit definito, non tamen ſequitur rem definiri, ſi definitio conuenit ſibi per accidens ratione intentionis: ſicut nec ſequitur, hominem definiri, ex hoc quod ei per accidens conuenit eſſe diſgregatiuum uiſus ratione albedinis.

Secundum dictum eorum eſt, quod in connotatiuis definitur materiale. Contra in connotatiuis definitur, quod importatur per ſignificatum connotatiui, at tale eſt formale, & non materiale, ut alibi habet uideri, ergo &c.

Contra opinionem in ſe arguo ſic. Ei cōcernit per ſe primo definitio, quod eſt præciſa ratio quare definitio conueniat alicui, quia immediatè conuenit ei, & non per aliquam aliam rationem; aliter eſſet procedere in infinitum: ſed per iſtos, intentio, ſeu formale connotatiui eſt ratio per quam definitiones logicales conueniunt rei, ſeu materiali ipſius connotatiui, ergo intentio definitur per ſe primo, & ita definitio generis conuenit per ſe primo intentioni.

Literæ diuiſio. Ibi. Dicendum igitur &c. Ponit propriū modum dicendi. Et duo facit; primo quod dictum eſt. Secundo ponit quædam notabilia. Secundum ibi. Sciendum tamen, &cæt. Circa primum adhuc duo facit.

Primo excludit multos modos dicendi. Secundo probat proprium modum dicendi. Secundum ibi. Tantum enim &c. & litera ſatis patet.

Ibi. Sciendum tamen &c. ponit tria notabilia. Vnum vt intelligamus quomodo intentio conſideratur, ac definitur a logico. Alia duo ponit propter argumenta. Ponit igitur diſtinctionem quandam de intentione, quæ non eſt penes diuerſas res, uel penes diuerſas formalitates: ſed tantū penes diuerſos modos concipiendi, ac ſignificandi,

Ex quo ſequitur concretum, & abſtractum differre tantum ratione, nam tantū differunt penes diuerſos modos ſignificādi; concretum enim de per ſe ſignificato non importat hoc quod eſt habens, ſeu habere, ſed tantum de modo ſignificandi, in quo diſtinguitur ab abſtracto, ut ait doctor primo, diſtinct. 4. quæſt. 1. & diſtinctio. 2. quæſt. 4. **Cōcretū & abſtractū differunt tm̄ ratione.**

Dicit ergo doctor, quod intentio poteſt ſignificari in concreto, uel in abſtracto. In concreto ſignificatur per hoc nomen genus, & per nomina aliorum quinque vniuerſalium, per talia namque nomina ſignificatur in concernentia ad ſubiectum, ſeu fundamentum.

Imo & per hoc nomen intentio ſignificatur in concreto, nam intentio ſignificat quidditatem intentionis in concernentia ad rem ipſam: intentio enim inquantum intentio eſt applicabilis rei, vt hic dicit doctor, ideſt hoc nomen intentio (vt tale nomen) ſignificat quidditatem intentionis vt applicabilem rei. Seu intentio (hoc eſt quidditas intentionis) ſecundum hoc (ideſt inquantum ſignificata per hoc nomen intentio) eſt applicabilis rei.

Ex hoc loco manifeſtè habes intentionē eſſe nomen concretum: niſi fortè dicas doctorem hic loqui vulgariter, & communiter. Vide ea quæ diximus ſupra quęſt. 10. Si ergo intentio ſignificetur in concreto, ſic conſideratur, & definitur a logico, quia conſiderat, ac definit intentionem vt applicabilem rei, & ex conſequenti intentionē vt intentio. Si verò ſignificetur in abſtracto, ſic fortè habet conſiderari a meta. **Intētio eſt nomē concretum**

Notandum quod doctor hic non loquitur de abſtractione, quæ eſt a proprio ſuppoſito, quæ eſt vltima abſtractio, ſed loquitur de abſtractione quæ eſt a ſubiecto, ac fun-

ſundamento, quæ vocatur media abſtractio: conſiderateque accidens hoc modo abſtractum, eſt conſiderare ipſum ſimpliciter, vt quid, quia eſt conſiderare ipſum præciſe in ſuo genere: at conſiderare accidens vt concernit ſubiectum, vel fundamentum, eſt conſiderare ipſum vt modus. Verum tamẽ eſt quod accidens conſideratum vt modus ſeu in concernentia ad ſubiectum, vel fundamentum, poteſt accipi vt quid, & hoc ſi comparetur ad ſuum ſuperius.

Exemplum eſt de albo, quod conſideratur & ſignificatur ut modus ſubiecti; & tamen in iſta propoſitione album eſt coloratum, album accipitur vt quid. Ita eſt in propoſito de intentione, quia & ſi conſideretur a logico vt eſt modus intelligendi, ſeu in concreto, poteſt tamen ſic conſiderata, quandoque accipi ut quid, & hoc ſi conſideretur in ſuo genere.

dña iter ſignificari, & accipi vt quid.

Sed aduertendum quod tunc non ſignificatur ſimpliciter vt quid: eſt enim differentia inter ſignificari ſimpliciter ut quid, & inter accipi ut quid: quia ſignificari ſimpliciter vt quid, eſt ſignificari vt abſtractũ a ſubiecto, ac fundamento, accipi uero vt quid, eſt accipi vt eſt quid in ſuo genere.

Ibi. Propter argumenta &c. Vt melius intelligantur argumenta, & ea quæ dixit, ac dicturus eſt, ponit duo notabilia, ex quibus infert duo corrolaria, contra quorum vltimum obiicit, deinde ſoluit obiectionem.

pdicari, eſt intẽtionũ p ſe, & rerum per accñs.

Primum igitur notabile eſt, quod prædicari conuenit per ſe intentionibus ſecundis, vt ſunt intentiones ſecundæ, & per accidens rebus: eſſe verò conuenit rebus per ſe: & intentionibus, vt ſunt intentiones ſecundæ, ſeu vt ſunt modi intelligendi conuenit per accidens.

Primum probatur: nulla ſecunda intentio vt talis conuenit per ſe primo modo, vel per ſe ſecundo modo, primæ intentioni vt tali, at prædicari eſt quædam ſecunda intentio, igitur non conuenit per ſe rei, ſeu primæ intentioni vt tali.

Maior probatur: nam ens rationis non eſt de quidditate entis realis, nec conſequitur ipſum vt paſſio eius. Item quod ſe habet vt modus reſpectu alicuius, vt tale, nec includitur in intellectu illius, nec conſequitur ipſum, ut eius paſſio; at intentio ſecunda, ut talis eſt modus primæ intentionis, ergo &c. relinquitur ergo quòd prędicari ſolummodo conueniat per ſe ſecundis intentionibus.

Quod autem prædicari conueniat rei p accidens patet, nam intentio poteſt applicari rei, ac ipſam accidentaliter denominare, vt ſupra quæſt. II. dictum fuit. Notandum quod in argumento addo ly, ut tali, quia ſecunda intentio poteſt quandoque accipi vt prima, & tunc ſibi per accidens cõuenit prædicari, & loquor ſemper de prędicari ſignato.

eſſe ẽ rei per ſe; & intẽtionis per accñs.

Quod autem eſſe conueniat per ſe primæ intentioni, & per accidens ſecundæ, probatur; eſſe namque eſt prima intentio, quę non conuenit per ſe ſecundæ intentioni.

Item ſignare eſt ſecundarũ intentionũ, quia ipſę pro primis ſupponunt, ac pro primis accipiuntur, & exercere quod eſt ſignatum, eſt primarum intentionum, at prædicari ſignat, & eſſe exercet, ergo prædicari conuenit per ſe ſecundis intentionibus, & eſſe primis.

Ibi. Aliud ſciendum &c. Ponit ſecundũ notandum propter argumenta, & vult qđ eſſe exerceat in primis intẽtionibus, quod prædicari ſignat in ſecundis.

pdicatio duplex.

Notandum ꝙ duplex eſt prædicatio, ſcilicet ſignata, & exercita, & dicitur ſignata, quaſi ſignans, & exercita quaſi exercens: ponitur enim paſſiuum pro actiuo: ſicut etiam ẽ conuerſo quandoque contingit, vt quęſt. prima diximus, declarando quomodo vtens accipitur paſſiuè, cum dicimus logicam vtentem.

pdicatio ſignata quid.

Signare autem idem eſt quod oſtendere, ſeu iudicare: vnde prędicatio ſignata eſt prædicatio indicatiua alterius prædicationis, non cuiuſcunque, ſed illius quæ exercetur in terminis, pro quibus ſupponunt termini ſecundarum intentionum, ſecundæ vero intentiones ſupponunt pro primis, vt ſæpius dictum eſt. Et hanc prædicationem quidam uocant figuratiuam, ſeu ſignificatiuam, quod tamen non eſt propriè dictum, quia licet ſignet, non tamen ſignificat exercitam, in pluſnamque ſe habet ſignare, quam ſignificare, ut patet ex grammatica hujus uiri.

Exer-

Exercere uero idem eſt qđ practicare, ſeu ponere in executione, unde appellatur prędicatio exercita, ideſt exercens, & ponens in executione quod ſignatur. Exemplum eſt de iſta genus prædicatur de ſpecie, quæ indicat iſtam, homo eſt animal, quia ſpecies ſupponit pro homine, & genus pro animali. Ecce igitur quomodo prædicari ſignat in ſecundis intentionibus, copulando terminos earum, quod eſſe exercet in primis, copulando terminos primarum intentionum, pro quibus ſupponūt termini ſecundarum intentionum.

2. intentiōesſupponunt pro primis. Ibi. Ex quibus ſequitur &c. Ponit primū corrolarium, & ait. Quod nomina concreta (& notanter dicit concreta, quia abſtracta non ſupponunt pro fundamentis) ſecundæ intentionis reſpectu huius quod eſt prædicari (idem cum copulantur per hoc verbum prædicari) ſupponunt pro ſuis fundamentis, ſiue ſubiectis reſpectu eſſe, ideſt ſupponunt, ſeu accipiuntur pro terminis ſignificantibus fundamenta intētionum, copulatis per hoc verbum ſum es eſt; eſt enim verbum copula verbalis.

ſuppoſitio qd. Notandum quod ſuppoſitio in propoſito nihil aliud eſt quam acceptio, ſeu vſus vnius, vel plurium terminorum pro uno, vel pluribus terminis, uel pro re ipſa.

Ibi. Ex quo ſequitur &c. Ponit ſecūdum corrolarium, quod ſequitur ex primo, ac etiam ex illis notatis. In quo nos docet quomodo arguendum eſt a prædicatione ſignata ad exercitam. Hæc litera conſiſtit in tribus dictis, & in dilutione cuiuſdam obiectionis. Secundum dictum eſt ibi Sed a prędicari &c. Tertium ibi. Differētia inter &c.

a ꝓdicatione ſignataad exercitā qūo ualet cōſequentia. Primum dictum eſt quod a prædicari ſignato ad prædicari exercitum, ſiue ad eſſe, non tenet conſequentia per ſe in eiſdem terminis.

Vnde non ſequitur genus prædicatur ꝑ ſe de ſpecie, ergo ſpecies eſt genus. Notandum doctorem addidiſſe ly per ſe; quia a prædicatione ſignata ad exercitam, tenet conſequentia per accidens ratione materię in eiſdem terminis, ut infra ſtatim ipſemet dicet.

Secundum dictum eſt, quod a prædicari per ſe in intentionibus (ideſt a prædicari vt copulat inter terminos ſecundarum intentionum) ad eſſe in fundamentis (ideſt ut copulat inter terminos ſignificantes fūdamenta) bene tenet conſequentia. Exemplum patet in litera. In tertio dicto oſtendit in multis differentiam inter actum ſignatum, & exercitum, ideſt inter ea, quæ ſignant & exercent, nam quæ ſignant, ſemper ſignant reſpectu terminorum ſecundarum intentionum, & quæ exercent reſpectu terminorum primarum intentionum exercent. Vnde nihil idem per ſe ſignat, & exercet in eiſdem terminis. Exemplum eſt de nego, quod ſignat, & de non quod exercet. Vnde ſic eſt arguendum. Ad negationem ſuperioris ſequitur negatio inferioris, ergo ſi non eſt animal, non eſt homo.

Aliud exemplum eſt de tantum, & excludo, nam ly tantum exercet excluſionem, quam excludo ſignat. Vt omne inferius & eſſe diſparatum excluditur a prædicatione directa, ergo homo eſt tantum animal, corpus, ſubſtantia, & ſic de aliis ſuperiorib. ad hominem. Vel ſic, quod nec eſt ſecunda ſubſtantia, nec tranſcendens, excluditur a prædicatione eſſentiali de prima ſubſtātia, igitur ſortes eſt tantum homo, animal ens & ſic de aliis ſubſtantiis ſecundis, ac tranſcendētibus. Vel ſic paſſio excluditur a quo libet alio a ſuo ſubiecto, ergo tātum homo eſt riſibilis.

Et uniuerſaliter poſſumus ſic argumentari, quod excluditur ab omni alio, & , non ab iſto, conuenit tantum iſti.

Notandum quod excludere quandoque importat reiectionem, ſeu negationem, vt excludere albedinem ab homine, eſt negare hominem eſſe album. excludo dupl.

Quandoque uerò importat præciſionē, & ſic excluſiuè conuenire alicui, eſt prěciſe conuenire illi. Si excluſio accipiatur primo modo, ſic arguendum eſt ab excluſione ſuperioris, ſeu conſequentis, ad excluſionem inferioris, ſeu antecedentis, quia licet tantum arguere a ſuperiori ad inferius negatiuè: vt ſi a ligno excluditur animal, excluditur etiam homo a ligno: quia ſi lignum non eſt animal, nec etiam eſt homo.

Si verò excludo accipiatur ſecundo modo, ſic poteſt argui ab inferiori ad ſuperius, nam quod præciſe conuenit inferiori, præciſe conuenit ſuperiori: vt patet de riſibilitate, quæ cum præciſe cōuenit

homini, præciſe etiam conuenit animali, quia nihil quod non eſt animal eſt riſibile. Aliud exemplum doctoris eſt de præter & excipi, nam præter exercet quod excipi ſignat: vnde ſi eſt arguendum, quicquid excipitur ab aliquo attributo, continetur ſub ſubiecto illius attributi, igitur ſi omnis homo præter ſortem currit, ſortes eſt homo.

Ibi. Contra hoc &c. Obiicit contra iam dicta, extendendo quod a prædicari ſignato ad exercitum valet conſequentia arguendo in eiſdem terminis. Nam ſequitur, animal prædicatur de homine, ergo homo eſt animal, & tamen vtraque prædicatio eſt in eiſdem terminis. Reſpondet dupliciter, primo negando conſequentiam, nam magis uerum non ſequitur ex minus vero, modo conſequens illius argumenti eſt magis verum, quam antecedens: quia conſequens eſt verum per ſe, cum eſſe conueniat primis intentionibus per ſe; antecedens autē eſt verum per accidens, quia prædicari cōuenit rebus per accidens.

neceſſariū quō pōt ſeq. ex cōtingenti, & magis verū ex min. vero. ſeq. ex alio dup.

Notandum quod neceſſarium ſequi ex contingenti, & magis uerum ex minus vero, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo præciſè illatiuè. Alio modo ne dum illatiuè, ſed etiam probatiuè, ſequitur autem aliquid ex alio illatiuè ac probatiuè, cum illud cum quod ſequitur habet ueritatem ſuam ab antecedente, ſeu (quod idem eſt) cum antecedens eſt cauſa conſequentis. Primo modo neceſſarium poteſt ſequi ex contingenti, & magis uerum ex minus uero, ut patet ex primo Priorum: ex hoc nāque quod creatura eſt, ſequitur Deum eſſe, & tamen Deum eſſe, eſt magis verum, q̃ creaturam eſſe. Secundo autem modo neceſſarium non ſequitur ex contingenti, nec magis uerum ex minus uero, nam tunc id quod non eſt, eſſet cauſa neceſſarii, ponatē enim quod contingens non ſit, tunc manifeſtum eſt, quod id quod non eſt, eſt cauſa neceſſarii.

Ibi. Vel poteſt dici &c. Alia reſpōſio eſt, quod argumentum eſt in quatuor terminis, quia termini antecedentis, & conſequētis non ſunt idem; nam in antecedente ſumuntur termini vt ſignificatā informantur intentionibus, quibus intentionibus conuenit prędicari per ſe, at in conſequente termini ſumuntur pro ſignificatis abſolutè, quibus ut ſic extraneantur iſtę intentiones; & ita non ſunt idem termini antecedentis, & conſequentis. Quod probatur ſic, quęcunque diuerſitas ſufficit ad fallaciam accidentis, ſufficit ad diuerſificandū terminum, quia terminus variatus in fallacia accidentis eſt duo termini, ſed dicta diuerſitas terminorum ſufficit ad fallaciā accidentis, vt patet ex his quæ diximus ſupra q. 9. ergo &c.

Hic ſunt duæ difficultates examinandæ. Prima, an prædicatio ſignata vere & propriè debeat dici prædicatio? Secunda, an prædicatio ſignata ſit per ſe prędicatio? Ad primam difficultatem dicit Mauritius quod prædicatio ſignata potius eſt ſignū prædicationis, quam prædicatio. Cuius ſignum eſt quia quod deberet poni a parte prædicati, ponitur a parte ſubiecti, & è conuerſo, at talis non eſt propriè prædicatio, Cuius ſignum eſt, quia quod deberet poni a parte prædicati, ponitur a parte ſubiecti, & è conuerſo, at talis non eſt proprie prędicatio, quia non prædicatur quod natum eſt prędicari, & non ſubiicitur quod natū eſt ſubiici. Ad aliam difficultatem dicitur ab eodem Mauritio, prædicationem ſignatam non eſſe per ſe prædicationem. Probatur: quælibet prędicatio per ſe eſt naturalis, at ſignata non eſt naturalis, ergo nec p̄ ſe. Minor patet, nam in iſta prædicatione ſignata, genus prædicatur de ſpecie, genus ſubiicitur, cum ponatur ante uerbum, & ſpecies prædicatur, cum ponatur poſt uerbum. Item ſi eſſet per ſe, maximè eſſet in primo modo, ſed hoc eſt falſum, quia prædicatum, quod eſt ſpecies non includitur in intellectu ſubiecti, quod eſt genus, cum ſpecies & genus ſint ſpecies diſparatæ vniuerſalis. Sed iſtę reſponſiones non mihi placent, nam doctor hic vult quod prædicari conueniat intentionibus per ſe, & loquitur de prædicari per ſe, vt ly per ſe determinat inhærens. Vnde prædicari per ſe conuenit per ſe intentionibus, & per accidens rebus. Sicut ēt ipſum prædicari in quid conuenit per ſe intentionibus, & per accidēs rebus, ut dicit doctor reſpondēdo ad primum principale. Dico igitur ſimul ad ambas difficultates, quod prædicatio ſignata eſt uerè ac ꝓpriè p̄dicatio, & eſt ēt prę-

p̄dicatio ſignata an ſit ꝓpriè & p̄ ſe prædicatio. reſponſ. Maur.

Contra Maur.

verba quotuplicia.

prędicatio per ſe. Ad id quod adducit Mauritius probando talem non eſſe proprie prędicationem, dico. Quod duplex eſt uerbū, nam quoddam eſt ſubſtantiuum, qđ nec paſſionem, nec actionem ſignificat, ut eſt ſum, es, eſt, quod ſignificat per modum eſſe generale ſpecificabile. Quoddam eſt adiectiuum. Inter adiectiua autem uerba, quædam ſignificant actionem tantum, ut ſunt actiua: quędam paſſionem tantum, ut ſunt paſſiua: quędam actionem, & paſſionem, vt ſunt cōmunia, ſeu deponentia; quædam uerò nec actionem, nec pasſionem, vt ſunt uerba neutra, quæ ſignificant per modum eſſe contracti ad eſſe alicuius dictionis, ſicut patet ex grammatica huius uiri.

Ad propoſitum dico, quod in prædicatione, quæ fit per uerbum ſubſtantiæ, id quod reddit ſuppoſitum verbo, ſeu id qđ ponitur ante uerbum, debet ſe habere vt ſpecificabile, & appoſitum, ſeu quod ponitur poſt uerbum, debet ſe habere vt ſpecificans, quia uerbum ſubſtantiuum ſignificat per modum eſſe ſpecificabile: cum igitĩ forma habeat rationem ſpecificantis, ac determinantis, parteſque definitionis, & ex conſequenti omne ſuperius, habeat rationem formæ. 7. met. tex. commen. 35. ideo in tali prędicatione, quæ fit per uerbum ſubſtātiuum (ad hoc. ſ. vt ſit naturalis) debet poni a parte appoſiti quod habet rationem ſpecificantis, & ex conſequenti ſuperius, ac differentia. Et hinc eſt quod iſta non erit propria prædicatio, animal eſt homo, rōnale eſt homo, quia animal, & rationale habent rationem formæ reſpectu hominis & tamen ibi ponuntur a parte ſuppoſiti. De prædicatione verò quæ fit per hoc uerbum prædicari, ſecus eſt dicendum: nam prædicari eſt verbum commune, quod in propoſito noſtro videtur ſignificare actionem: at in prędicatione naturali, quæ fit per uerbū ſignificans actionem, id quod reddit ſuppoſitum verbo, ſeu quod ponitur ante uerbū, eſt illud a quo ponitur eſſe actio, quæcunque ſit illa: & quod ponitur poſt uerbum, eſt id quod terminat actionem: & hinc eſt quod iſta erit naturalis animal prædicatur de homine, genus prędicatur de ſpecie.

iſta prædicatio ē naturalis aīal. pdicatū de hoīe genus pdicatur de ſpecie.

Falſum eſt ergo, quod in prędicatione ſignata ponatur a parte ſubiecti, quod deberet poni a parte prędicati, vt exiſtimat Mauritius. Et ſi obiicias quia prædicatum eſt quod ponitur poſt copulam. Dico hoc verum eſſe in prædicatione exercita. Per hoc idem patet quod dicendum ſit ad primum argumentum adductum contra ſecundam difficultatem.

Ad aliud argumentum dico, quod genus prędicatur in primo modo dicendi p ſe de ſpecie. Et cum probatur, quod non, quia prædicatum quod eſt ſpecies non includitur in intellectu generis: quod eſt ſubiectum. Dico quod ſpecies non eſt prædicatum, ſed ſubiectum in iſta propoſitione, genus prædicatur de ſpecie; nam in huiuſmodi propoſitionibus prædicatum ponitĩ ante uerbum, ſicut patet ex dictis: genuſq. includitur in intellectu ſpecici, non tamen ſequitur genus eſſe ſpeciem, quia a ſignata ad exercitam non ualet conſequentia in eiſdem terminis.

Argm̄ 1. princip.

Quatuor rationibus arguit pro parte falſa, quarum prima ſic erigatur. Quicquid hic definitur prædicatur in quid de re, ſed nulla intentio prędicatur in quid de re, ergo nulla intentio hic definitur. Minor probatur, quia nullum accidens prædicatur in quid de re, ſed omnis intentio eſt accidens, ergo nulla intentio prædicatur in quid de re.

pdicari ī qd dup.

Reſponſio eſt quod prędicari in quid contingit dupliciter. Vno modo ut ly in quid determinat inhęrentiā Alio modo vt determinat inhęrens. Nihil prædicatur in quid primo modo de ipſa re, niſi ſit quid rei; & hinc eſt quod cum nullum accidens ſit quid illius rei, cuius eſt accidens, ideo nullum accidens prædicatur in quid de re, accipiendo ly in quid ut determinat inhęrentiam.

Cum autem aliqua intentio ſit prędicari in quid, ſicut datur aliqua alia quę appellatur prædicari in quale, ideo non erit inconueniens concedere quod intentio, q̄ uocatur prędicari in quid, dicatur de re, nō equidem in quid, ſed per accidens; cum igitur hic definiatur id quod prædicatur in quid, quia genus prædicatur in quid. ideo hic definitur quod prædicatur in quid de re, ut tamen ly in quid determinat inhęrens. Quid autem ſit determinare inhęrentiam, uel inhęrens, declaratum fuit ſup. quęſt. 11.

2. argm̃ princip. Secunda ratio principalis ſic erigatur. Nulla intentio prædicatur de differentibus ſpecie, in quid, ſed tantum de differentibus numero, ſed quod hic definitur, prædicatur de differentibus ſpecie in quid, & non tantum de differentibus numero, ergo qđ hic definitur non eſt intentio. Maior probatur, nam intentio prædicatur in quid tantum de hac, & de illa intentione, quæ dicuntur tantum differre numero, quia tantum differunt materialiter ratione diuerſorum ſubiectorum quibus applicantur, nam hæc intentio generis applicatur animali, illa uero colori, & differentia materialis eſt differentia numeralis, & differentia ſpecifica eſt differentia formalis, ergo &c.

Reſp. ad 2. ar. pr. Reſponſio eſt negando minorem, ac maiorem, ut ly in quid determinat inhærẽs, quod enim hic definitur, prędicatur in q̃d de differẽtibus ſpecie, vt ſcilicet ly in quid determinat ly prædicari, & hoc modo intentio prędicatur in quid de differentibus ſpecie.

Verum tamen eſt, quod prædicatur in quid de differentibus numero, ut ly in q̃d determinat inhærentiam, quia intentio nõ eſt quid, niſi reſpectu huius & illius intentionis. Ex hoc habes quod eſt differentia eſſe quid, & prædicari in quid, ut alibi declarabit ipſemet doctor. Notandum quod doctor uidetur hic uelle genus generaliſſimũ, & ſubalternum differre tantum numero. Niſi forte dicas, quod hic loquitur tantum de genere ſubalterno.

3. argm̃ princip. Tertia ratio ſic erigatur. Si definitur hic intentio generis, pari ratione definitur poſtea intentio ſpeciei, ſed hoc eſt falſum, igitur eſt antecedens. Probatur, ubi definitur illa ſpecies de qua genus in quid prædicatur; ſed genus non prædicatur in quid de ſpecie, quæ eſt intentio, quia diſparatum non prædicatur in quid de diſparato, ergo &c.

Reſp. ad 3. argũ. princip. Reſponſio eſt negando conſequens eſſe falſum. Et cum probatur, dicendum, ſecundum eandem diſtinctionem de ly prædicari in quid, quod genus prædicatur in q̃d de ſpecie, quæ eſt intentio, ut ly in quid determinat inhęrens, nec eſt inconueniens in intentionibus diſparatum prędicari in q̃d de diſparato, ſumendo ly in quid hoc mõ. Nec ex hoc ſequitur, ſpẽm eſſe genus, quia a ſignata ad exercitam non ualet conſequẽtia in eiſdem terminis, ut ſup. dictum eſt.

Vltimo ſic arguit. Illud hic definitur, de quo Porph. exemplificat, at exemplificat in primis intentionibus, ut clarum eſt: ergo prima intentio hic definitur. Maior patet nam aliter exempla non eſſent ad propoſitum. Reſponſio eſt negando maiorẽ, exemplificat enim Porph. in primis intentionibus, non quia de eis dederit definitiones, ſed quia ſunt notiores; hocque poteſt per optime fieri, quoniam quod ſignatur per definitionem in intentionibus, exercetur in rebus, & hinc eſt quod talia exempla dicuntur eſſe ad propoſitum. 3. argm̃ princip. reſpon.

QVÆSTIO XV.

Vniuerſalium Scoti.

An definitio generis ſit conuenienter data?

POſtquam doctor oſtendit in pręcedenti q̃ne Porphyrium definire intentionem, & non rem; Modo incipit dubitare circa bonitatem definitionis generis. Et primo inquirit, an definitio generis aſſignata a Porphyrio ſit conuenienter data, adducendo contra ipſam multas inſtantias ex conditionib. generalib. definitionis, & definiti, quas ponit Phil. 6 Top & 7. met. Deinde dubitat circa ſingulas particulas definitionis.

Termini patent ex ſupradictis in præcedenti quęſtione. Vltra tamen ea quæ ibidẽ diximus, ſciendum eſt, duplicem eſſe definitionem quidditatiuam, quędam namque eſt merè quidditatiua, in qua tantum ponuntur ea quæ ſunt de quidditate definiti, quæ a quibuſdam appellatur definitio logica, ut eſt de definitione, quę conſtat tantum ex genere, & differentia. Đfinitio quidditatiua dup.

Quædam

Quædam vero eſt in qua vltra ea quæ ſunt de quidditate, ponũtur quædam alia, puta ſubiectum vel terminus,& hoc ꝓpter quietationem intellectus, propter quod uocatur quietatiua,ac metaphyſica:quietat enim intellectum, aut quantum ad inhęrentiam accidentis,ſpecificando eius ſubiectũ; aut quantum ad dependentiam ad terminum,ſpecificando correlatiuum, ſeu terminum, vt in relatiuorum definitione contingit. Iſtæque appellantur definitiones per additamentum.

Quoniam hic poteſt eſſe dubium, ne dũ circa propoſitam difficultatem de bonitate definitionis generis , ſed etiam circa id qđ ſupponitur in hac quæſtione , ideo doctor reſpondendo ad hanc quæſtionem , ſimul oſtendit hanc eſſe ueram definitionem , & non deſcriptionem; ac eſſe conuenienter aſſignatam. Cum enim omnis quæſtio vnũ ſupponat,& aliud quęrat,idcirco hæc quæſtio, quæ eſt de bonitate definitionis generis,ſupponit hãc eſſe ueram definitionem. Et quia multi oppoſitum aſſerunt,doctor primo oſtendit eorum ſententiam falſam eſſe , deinde ponit proprium modum dicendi.

Corpus qõnis. Dicunt igitur Boetius Ammonius , & quidam alii, quod iſta eſt deſcriptio, & nõ uera definitio , & per hoc euadere conãtur difficultates , quas tangunt rationes principales.

Quod eſſe uerum oſtẽdunt per illud verbum quo vtitur Porphyrius in litera, dicit enim quod etiam deſcribentes,& non dicit definientes. Doctor deridendo iſtos dicit , quod ſic facile eſſet euadere difficultates penè in omnibus definitionibus dicendo.ſ. quod eſt deſcriptio, & non uera definitio. Deinde dicit motiuum illorum nullum eſſe,nam Porphy. vtitur etiam hoc uocabulo aſſignauerunt , quod exponitur definierunt.

Ibi.Item inferius &c. Probant hanc eſſe ueram defõnem,& ratio ſic erigatur.Ratio illius,cuius nomen eſt ſignum , eſt definitio,ſed iſta, genus eſt quod pręedicatur &c. eſt ratio illius , cuius hoc nomen genus eſt ſignum,ergo hęc ratio eſt definitio. Minor patet ꝑ Porph.dicẽtẽ cap. de ſpecie , ꝙ neceſſe eſt in vtrorumq. rõnibus vtriſq. vti, & ibi loqẽ de genere,& de ſpẽ;ergo hæc eſt ratio illius ꝙ ſignificat hoc nomẽ genus. Maior ab Ariſt.4.met.tex com. 28. vbi Cõ. dicit; ꝙ definitio eſt illa q̃ ſignificat illud , ꝙ nomen ſignificat. Dicitq. hoc eſſe verum in ſpeciebus,non in indiuiduis.

Ibi. Itẽ hæc rõ. Arguit ad idem ſic.quęlibet rõ q̃ eſſentialiter cõuertiẽ cũ aliquo,de quo non p̃dicaẽ vt accñs,eſt eius defõ ; ſed hæc rõ eſſentialiter conuertiẽ cũ genere, de quo nõ p̃dicaẽ vt accñs,ſed per ſe,ergo &c. Maior patet?Minor ꝓbatur quo ad utrãq. partẽ.Prima pars patet ex Porph.concludẽte in fine capituli de genere;hæc uerba.Nihil igitur neq.ſuperfluũ,neq.minus, continet generis dicta deſcriptio rõnis , ergo ſi neq.eſt ſuperflua,neq.diminuta, conuertiẽ cum genere definito . Altera pars minoris ꝓbatur ſic. Quodlibet eiuſdem generis, qđ prædicatur per ſe primo de alio eiuſdem generis,eſt ſuperius ad ipsũ, qa nec eſt inferius,nec diſparatũ,& ex conſequenti nõ p̃dicatur vt accidens de ipſo,ſed q̃ ponuntur in hac defõne ſunt eiuſdẽ generis cũ definito(cũ ſint intentiones ſecundæ , uelut & genus,qđ eſt definitum) ergo q̃ ponuntur in defõne generis non p̃dicantur ut accidens de ipſo. Notandũ primo ꝙ deſcriptio eſt oratio indicans eſſe rei per accidẽtalia . Et non loquor hic de accidente cõi , ſed de propria paſſione, quia accidentia cõia non conferũt ad cognoſcendum quod quid eſt alicuius determinatæ ſpeciei ſubſtantiæ. Niſi forte ſumãtur in aliquo gradu in quo dicantur eſſe ꝓpria alicui ſubſtantiæ,vt infra hẽt uideri de calore,qui in ſummo forte dr̃ propriũ igni . Hinc igitur eſt quod accidentia cõia non ſumunẽ loco dr̃iæ; nam ſicut dr̃ia indicat determinatam ſpẽm ſubſtãtiæ;ita quod ſumitur loco eius,debet indicare determinatam ſpeciem ſubſtantiæ . Quod ſi obiicias , quia quodlibet accidens magnam partem confert ad cognoſcendũ quod quid eſt;ex primo de anima.tex.comment. vndecimo. ergo quodlibet accidens poteſt ſumi in deſcriptione loco differentiæ . Dico accidentia communia conferre ad cognoſcendum quod quid eſt ſubſtantiæ , ideſt ad immediatè habendum conceptum quidditatiuum,ac communem ſubſtantiæ. de ſcriptio qd.

accidentia magnā parte conſerūt ad cognoſcēdum qđ qd eſt, quo intelligitur.

Non autem immediate conferunt ad habendum conceptum quidditatiuum propriumque ipſius ſubſtantiæ.

Vnde ex accidentibus communibus non poſſumus deuenire in notitiam ſcientificam quidditatis ſubſtantiæ. Niſi ſumantur ſub certo numero, ac ſub certo gradu; quia ſic forte accidentia communia conferunt a poſteriori ad notitiam ſcientificam imperfectam tamen ipſius ſubſtantiæ. Exēplū eſt de caliditate, leuitate, ac raritate, per quæ (in certo gradu, ac ſimul ſumantur) ſcientificè cognoſcitur quidditas ignis. Vel dicamus Philoſophum primo de anima loqui de accidentibus propinquis, & eſſentialibus. Illis enim notis (vt ait Commen.) continget, vt meliorem inducamus definitionem.

Sed quomodo accidentia dicuntur conferre ad cognoſcendum quod quid eſt? De hoc alibi. Vide Io. de Ianduno in libros de anima, quæſt. decima, primi libri: cum quo tamen non teneas in hoc. Nam accidentia non dicuntur conferre, &cæt. quia ſpecies ipſorum diſponat intellectum ad recipiendam ſpeciem ſubſtantiæ. Sed potius quia ab ipſis abſtrahitur conceptus quidditatiuus, ac communis ipſius ſubſtantiæ: quo habito, per uiam diuiſionis, diuidendo ſcilicet ens, vel per uiam diſcurſus, diſcurrendo ſcilicet ab effectu ad cauſam materialem, vel efficientem, perſcrutamur proprium ſubſtantiæ conceptum.

p̄dicari ꝑ ſe dupliciter.

Secundo notandum quod prædicari per ſe quandoque capitur, vt diſtinguitur contra prædicari per accidens, & ſic diſtinguitur in primum, & ſecundum modum dicendi per ſe: cæteri enim duo vltimi modi perſeitatis non ſunt modi prædicandi, vt dictum fuit ſupra quæſtione prima. Quandoque accipitur vt diſtinguitur contra prædicare vt accidens, & ſic ſolummodo illa, quæ prædicantur in primo modo dicendi per ſe, dñr prædicari ꝑ ſe, quæcunque vero non ſunt de ratione alicuius (& ſi prędicentur in ſecundo modo dicendi per ſe) dicuntur prędicari de illo ut accidens, non tamen omnia talia prædicantur per accidens, vnde prædicari vt accidens, & per accidens differunt: nam prædicari vt accidens eſt prædicari vt extraneum, non autem quicquid prędicatur vt extraneum prædicatur per accidens, vt patet de propria paſſione, quę prædicatur de ſubiecto per ſe, & ut accidens eius.

p̄dicari vt accñs & ꝑ accidēs differunt.

Ex his patet quod doctor in litera accipit prædicari per ſe hoc ſecundo modo. Et ideo nulla eſt inſtantia de paſſione, quam tangit Mauritius: quoniam quamuis paſſio dicatur eſſe in eodem genere in quo eſt ſubiectum, non tamen ſequitur ipſam eſſe ſuperius ad ſubiectum, quia non prædicatur per ſe, ſed ut accidens.

Ibi. Item per Ariſto. &c. Arguit ad hoc idem vlterius ſic. Ratio quæ eſt ex prædicatis per ſe, in quorum definitione non cadit ſubiectum, ſi eſt conuertibilis cum definito, eſt definitio, at hæc ratio generis eſt ex p̄dicatis per ſe, in quorum ratione non cadit definitum, & eſt conuertibilis cum definito, ergo eſt definitio. Maior eſt Philoſophi, ſeptimo methaphyſi. text. Comment. decimoprimo, & decimotertio.

obiectionis dilutio.

Minor patet, quia in definitione nullius definientis cadit definitum. Quod ſi obiicias quia in definitione generis ponitur ſpecies, & in definitione ſpeciei ponitur genus, cum ſit neceſſe in vtrumque rationibus vtriſque vti. Dico quod doctor loquitur de definientibus per ſe, & quidditatiue, nam in definitione nullius definientis hoc modo, cadit definitum; modo ſpecies definit genus vt additum, & doctor non loquitur de definiente, ut additum.

ſpecies quō accipiť in defōne generis.

Aliter dico quod ſpecies in definitione generis accipitur pro ſubſtrato, & non pro formali, & ſic etiam accipitur genus in definitione ſpeciei: & ratio huius eſt, quia eſſe ad aliud (quale eſt eſſe relatiui) non poteſt ſpecificari ſine fundamento ſui correlatiui, cum ab ipſo dependeat tanquam a termino, fundamentum autem correlatiui generis eſt ſpecies pro ſubſtrato. Patet igitur quod genus pro ſecunda intentione, quod hic definitur, non cadit in definitione alicuius definientis ipſum: quia ſpecies, quę cadit in definitione generis, eſt ſpecies pro ſubſtrato, & ſpecies quæ definitur in ſequenti capitulo, eſt ſpecies pro formali, in cuius definitione ponitur genus

nus pro ſubſtrato. Neceſſe eſt ergo in utrorumque rationibus uti vtriſque, ideſt vtriuſque fundamentis; & ſic intelligendus eſt Porphyrius. Vel aliter dicas, quod per ly differentibus ſpecie, circumloquimur differentiam quandam diuiſiuam vniuerſalis, & conſtitutiuam generis.

Ibi. Item prędicatur &c. Vltimo arguit ad idem ex ſufficienti diuiſione eorum quę prædicantur per ſe conuertibiliter. Nam quicquid prædicatur per ſe conuertibiliter, & non ut proprium, nec vt differentia, eſt definitio; ſed hæc ratio prędicatur per ſe conuertibiliter de genere, & non ut eius proprium, nec vt eius differentia, ergo ut definitio. Maior alibi declarata fuit. Minor probatur quo ad vtramque partem. Et primo quod hæc ratio non prædicetur per ſe conuertibiliter vt proprium; quia ſic hæc ratio poſſet definiri, cum proprium poſſit definiri; quod uidetur falsū, quia hæc ratio eſt quid complexum, cuius non eſt definitio.

Secundo probatur quod hæc ratio non prædicetur conuertibiliter vt differentia: quia tunc ad conſtruendum definitionem generis, oporteret addere huic rationi uniuerſale, quod eſt genus ad genus, & ad cætera uniuerſalia: ſed hoc eſt falſum: quia addendo vniuerſale huic rationi fit nugatio: quia idem bis ponitur: quod tamen non eſſet verum, ſi hæc ratio eſſet differentia. Et ſi obiicias, quia de facto additur huic rationi uniuerſale, nam per ly, quod poſitum in hac definitione, ſignificatur vniuerſale, ut multi exponunt. Dicit Mauritius per ly quod intelligendum eſſe fundamentum uniuerſalis, & non uniuerſale. Quod poteſt confirmari per Scotum, quæſtio. 28. prædicam. vbi vult in definitionibus relatiuorum ponendum eſſe fundamētum, ac correlatiuum, ſeu eius terminum; & hoc, quia ab iſtis dependet. Aliter dicit, quod Porphy. per hoc totum, quod prędicatur de pluribus, circumloquitur ipſum prædicabile: ita ut ſenſus ſit, genus eſt qđ prędicatur, ideſt genus eſt prædicabile, &c.

ly quod poſitū ī generis defōnē, qūo exponitur

Toletus de defōne gnis q. 2. & 3

Antequam vlterius procedam intendo reſpondere ad rationes quorundam exiſtimantium hanc rationem generis eſſe deſcriptionem. Arguunt enim quidam ſic. Illa ratio in qua ponitur paſſio loco generis eſt deſcriptio, in hac autem ponitur prædicabile de pluribus (quod eſt paſſio vniuerſalis) loco generis, ergo &c. Probatur quod prædicabile de pluribus ponatur loco generis, & non loco differentię. Nam differentia ponitur in definitione tantum ad excludendum a definito ea quæ ſub eodem genere conueniunt, ut patet de rationali, per quod homo a cæteris animalibus ſeparatur, ſed per prędicari de pluribus excluſit Porphy. indiuiduum (quod non continetur ſub vniuerſali) a ratione generis, ergo prędicari de pluribus non ponitur loco differentię, ſed loco generis. Ammonius vult quod genus nullo modo poſſit definiri, quod probat duabus rationibus.

Primo ſic, quod comprehendit decem genera ſuprema non poteſt definiri, quia generis ſupremi non datur genus per quod definiatur, ſed genus comprehendit decem genera ſuprema, ergo non poteſt definiri. Secundo ſic. Nullum æquiuocum poteſt definiri, genus eſt æquiuocum, ergo &cæt. Minor probatur, genus enim comprehēdit genera ſubſtantię, & accidentis, quibus nihil eſt commune uniuocum.

rationes Ammonii.

Ad rationem Toleti dico, quod definitum per quamlibet partem poſitam in eius definitione differt, ſeu diſtinguitur ab aliquo, ut ait Ocham, primo. diſtinctione ſecunda, quæſtione nona. Vnde aliquid poteſt differre ab aliquo, aut per rationem ſui ſuperioris, aut per propriam rationem, ut homo differt a planta ea ratione qua eſt animal; differt autem ab aſino, ea ratione qua eſt rationalis: licet ergo differentia ultima ponatur in definitione ad excludendum a definito ea quæ continentur ſub eodem genere: tamen genus ac differentia ſuperior poteſt poni ad excludendum a definito quęcunque ſub diuerſis generib. continentur.

definitū ꝑ q̄libet partem defōnis differt ab aliquo.

Tunc ad argumentum dico quod falsū eſt id quod ſumitur in minori, quod ſcilicet prędicabile de pluribus ſit paſſio uniuerſalis, eſt enim eius definitio, ut patet ex dictis ſupra.

Imo dato etiam quod eſſet formaliter paſſio, tamen circumlocutiuè eſt definitio.

Ad primam rationem Ammonii, dico quod comprehendens quidditatiuè decem genera, non poteſt definiri: quia illud eſt tranſcendens, quod non habet genus ſupra ſe, per quod definiatur: falſum autem eſt quod comprehendẽs denominatiuè decem genera ſuprema non poſſit definiri: modo genus formaliter ſumptum comprehendit denominatiuè decem genera ſuprema pro ſubſtrato ſumpta, quia ſubſtantia, quãtitas, & qualitas, & alia hmõi ſunt gña.

Ad ſecundam rationem dico minorem eſſe falſam, ut diximus in ſuperiori quæſtione. Imo dato etiã quod genus æquiuocè conueniret rebus omnium generum, non tamen ſequitur genus eſſe equiuocum, & non poſſe definiri, ſicut nec ẽt ſequitur albedinem eſſe æquiuocam, & non poſſe definiri, dato etiam quod æquiuocè conueniret homini, & parieti: eſſet enim fallacia a ſecundum quid, ad ſimpliciter: non enim ſequitur albedinem eſſe æquiuocam, ex hoc quod æquiuocè dicitur de homine, & de pariete, quia dato quod dicatur equiuoce de illis, tamen dicitur vniuocè de hac, & illa albedine.

opi. Scoti. Ibi. Dicendum, ergo &c. Ponit propriũ modum dicendi, qui eſt, quòd hæc ratio generis eſt vera definitio, & ex conſequenti conuenienter data. Quod ſic poteſt probari ex litera: Quælibet ratio quæ conſtat ex genere, & vltima differentia, eſt vera definitio. ſeptimo methaph tex. commen. 43. & 6. Top. Sed hęc ratio generis conſtat ex genere, & differentia vltima, ergo &c. Maior probatur: nã loco generis ponitur definitio vniuerſalis: differentiæ verò ſunt p̃dicari de plurib. & in quid, ut patet in litera.

defõne generis quẽ poſſumus vti loco generis. Circa literam doctoris duo notanda, ac vnum dubium occurrit. Primo notandum eſt, quod ad minus duplici ex cauſa in definitione alicuius poſſumus vti definitione generis loco generis. Primo ad inueſtigandum an in tali definitione ſit nugatio. Secundo vt ſimul cum aliquo alio addito illi definitioni, circumſcribamus propriam definiti dĩã, nobis aliunde ignotã. In definitione entis realis, cõiter tñ vtimur defõne loco gñis ꝑꝑ primũ; qa dĩæ entis realis, aut ſunt nobis notæ, aut circũloqui poſſunt a nobis per accidentia. 7. met. com. 41. & 8. methaph Commẽn. quinto. & hinc eſt quod non egemus definitione generis loco generis, ad circumſcribendum ſimul cũ aliquo alio, proprias differentias illorum entium. In definitionibus verò multorum entium rationis poſſumus propter vtrumque vti definitionibus generum loco ipſorum generum: quia ſæpè non ſunt impoſita nomina propriis differentiis eorum, nec etiam ſunt nobis nota aliqua accidentia, quibus vti poſſimus loco differentiæ.

de dĩib. gñe inq̃tum talia nihil p̃dicat̃ p ſe. Secundo notandum quod Io. Anglicus exponendo illud dictum doctoris (de differentibus genere inquantum talia nihil prædicatur per ſe) dicit duo. Primo dictum doctoris ſic eſſe intelligendum. De illis quæ in nullo genere conueniunt, ſcilicet nec generaliſſimo, nec medio, nec infimo, nihil prędicatur per ſe; cuiuſmodi ſunt homo, linea, albedo, & alia huiuſmodi, quorum vnio facit aggregationem per accidens.

Secundo dicit quod in hoc dicto doctoris innuitur implicitè ens eſſe æquiuocum ad decem prædicamenta, nec poſſe prædicari per ſe, nec in quid de ipſis, & contentis ſub eis. Contra primum dictum, quia non eſt uerum præciſe illud quod dicit Anglicus exponendo primum doctoris dictum: nam de conuenientibus in aliquo genere generaliſſimo, uel intermedio, ut eſt de ſubſtantia corporea, & incorporea, & de aĩali, ac planta, inquantum ſunt dĩa genere, nihil per ſe prædicatur, quia inquantũ gña nulli ſubiiciuntur: & hoc accipiendo ly inquantum reduplicatiuè. Falſum eſt ergo ꝙ tñ de dĩibus gñe, inquantum talia, i. de his quæ in nullo genere conueniunt, nihil poſſit prædicari per ſe: cum ẽt de his quæ conueniunt in aliquo genere, inq̃tũ ſunt dĩa genere, nihil poſſit prædicari per ſe. Contra ſm dictum Io. Anglici, nam ſi in hoc dicto Scoti innuitur ens eſſe æquiuocũ, ergo ſilr innuitur generaliſſimum eſſe æquiuocum. Patet conſequẽtia, nam ſicut ens ita gñaliſſimũ nõ põt p̃dicari de dĩibus gñe inq̃tum talia, ens s. n. ac gñaliſſimũ p̃dicat̃ de dĩibus genere, inquantum ſunt eius partes ſubiectiuę, at inquantum partes ſubiectiuę entis vel generaliſſimi non differunt genere.

Contra Io. Ang.

Contra Io. Ang.

Quid & quale an Dubium eſt an in quid & in quale ſint primi modi prædicandi. Videtur quod nõ nam

ſint primi modi prædicandi? nam de differentibus ſpecie,& de differenti bus numero ſunt priores modi prædicandi, non ergo in quid & in quale ſunt primi modi prædicandi. Antecedens probatur nam de differentibus ſpecie,& numero ſunt differentiæ prius diuidentes vniuerſale, q̃ in quid & in quale; quia aliter eſſet nugatio in definitione generis, præponeretur.n. differentia poſterior priori, cum in definitione generis prǽponatur de differentibus ſpecie ad ly in quid. Item ens prima ſui diuiſione diuiditur per quantũ & non quan tum,ſecundum Doctorem.q 5. quol. ergo prædicari per modum quanti & non quan ti ſunt primi modi prædicandi. Item tot ſunt primi modi prædicandi quot ſunt prima genera,vt colligimus à Philoſopho. 5. met.tex.Com.14.ſed decem ſunt prima genera, ergo decem ſunt primi modi prædicandi, non ergo in quid & in quale ſunt ſimpliciter primi modi prædicandi. Ad oppoſitum eſt Doctor hic,& ſupra.q.12.& infra.quæſt.19. vbi vult prædicari in quid & in quale eſſe primos modo prædicandi. Ad quod poteſt ſic argui,ſicut entitas vniuſcuiuſque præcedit vnitatem ac multitudinẽ, quia vnumquodque prius intelligitur eſſe ens,quam vnum vel multa,ita modus entitatis præcedit modum vnitatis vel multitudinis numeralis,aut ſpecificæ; ergo & modus prædicandi deſumptus à modo entitatis eſt prior modo prædicandi deſumpto à modo multitudinis, ſed prædicari in quid & in quale deſumitur à modo entitatis, cũ prædicari in quid ſit prædicari per modũ ſubſiſtentis,& prædicari in quale ſit prædicari per modum informantis; prædicari vero de differentibus ſpecie vel numero deſumitur à modo multitudinis: ergo modus prædicandi in quid vel in quale, eſt prior modo prædicandi, qui eſt de differentibus ſpecie,vel numero.

Mauritii reſp. Mauritius reſpondendo ad inſtantias, quas facit contra ſolutionem propriã Doctoris, Dicit, quod iſti modi prædicandi non ſubordinantur eſſentialiter in diuiden do vniuerſale, quia primo non ſunt differentiæ diuiſiuæ eiuſdem,nam cum in ratio ne vniuerſalis includantur duo,ſcilicet prædicabilitas, & pluralitas; differentiæ diuiſiuæ primi ſunt in quid & in quale, ſecundi autem ſunt differentibus ſpecie,& numero, & hinc eſt quod vnum indifferenter poteſt poni ſubdiuiſio alterius. Præponit tamen Doctor differentibus ſpecie ad ly in quid, in definitione generis,non quia de differen tibus numero, & ſpecie ſint primi modi prædicandi,ſed quia prius conueniunt prædicabili, cum reſpectus ad ſubiicibile prius conueniat vniuerſali; quàm in quid vel in quale,cum ſubiicibile ſit correlatiuum prædicabilis. Sed cum Mauritius non reddat rationem quare in quid & in quale ſint primi modi prædicandi, ideo mihi videtur eſſe dicendum. Reſpon. aucto.

Modus p̃dicãdi à quo ſumitur. Quod ſicut prædicari ſumitur à proprietate rei [vt de qualibet intentione dictum fuit ſupra quæſtione 4.] ita modus prædicandi ſumitur à modo proprietatis, ſeu à modo entitatis,cuius eſt illa proprietas. Cũ igitur duplex ſit proprietas, ſeu modus illius entitatis cui attribuitur modus prædicandi;nam quidam conuenit ei ratione ſui quidam uero ratione proprietatis illius ad quod refertur: idcirco modi prædicandi ſunt in duplici dñia, qm̃ quidã ſumunt̃ à modo entitatis illius,cuius eſt proprietas à qua ſumunt̃,quales ſunt in quid & in quale;à modo.n.eſsẽdi qui eſt ſubſtare,ſumit̃ p̃dicari in quid, qđ eſt p̃dicare eſsẽtiã ꝑ modũ eſsẽtiæ,ſeu ꝑ modũ ſubſiſtẽtis,vt ſup.q. 12 dictũ fuit, de quo ẽt inf.q.19. At à mõ eſſendi,qui eſt informare,ſumit̃ modus p̃dicandi in quale, qui eſt p̃dicari per modũ informãtis,ac denominãtis. Et notandum qđ ſubſtare & informare dñr cõuenire entitati rõne ſui, quia cõueniũt ei rõne qua talis,vel talis entitas. Quidã verò ſunt modi qui ſumunt̃ aut à proprietate illius ad qđ refert̃ entitas,cui attribuit̃ talis modus p̃dicãdi,aut à proprietate ſeu mõ illius entitatis cui attribuit̃ modus p̃dicãdi, cõſiderata tñ in habitudine ad proprietatẽ termini ad quẽ refert̃: & tales modi p̃dicandi ſunt de dr̃ib.ſpecie & numero: multitudo namque ſpecifica, & numeralis non eſt proprietas entitatis cui attribuitur prǽdicari de differẽ tibus ſpecie vel numero, ſed eſt proprietas illius ad quod refertur illa entitas, vt differre ſpecie vel numero non eſt proprietas animalis, ſed eorum quæ ſubiiciuntur animali,ad quæ refertur animal ut prædicabile. Vlterius dico,quod cum ordo intentionum nobis innoteſcat ex ordine fundamẽtorum,

torum, ſeu proprietatum à quibus deſumuntur, moduſque ſeu proprietas quæ ineſt rei ratione ſui ſit prior illa quæ ineſt ratione alterius, ſeu ratione habitudinis ad aliud; communicarique pluribus per modũ ſubſtantis vel denominantis ſeu informantis prius inſint animali, vel rationali, quàm communicari differentibus ſpecie aut numero, quia communicari per modum ſubſtantis vel informantis inſunt animali, ac homini vel rationali, ratione qua talis vel talis entitas: at communicari differentibus ſpecie vel numero non inſunt animali vel homini niſi ratione eorum quibus communicantur, ſeu non niſi in habitudine ad ea quibus communicantur, igitur in q̃d & in quale ſunt modi prædicandi priores differentibus ſpecie, & numero.

Verum tamen eſt, quod de differentibus ſpecie, & numero non ſunt differentiæ eſſentialiter ſubdiuidentes ipſum in quid: quia de differentibus ſpecie, & numero ſubdiuidunt ne dum ipſum in quid, ſed etiam in quale, quæ ſunt differentiæ diſparatæ vniuerſalis, at differentiæ ſubdiuidentes eſſentialiter vnam differentiam, ſeu vnum genus, nõ ſubdiuidunt eſſentialiter aliud genus diſparatum: nam diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecies ac differentiæ. Niſi fortè dicas hoc eſſe verum in ente reali, non autem in ente rationis.

Ex his patet quid dicendum eſt ad primum argumentum, nulla enim eſt nugatio in hac definitione generis, quia non præponitur differentia poſterior eſſentialiter priori: non enim in quid ſubdiuiditur eſſentialiter per differentibus ſpecie & numero. Et ſi quæras per quid ergo ſubdiuiditur ipſum in quid eſſentialiter?

Fortè poteſt dici quod ſubdiuiditur per prædicare totam eſſentiam & partem eſſentiæ: cum enim prædicari in quid ſit prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ, vel ergo prædicat totam eſſentiam per modum eſſentiæ, & ſic eſt ſpecies; vel partem eſſentiæ per modum eſſentiæ, & ſic eſt genus.

Imo dato etiam quòd differentibus ſpecie, & numero eſſent differentiæ eſſentialiter ſubdiuidentes in quid, non tamen videtur aſſignationem eſſe in definitione generis, præponendo differentibus ſpecie ad ly in quod, quia idem bis non poneretur.

Cuius ratio eſt, quia licet quæ reponuntur in recta linea prædicamentali ſe habeãt per modum per ſe includentis, & incluſi, quoniam inferius in recta linea prædicamentali per ſe includit ſuum ſuperius, & ideo addendo ſuperius inferiori, idem bis ponitur. (Q̃uo nõ eſt nugatio addẽdo dr̃iã ſuperiorem inferiori,)

Tamen quæ lateraliter ordinantur tantum ſe habent per modum ſubdiuidentis, & ſubdiuiſi, ſeu per modum ordinatè diuidentium aliquod tertium: cum igitur non ſe habeant per modum includentis, & incluſi, ideo nullam videtur eſſe nugationem addendo differentiam ſuperiorem inferiori. Sed de hoc in fine huius quæſtionis.

Ad ſecundum dici poteſt, quòd ens poteſt diuidi per quidditates, per modos intrinſecos, & per paſſiones. (Ens põt diuerſimode diuidi.)

Exemplum primi eſt diuidendo ens per ſubſtantiam, & accidens, per quid & quale, accipiendo quid pro quidditate, & quale pro modo. Exemplum ſecundi eſt diuidendo ens per quantum & non quantum, per neceſſarium, & contingens. Exemplum tertij eſt diuidendo ipſum per vnum & multa. Modo & ſi diuiſio entis per quantum, & non quantum ſit prima diuiſio entis; non tamen eſt ſimpliciter prima: quia diuiſio per quidditates eſt prior, cum quidditas ſit intimior modo intrinſeco. (Diuiſio entis p̃ q̃tũ & ñ q̃tũ nõ eſt ſimpliciter prima.)

Dicit tamen Doctor diuiſionem entis per quantum & non quantum eſſe primã, comparando ipſam ad alias diuiſiones entis, quæ fiunt per modos intrinſecos, & per paſſiones. Vel aliter dici poteſt, quòd quamuis ens prima ſui diuiſione diuidatur per quantum & non quantum, non tamen ſequitur primos modos prædicandi eſſe prædicari per modum quanti, & non quanti, quia ſicut eſt ſermo de prædicari limitato, ita quoque eſt ſermo de modis prædicandi limitatis; quales non ſunt prædicari per modum quanti, & non quanti.

Aliter etiam dico, quòd nec ab omnibus modis eſſendi, nec à diuidentibus ens, vel ſubſtantiam, aut aliud prædicamentum, ſumuntur primi modi prædicandi: quia aliter primi modi prædicandi ſubſtantiæ eſſent prædicari per modum corporei, vel incorporei; cum ſubſtantia diuidatur per corporeum, & incorporeum: ſed ſumuntur à modis

dis eſſendi qui ſunt ſubſtare, & informare, cum igitur quantum & non quantum nō ſint tales modi eſſendi, ideo non ſequitur, quòd prædicari per modum quanti & non quanti ſint primi modi prædicandi, imo verè non ſunt modi prædicandi, vt de eis hic loquimur.

Ad illud de quinto metaphy. dico, quod Philoſophus non vult ibi habere, quòd tot ſint primi modi prædicandi, quot ſunt prima genera; ſed vult habere (vt exponit Cōmen. & Scotus) quòd ens dicitur ſecundum numerum, ſecundum quem dicuntur prædicamenta.

Arg. 1. prin. Contra iam determinatam quæſtionem arguit Doctor ſex rationibus, quibus probat generis definitionem non eſſe conuenienter aſſignatam, & primo arguit ſic. In omni bona definitione accidentis debet poni ſubſtantia, aut aliquid pertinens ad ſubſtantiam, at in hac definitione generis nec ponitur ſubſtantia, nec aliquid pertinens ad ſubſtantiam, ergo iſta definitio generis non eſt bona ſeu conuenienter data. Minor patet. Maior eſt Ariſt. 7. met. tex. Com. 4. vbi probando ſubſtantiam eſſe priorem definitione accidentibus ait. Neceſſe eſt enim in cuiuſque ratione ineſſe rationem ſubſtantiæ.

Reſp. ad 1. princ. Doctor dat duas reſponſiones. Secunda ibi. Aliter dici poteſt &c. Prima reſponſio eſt negando maiorem vniuerſaliter, nam ſolummodo eſt vera de accidentibus copulatis, de quibus intelligendus eſt Philoſophus vbi ſupra.

Sunt autem accidentia copulata quę ſibi determinant ſubiecta. 7. met. tex. Comm. 17. & 19. cum igitur intentiones non determinent ſibi rem alicuius generis, cum vniuocè applicentur omnibus, ideo non ſunt accidentia copulata: nec ex conſequenti eſt neceſſe ponere ſubſtantiam in intentionū definitione. Notandum quod iſta reſponſio eſt Auerr. 7. met. tex. Com. 17. vbi vult, quod in definitione accidentium eſſentialium, ſeu copulatorum [puta ſimitatis, gibboſitatis, & ſimilium] ponatur ſubiectum. Et ratio Commen. eſt quia talia accidentia ſignificant ne dum ipſum accidens, ſed etiā ſubiectum dicit enim, quod ſimitas ſignificat naſum & concauitatem.

Quæ accidentia definiū tur per ſubam.

Sed hic eſt difficultas an dictum Ariſto. [quod ſcilicet, accidens definitur per ſubſtantiam] verum ſit tantum de accidente copulato, an verò de quocunque accidente. Et videtur ſolummodo intelligendum eſſe de accidente copulato, vt hic dicit Doctor. Et Auerr. vbi ſupra, & 2. cœli Comm. 40. dicit hanc eſſe conditionem accidentium eſſentialium, vt cognitio eorum ſequatur cognitionem ſubſtantiæ. Imo. 7. met. text. Com. 18. vult accidentia per accidens omnino non habere definitionem.

Accidēs quodlibet an p ſubam definiūtur?

Ad oppoſitum tamen eſt auctoritas Ariſto. 7. met. tex. Com. 4. vbi videtur loqui de quolibet accidente, ibi enim intendit probare ſubſtantiam eſſe priorem quolibet accidente, per hoc quod cadit in definitione accidentis, modo ſi hoc non eſſet verum de quolibet accidente, quod ſcilicet, ſubſtantia ponatur in eius definitione, tunc non poſſet Philoſophus concludere vniuerſaliter ſubſtantiam eſſe priorem quolibet accidente. Etiam Alexan. Aphro. 6. met. tex Commen. 2. dicit Philoſophum velle in progreſſu ſermonis, quòd ſi albedo, & huiuſmodi accidentia accuratius definiantur, ſubſtantia in eorum definitione aſſumatur.

Ad hoc idem eſt Doctor in 4 d. 12. q. 1. vbi videtur velle, quod accidens definiatur per additum. Vide ad hoc idem Doctorē infra. q. 32. ſoluendo quartum principale. Ad hanc difficultatem reſpondeo præponendo duas diſtinctiones, quarum prima eſt. Quod aliquod accidens poteſt dici copulatum aut propriè, aut appropriatè. Propriè quodlibet accidens reale poteſt dici copulatum, quia cum eſſe in copulatione ſit eſſe in reſpectu ad aliquid determinati generis, ſeu ad aliquod determinatum genus, & quodlibet accidens reale habeat reſpectum ſaltem aptitudinalem, ad ſubſtantiā [& dico notanter aptitudinalem propter accidentia in ſacramento altaris] ideo propriè quodlibet accidens reale eſt copulatū. Et dico notanter reale, quia accidens intentionale, cum non habeat reſpectum ad aliquid determinati generis, nec ad aliquod vnum genus, non poteſt dici accidens copulatum.

Accidēs copulatū quid & quotupliciter dicatur.

Intētio quare ñ eſt accidens copulatū.

Appropriatè verò tantum illud accidens dicitur copulatum; quod vel habet ſubiectum ſpeciale determinatum, quod ſtatim dat intelligere, vt ſimum: vel exprimuntur

cum

Defini-tio du-plex.

cum ſubiecto, vt naſus ſimus, homo albus, & cætera huiuſmodi. Secunda diſtinctio eſt quod duplex eſt definitio, vt ſæpius di-ctum eſt, alia eſt mere quidditatiua, alia quietatiua.

In defi-nitione quiddi-tatiua ac cidẽtis ñ ponitur ſub̃a.

His ſuppoſitis dico, quod nullum acci-dens (quomodocunq; dicatur copulatum) definitur definitione mere quidditatiua ꝑ ſubſtantiam: nam accidentium ſubiecta ſunt alia à naturis eorum. 7. met. tex. Com. 13. & ex conſequenti verè nequeunt dici genera, aut differentiæ ipſorum acciden-tium. Loquendo verò de accidentibus, quæ dicuntur appropriatè copulata, ſic cer tum eſt quod in eorũ definitionibus quie-tatiuis debet poni ſubiectum, & maximè ſi talia accidentia exprimuntur cum ſubiecto; & ratio huius eſt [vt dicit Commen. 7. met. quia ſignificant nedum accidens, ſed etiã ſubiectum. Si verò ſit ſermo de definitio ne quietatiua accidentium, quæ propriè di cuntur copulata, ſic dico quod in tali defi-nitione debet poni ſubſtantia vt dicit Ale-xan. vbi ſupra.

Sub̃a quare ponĩt in defini-tione cu iuslibet acciden-tis?

Et ſi quæras quare ſubſtantia ponitur in definitione accidentis realis? Dicitur à D. Tho. prima ſecundæ. q. 53. art. 2. & alibi hoc ideo eſſe, quia quomodocunq; ſignifi-cetur accidens, ſemper habet dependentiam ad ſubiectum ſecundum ſuam rationem. At Scotus. 4. d. 12. q. 1. vult quod dependen tia non ſit cauſa, quare terminus depen-dentiæ ponatur, ſeu addatur in definitione fundamenti dependentis, quia tunc Deus magis poneretur in definitione cuiuſcun-que creati, quàm ſubſtantia in accidentis definitione. Sed cauſa eſt, quia nulla for-ma poteſt habere conceptum perfectum, quietatiuum, niſi cointelligatur illud cuius eſt forma, definitio autem quietatiua expri mit conceptum perfectum definiti.

Et propter hoc ibidem vult Doctor, qđ

Sub̃alis forma definiẽ per addi tamẽtũ.

forma ſubſtantialis definiatur per additio-nem. Verum tamen eſt quod non eſt ſimi-lis additio in definitione formæ ſubſtan-tialis, & accidentalis.

Quia in definitione formæ accidentalis additur aliquid, cum quo ipſa forma non facit per ſe vnum, nec cuius eſt pars per ſe: ſed in definitione formæ ſubſtantialis addi tur aliquid, quod facit vnum per ſe cum ip ſa forma, vel cuius ipſa eſt per ſe pars.

Ex his patet, quid dicendum ad ea quæ obiiciuntur, nam hic Doctor loquitur de accidentibus quæ propriè dicuntur copula ta. Vel dicas quod hic loquitur communi ter, vt patet per ly dicitur. Ad illud Auerr. 2. cœli dico, quòd ibi non dicit ſubſtantiã tantum poni in definitione accidentium eſſentialium, ſed dicit quod cum ſubſtantię rerum fuerint cognitæ, cognoſcuntur acci dentia eſſentialia contingentia eis. Ad il-lud. 7. met. reſpondet Zimara in contradi-ctionibus, aitque accidentia per accidens omnino non habere definitionem, quæ vi delicet habeat habitudinem per ſe & eſſen-tialem. Vel aliter dicit accidentia per acci-dens non habere definitionem in compara tione ad ſubiecta quibus per accidens attri buuntur, ſecus verò eſt in comparatione ad ſubiecta eſſentialia ad quæ conſequuntur.

Intẽtio an vni uoca oĩ-bus.

Ibi. Contra ſi paſſio, &c. Obiicit Doctor contra id quod dictum fuit, quod ſcilicet, intentiones non ſunt accidentia copulata, quia vniuocè applicantur omnibus. Obii-cit autem inferendo idem inconueniens duobus mediis, videlicet quod ſubiectum eſſet vniuocum.

Ex primo medio ſic arguitur. Si paſſio vniuoca, & ſubiectum per Ariſt. 1. poſter. & primo tex. 39. igitur ſi intentio eſt vniuoca in multis generibus, & ſubiectum eius erit vniuocum; quod tamen non videtur verũ.

Ex ſecundo medio ſic arguitur. Si actus eſt vniuocus, & potentia ſimiliter erit vni-uoca, ſed actus, ſcilicet intentio, eſt vniuoca omnibus generib. ergo omnia genera, quæ ſunt in potentia ſubiectiua ad intentionem vniuocantur: cõcluſio falſa, ergo altera præ miſſarum, non maior quia potentia per ſe ordinatur ad actum, igitur minor.

Et ſi dicas maiorem eſſe veram de poten tia per ſe, quia talis per ſe ordinatur ad a-ctum; falſa autem de potentia per accidens qualis eſt potentia rei ad intentionem. Cõ-tra quia ſubiectum eſt in potentia ad acci-dens ſicut materia ad formam, cum accidẽs non habeat aliam materiam, niſi materiam in qua, at materia per ſe ordinatur ad actũ, igitur ſimiliter & ſubiectum.

Ibi. Dici poteſt, &c. Reſpondet ad pri-mam inſtantiam, & ait, quod propoſitio Ariſt. eſt vera de paſſione reali, quæ egredi-tur ex principiis ſubiecti, talis enim eſt de-

monſtra-

monſtrabilis de ſubiecto: modo intentio nec eſt paſſio realis, nec egreditur à principijs ſubiecti, cum ſit effectiuè ab intellectu. Notandum, quòd ad cauſandam paſſionē realem, quæ egreditur à principiis ſubiecti nullo modo concurrit intellectus, ad cauſandam verò intentionem concurrit intellectus, & ideo intentio non eſt paſſio realis egrediens à principiis ſubiecti. Notandum etiam Doctorem addidiſſe, quæ egreditur, &c. Propter qualitatem, quæ quandoque vocatur paſſio realis, non tamen egreditur à principiis ſpecificis ſubiecti, vt in ſequentibus videbimus.

Potētia eſt vniuoca ſi actus eſt vniuoc.

Ibi. Per hoc idem, &c. Reſpondet ad aliam inſtantiam dicitque maiorem eſſe veram de potentia per ſe ordinata ad actum, cuiuſmodi potentia non eſt in ſubiecto intentionis ad ipſam intentionem: potentia enim per ſe ordinata ad actum, eſt potentia rei ſecundum naturam, ideſt ineſt rei ex natura rei, ſed potentia ſubiecti intentionis eſt potentia rei vt conſideratur à ratione. Ad illud autem, quod dicebatur, ſubiectum eſſe in potentia ad accidens, ſicut materia ad formam. Dico, quod ſi ſimilitudo attēditur quantum ad potentiam, vera eſt propoſitio, ſi autem attendatur, quantum ad modum potentiæ eſt falſa. Ad formam argumenti dicendum, quòd cōmittit fallaciā figuræ dictionis, commutando potentiam in modum potentiæ.

Ibi. Contra ſi nulla, &c. Iterum obiicit oſtendendo nullam eſſe vniuocationem in intentionibus, niſi ſit in re, & ratio ſic debet erigi. Si in hac re, & illa nulla eſt vnitas, & in intentione eſt vnitas vniuocationis, ergo intentio eſt figmentum, conſequens eſt falſum, quia tunc logica non eſſet ſcientia, igitur & antecedens.

Conſequentia probatur, quia ſicut per Boetium in libello de vnitate & vno, quod non eſt vnum nihil eſt, ita quod eſt vnum, & accipitur ab alio, & non ab aliquo vno, à nullo accipitur, & per conſequens eſt figmentum, igitur ſi in hac & illa re nulla eſt vnitas, & in intentione dicamus eſſe vnitatem vniuocationis, intentio à nullo accipitur, & ita erit figmentum.

Mauritius ſic format hanc rationem, quia ſicut entitas ſecundarum intentionū præſupponit entitatem primarum, ita vnitas præſupponit vnitatem.

Magis tamen conforme literæ Doctoris eſt, formare rationem, vt ego eam erexi: pōdera literam, & videbis eſſe verum.

Ibi. Dicitur, quòd aliqua &c. Reſponſio eſt concedendo conſequentiam. Verum tamen eſt, quod intentio vniuoca accipitur ab aliqua re quæ eſt vna, non equidem vnitate vniuocationis, ſed vnitate proportionis, talis enim vnitas ſufficit in re. Hoc idē habes infra. q 19.

Ibi. Contra vnitas, &c. Obiicit oſtendēdo vnitatem vniuocationis non poſſe accipi ab vnitate proportionis, quia maior vnitas non poteſt accipi à minori, quia nihil dat quod non habet, at vnitas vniuocationis eſt maior vnitate ꝓportionis, ergo, &c.

Reſponſio eſt, quod maiorem vnitatem accipi à minori poteſt intelligi dupliciter. Vno modo completè & totaliter ſeu magis principaliter, alio modo incomplete, & occaſionaliter ſeu minus principaliter.

Primo modo verum eſt, quod maior vnitas non poteſt accipi à minori.

Maior vnitas quō pōt accipi à minori vnitate.

Secundo modo eſt falſum. Et hoc idem dicit Doctor. 3. quæſt. prædicam. reſpondendo ad tertium principale, ac etiam alibi. Notandum, quod quamuis ſit inconueniens aſſerere cauſam æquiuocam totalem, vel æquiuocam magis principalem eſſe imperfectiorem effectu; nullum tamen inconueniens eſt dicere cauſam æquiuocam partialem, & minus principalem eſſe imperfectiorem ſuo effectu, albedo enim eſt imperfectior notitia intellectiua cauſata ab ipſa albedine.

Ibi. Aliter poteſt concedi, &c. Mauritius & Sarnanus volunt hanc reſponſionem eſſe ad illam replicam, quæ concludit intentionem ac eius vnitatem eſſe figmentum, quæ incipit ibi. Contra ſi nulla. &c.

Mihi autem potius videtur, quod hic ſimul reſpondeat ad illas duas replicas, quæ concludunt ſubiectum eſſe vniuocum, ſi intentio eſt vniuoca. Et incipiunt ibi. Contra ſi paſſio, &c. In præcedentibus igitur reſpōſionibus defendit Doctor intentionem eſſe vniuocam, dato etiam quod eius ſubiectū non ſit vniuocum. Hic autem declarat quo modo intentionis ſubiectum eſt vniuocū. Aitque quod aliquam rem dici vniuocam poteſt intelligi dupliciter.

Vno

Vno modo ex ſe & abſolutè , Alio modo in reſpectu ad intellectum.

Primo modo nihil eſt vniuocum diuerſis generibus, quia nulla eadem res eſt in diuerſis generibus . Secundo vero modo aliquid poteſt dici vniuocum diuerſis prædicamentis, quia res quæ dicitur eadem ſecundo modo (vt ſcilicet cōſideratur à ratione) poteſt eſſe in diuerſis prædicamentis. Modo cum res ſit ſubiectum intentionis vt cōſideratur à ratione , & vt ſic conſiderata ſit vniuoca , ideo ſubiectum intentionis erit vniuocum .

Notandum, quod tenendo ens eſſe æquiuocum , vt hic Doctor tenet inſequendo communem modum dicendi [quod ſæpè facit in his logicalibus] Tunc dicendum eſt, quod nulla res quę dicitur eadem abſolutè ſeu quidditatiuè poteſt eſſe in diuerſis prædicamentis, quia nihil quidditatiuè dicitur de diuerſis prædicamentis : hic enim accipio eſſe in, pro eſſe ſuperioris in inferiori. Quoniam tamen aliquæ res [quæ non ſunt eædem abſolutè] vt conſiderantur ab intellectu , poſſunt dici eadem res ; & hoc quia proprietas ſecundum quam apprehenduntur eſt eadem ; ideo res diuerſorum generum non ſubalternatim poſitorum , ſeu diuerſorum prædicamentorum, poſſunt dici eadem res, & vniuoca vniuocata, vniuocantur enim in illa proprietate ſecundum, quam apprehenduntur.

Exemplum eſt de animali, & colore, quā uis enim abſolutè, & quidditatiuè non dicantur idem , quia ponendo ens eſſe æquiuocum, in nullo quidditatiuè conueniunt; tamen vt conſiderantur ab intellectu , inquantum poſſunt communicari multis ſpeciebus, dicuntur eſſe idem , quia amborum eſt eadem ratio.

Literæ expoſitio. Hoc notato ſic exponatur litera . Quia licet nulla eadem res [ideſt nulla res quæ dicatur eadem abſolutè , & quidditatiuè] ſit in diuerſis generibus [ideſt dicatur de diuerſis generibus non ſubalternis, hic enim accipitur eſſe in pro eſſe ſuperioris in inferiori] poteſt, tamen [res quæ eſt in diuerſis generibus non ſubalternis] eſſe eadem , & vniuoca] ſecundum , quod conſideratur à ratione, ideſt ratione proprietatis ſecundū , quam apprehenditur ab intellectu.

Alia reſpon. ad 1. prin. Ibi. Aliter dici poteſt , &c. Ponit ſecundam reſponſionem ad primum principale. In qua vult habere illud primum aſſumptum [ſcilicet quod accidens definitur per ſubſtantiam] eſſe verum de accidente reali , non autem de intentionali : & ratio huius eſt , quia cum modus definiendi ſequatur modum eſſendi , accidenſque reale habeat ſuum eſſe à ſubſtantia, quæ ponitur eius ſubiectum , quod non eſt verum de accidente intentionali, ideo tantum accidens reale, & non intentionale, debet definiri per ſubſtantiam, ſeu per eius ſubiectum. Hic Doctor vt vides vult accidētia definiri per ſubſtantiam, quia effectiuè dependent ab ipſa.

Contradictionis dilutio. Accidētia an definiant̄ p ſubſtātiā quia effectiuè ſint ab ipſa. At in 4.d.12.q.1. hoc expreſſe negat, dicit enim nec identitatem, vel non identitatem reſpectus ad fundamentum, nec dependentiam eſſentialem eſſe cauſam, quare terminus reſpectus ſeu dependentiæ cadat vt additum in definitione alicuius, quia tunc Deus magis poneretur in definitione cuiuſcunque entis creati, quam ſubſtantia in definitione accidentis , cum eſſentialior ſit dependentia entis creati ad Deum , quàm accidentis ad ſubſtantiam.

Item ſi hæc eſſet cauſa præciſa quare aliquid definiatur per ſubiectum , quia ſcilicet effectiuè eſt ab ipſo, igitur forma ſubſtātialis non debet definiri per materiam, quia materia non eſt cauſa efficiens , cum non coincidat cum aliis cauſis. 2.phy.tex.Com. 70.& tamen Philoſophus 2. de anima tex. Com.6. definit animam per corpus.

Item tunc in definitione luminis non poneretur ſubiectum, quia lumen non eſt effectiuè à ſubiecto in quo eſt, quod tamen non videtur eſſe dicendum , ſi omne accidens definitur per ſubiectum.

Dico, quod triplex poteſt aſſignari ratio quare accidens per ſubiectum definitur. Vna per ſe & principalis.

Triplex rō quare accñs p ſubiectū definitur. Alia per ſe & minus principalis. Et alia per accidens & concomitans. Ratio per ſe & principalis eſt vt habeatur conceptus perfectus quietans intellectum. Ratio per ſe & minus principalis eſt, quia accidentia in ratione actus neceſſario aptitudinaliter dependent ad ſubſtantiam , ſumptam ſecundum eius eſſe reale , & hoc immediatè vel mediatè .

Et dico notanter aptitudinaliter . quia accidens non neceſſario eſt actualiter in ſubiecto,

biecto,vt patet ex. 12 d.4. An verò hoc ſit de mente Ariſt. Vide verbum. 7. met.q.2. Dico vlterius ſecundum eius eſſe reale, qa licet intentiones poſſint fundari in ſubſtantia, non tamen niſi vt habet eſſe cognitum. Dico vltimo immediatè,vel mediatè,quia non omnia accidentia immediatè recipiuntur in ſubſtantia,vt patet de albedine;& de aliis huiuſmodi accidentibus quæ non niſi mediante quantitate recipiuntur in ſubſtantiam.

Ratio per accidens & concomitans eſt eſſe effectiuè à principiis ſubiecti, & hoc vel formalibus, ſicut eſt de paſſione, quæ cauſatur à principiis ſpecificis: vel materialibus ſicut eſt de albedine, & de aliis accidentibus communibus, quæ conſequuntur principia indiuidui, puta elementa ſic vel ſic mixta.

Et notandum, quod hæc ratio dicitur accidentalis, quia accidit ſubiecto inquantum ponitur vt additum in definitione, quod ſit cauſa effectiua definiti: quia aliter quicquid ponitur vt additum in definitione, eſſet cauſa effectiua definiti: quod patet eſſe falſum, nam corpus ponitur in definitione animæ, cuius tamen non eſt cauſa effectiua. Per hæc ad contradictionem patet quid ſit dicendum, nam Doctor in 4. negat dependentiam eſſe cauſam per ſe & principalem quare ſubiectum ponatur in definitione accidentis: hic verò aſſignat cauſam per accidens,& concomitantem.

Et ſi quæras quare Doctor hic aſſignat talem cauſam,& non cauſam per ſe? Dico quod hoc ideo fecit,quia hæc eſt notior,& famoſior. Ad aliud de forma ſubſtantiali patet per idem: hæc enim non ponitur cauſa præciſa nec per ſe.

Ad tertium poteſt dici, quod cum dicimus accidens definiri per ſubiectum, eſt ſermo de accidente,quod eſt res,modo lumen non eſt res, ſed eſt intentio, ſiue ſpecies ſenſibilis lucis, vt dicit Doctor in 2. d. 13. Vel aliter dicas quod cum hæc non ſit cauſa per ſe, & præciſa, ideo non ſequitur hoc accidens non eſt effectiuè à ſubiecto, igitur non definitur per ſubiectum.

2. Arg. princ. Secundo principaliter arguit ſic. Nullum concretum definitur, ſed genus eſt cõcretum,ergo genus non definitur. Minor patet ex præcedenti quæſtione. Maior probatur dupliciter. Primo ſic, quæcunque verè definiuntur habent, quod quid eſt idem ſibi,ſed nullum concretum ſaltem accidentale, habet, quod quid eſt idem ſibi,ergo nullum concretum definitur. Maior & minor huius pro ſyllogiſmi habetur ab Ariſt.7.met.tex.Comment. 20. & 21.vbi habet hæc verba.

Quod autem ſecundum accidens dicitur vt muſicum, aut album, propterea quod duplex ſignificat, non eſt verum dicere, quod idem ſit quicquid erat eſſe, & ipſum. Secundo probatur eadem maior ſic. Quicquid definitur eſt in genere, at nullum concretum eſt in genere,ergo,&c.

Maior patet,quia definitio conſtat ex genere,& differentia.

Minor probatur per Philoſophum. 3. Top.cap.primo, vbi dicit, quod magis eſt eligendum,quod eſt in genere,quam quod non eſt in genere,vt iuſtitia iuſto, igitur iuſtum[quod eſt concretum]non eſt in genere ſecundum mentem Ariſt.

Reſponſio eſt negando maiorem. Ad primam probationem dicit, quod Philoſophus,7. met. vocat dicta per accidens concreta aggregantia in ſe diuerſas naturas, & ita accipit ibi muſicum & album, non pro formali,nec pro materiali, ſed pro aggregato, & hoc ibidem expreſſe dicit Commen. com.21. Reſp ad 2. argu. prin.

Quod autem Philoſophus ibi loquatur de concretis pro aggregato ſumptis, Doctor dupliciter probat. Primo quia in principio illius cap.5.exemplificat de illis, igitur omnia poſterius dicta ſunt intelligenda de huiuſmodi concretis. In principio enim illius cap. parum poſt initium, habet hæc verba. De his igitur, quæ ſecundum accidens dicuntur, videri poſſit aliud, vt puta albus homo aliud eſt, & albo homini eſſe. Secundo probat Philoſophum loqui de tali concreto, quia concretum pro formali, vel pro materiali ſumptum,non ſignificat duo,at dictum per accidens ſeu concretum de quo ibi loquitur Philoſophus,duo ſignificat,vt patet tex Com.21.ergo,&c.

Ad aliam probationem maioris dat duas reſponſiones.

Prima eſt quod duplex eſt genus ſcilicet virtutis,& genus prædicabile. Genus virtutis[ideſt genus quod eſt virtus]eſt quod fa- Genus virtutis.

cit

cit habentem bonum, vt ait Philoſophus. Eth. cap. 6. vbi in initio habet hæc verba. Dicendum eſt igitur omnem virtutem, & ipſum id cuius eſt virtus, benè affectum reddere, & opus eius bene efficere.

Virtus reddit habentē bonum.

Et primo Rhet. cap. 6. habet hæc verba. Quin etiam virtutes bonum eſſe neceſſe eſt, quia ex his & benè, afficiuntur, qui præditi ſunt, & ipſæ bona efficiendi, atque agendi vim habent.

Virtus dupliciter.

Et notandum, quod Philoſ. in illis locis loquitur de virtute generaliter ſumpta pro perfectione, & non pro habitu morali, ſicut patet ex exemplis ſuis, nam virtus oculi, & equi, de quibus exemplificat, non ſunt virtutes morales.

Genus vero prædicabile eſt quod definitur à Porphy. Dicit igitur Doctor Philoſophum. 3. Top. loqui de genere virtutis, cum dicit iuſtitiam eſſe in genere, eſt namque iuſtitia virtus quædam, quæ reddit habentē bonum. Quod cum non ſit verum de homine, ideo homo non reponitur in tali genere. Et notandum, quòd hæc reſponſio verè eſt de mente Ariſt. Vide expoſitionem Auerro. & Alexandri.

Eſſe in genere cōtingit dupliciter.

Ibi. Vel alter, quod &c. Ponit aliam reſponſionem ad eandem probationem maioris, quæ eſt quòd aliquid eſſe in genere poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quod ſit in genere per ſe & ſimpliciter. Alio modo per ſe, & reductiuè. Illa dicuntur eſſe in genere primo modo, quæ ex ratione ſua propria coordinantur in recta linea prædicamentali.

Quę ſūt in genere ꝑ ſe ſimpl'r, & per ſe reductiuè.

Illa vero dicuntur eſſe in genere ſecundo modo, quæ coordinantur in recta linea prædicamentali ratione alterius. Abſtracta accidentalia, quæ media abſtractione ſunt abſtracta, ſunt in genere primo modo, vt patet de albedine, & colore, de iuſtitia, & virtute. Accidentia vero in concreto ſumpta ſunt in genere ſecundo modo, vt patet de albo, & colorato, de iuſto & virtuoſo. Negat igitur Philoſophus. 3. Top. iuſtum eſſe in genere primo modo, quod tamen affirmat de iuſtitia.

Literæ expoſitio.

Ex his patet litera. Pro iunioribus tamē illam aliqualiter expono. Dicit ergo, quod generaliſſima accidentium ſunt abſtracta (media abſtractione) & in illis, per ſe non ſunt niſi abſtracta (ideſt ſub illis non coordinantur) per ſe ſicut ſuperius, & inferius, niſi quæ ſimiliter ſunt abſtracta. Vnde eſſe in aliquo genere generaliſſimo eſt ordinari in recta linea prædicamentali ſub tali generaliſſimo, ſcilicet quæ recipiunt per ſe prædicationem ipſorum [cum enim abſtractum non poſſit prædicari de cōcreto, ideo concreta non poſſunt ordinari ſicut ſuperius, & inferius ſub generaliſſimo abſtracto] Tamen concreta inter ſe ſunt in genere per ſe, quia inter ſe, ſe habent ſicut ſuperius, & inferius, quod ſufficit ad hoc vt definiantur [& conſequenter ad hoc vt ſint ꝑ ſe in genere, quia quod non eſt per ſe in genere, non poteſt definiri, cum definitio cōſtet ex genere, & differentia] ſed ſimpliciter loquendo [ideſt reuera, ſumitur enim quandoque ſimpliciter vt idem eſt, quòd re vera ſic etenim accipitur à Philoſopho in prædicam. cap. de ſubſtantia, circa finem] nō ſunt in genere [concreta] niſi per reductionem; quia non ſunt in aliquo prædicamento, niſi quia coordinatio concretorum reducitur ad coordinationem abſtractorum.

Cōcretū accidentale an ſit per ſe in genere?

Hic ſunt duæ difficultates. Prima eſt, vtrum concretum accidentale ſit per ſe in genere? Secunda eſt vtrum ſit in eodem genere in quo eſt abſtractum. Ad negatiuam primæ difficultatis arguitur ſic. Quæcunq; ſunt per ſe in aliquo genere ſunt incomplexa, ex anteprædicamentis cap. vltimo, ſed concreta accidentalia non ſunt incomplexa, ergo, &c.

Minor patet, quia concretum ſignificat formam & ſubiectum. Item ſi concreta accidentium per ſe ſunt in genere, ergo ſunt decem, & octo generaliſſima accidentium, ſcilicet nouem concretorum, & nouem abſtractorum.

Conſequentia probatur, nam concreta accidentium inter ſe diſponunt ſecundum ſub & ſupra, nec eſt procedere in infinitum igitur datur aliquod primum in concretis accidentium, quod cum non contineatur ſub generaliſſimo abſtractorum, erit generaliſſimum, & ita quot ſunt generaliſſima abſtractorum, tot ſunt generaliſſima concretorum.

Ad oppoſitum arguo ſic. Omne prædicatum vniuocum in quid, quod eſt in plus ſubiecto eſt genus. 4. Top. & ſi non habet aliud ſupraueniens genus, eſt generaliſſimū

per

per Porphy. ſed in concretis cuiuslibet accidentis eſt aliquod vnum prædicatum vniuocũm dictum in quid de aliis concretis eiuſdem prædicamenti, quod eſt in plus aliis, nec habet aliquod genus ſupraueniēs ergo in concretis accidentium dantur quædam generaliſſima. Exemplum eſt de quanto in prædicamento quantitatis, & de quali in prædicamento qualitatis, & de relatiuo in prædicamento ad aliquid, & ſic de aliis. Ad negatiuam alterius difficultatis arguitur ſic. Subiectum, & forma accidentalis ſunt diuerſorum prædicamentorum, ſed concretum accidentale ſignificat ſubiectum, & abſtractum formam, ſeu ipſum accidens, ergo concretum & abſtractum non ſunt in eodem prædicamento.

Concretum & abſtractũ an ſint in eodē p̄dicamēto?

Ad oppoſitum arguo ſic. Termini ſunt in prædicamento quoad ſignificata formalia, & non quoad materialia, & ideo quorum eſt idem ſignificatũ formale, illa ſunt in eodem prædicamento. Sed concretum, & abſtractum accidentale habent idem ſignificatum formale, ergo reponunt in eodem prædicamento. Confirmatur: nam identitas & diſtinctio prædicamentorum ſumitur ex identitate vel diſtinctionę eſſentiarum, cum igitur concreta ſint per ſe in prædicamento, & non ſignificent aliam eſſentiam ab ea quam ſignificant eorum abſtracta, ergo concreta, & abſtracta ſunt in eodem prædicamento.

Ad has difficultates reſpondeo, præponendo duas concluſiones. Quarum prima eſt, quod concretum accidentale de ſuo ſignificato ſimul non importat ſubiectum & formā, nec importat ſubiectum, ſed importat ipſam formam, ex quo ſequitur cōcretum & abſtractum idem importare de ſuo ſignificato.

Cōcretũ accidentale nō importat ſimul ſubiectũ, & formam.

Prima pars huius concluſionis probatur nam aliter ſequeretur nomen concreti accidentalis non eſſe magis vnum, quam hoc nomen Ilias, quod ſignificat hiſtoriam Troianam.

Imo nomen concreti accidentalis eſſet æquiuocum, quod maximè patet ponendo ens eſſe æquiuocum, quia tunc tale nomen non importaret aliquem vnum conceptum vniuocum ſubiecto & accidenti; ſed hoc eſt falſum, quia tunc non poſſet aſſignari cōtradictoria propoſitionis in qua ſubiicitur concretum, quoniam in æquiuocis nulla eſt contradictio.

Nec propoſitio in qua prædicatur concretum eſſet ſimpliciter vera, quia quęlibet propoſitio in qua ponitur æquiuocum, eſt diſtinguenda.

Secunda pars concluſionis probatur, nā cōcretum, & abſtractum idem ſignificant, quia nomen concreti, & abſtracti tantum differunt quoad deſinentiam vocis vt dicit Philoſophus in antepręḍicam. at abſtractum de ſuo ſignificato importat formam & non ſubiectum, igitur, & concretum.

Tertia pars concluſionis ſequitur ex ſufficienti diuiſione. Sciendum tamen eſt, q̃d concretum, & abſtractum, quamuis non differant quantum ad id quod ſignificant; differunt tamen quantum ad modum ſignificandi, quia abſtractum importat formam abſolutè, & concretum in reſpectu, ſeu in concernentia ad aliud, ex quo ſequitur abſtractum & concretum tantum differre ratione, quia diſtinctio, quæ eſt penes diuerſos modos ſignificandi, eſt diſtinctio rationis, vt dicit Doctor in 1.d.4.q 1. ac alibi.

Cōcretũ & abſtractũ quō differāt.

Secunda concluſio ſit, quod prædicamenta non diſtinguuntur per modos prædicandi in quid & in quale: nec per hoc quod eſt prædicare eſſentiam, vel non eſſentiam: nec vniuerſaliter per aliquod intentionale: nec per ens: nec per differentias, ſed per diuerſos modos eſſendi.

Prędicamēta p̄ quid diſtinguūtur.

Prima pars huius concluſionis probatur quia aliter ſicut ſunt tantum quinque vniuerſalia, ita quoque eſſent tantum quinq; prædicamenta. Secunda pars probatur, nā tunc eſſent tantum quatuor prædicamenta, ſicut ſunt quatuor prædicata. Tertia pars probatur, quia prædicamenta nec diſtinguuntur eſſentialiter per illa ſine quibus poſſunt eſſe, nec per illa quæ poſſunt ſtare cum identitate vnius prædicamenti, ſed prædicamenta poſſunt eſſe ſine quocunque intentionali, & cum identitate vnius prædicamenti ſtat quodlibet intentionale logicale, quia in prædicamento q̄titatis ſunt genera, ſpecies, differentiæ, & cætera vniuerſalia, ergo, &c. Quarta pars probatur, nam prædicamenta non differunt per illud in quo conueniunt, ſed omnia conueniunt in ente, ergo non differunt per ens.

Quinta pars probatur, quoniam differentiæ diuidunt tantum genera, vel ſpecies, & ipſis ſolummodo differunt inter ſe ſpecies, vel indiuidua, at ens finitum quod diuiditur in prædicamenta non eſt genus, quia aliter non eſſent decem generaliſſima; nec generaliſſima ſunt ſpecies, vel indiuidua, igitur prædicamenta non diſtinguuntur per differentias. Ex his ſequitur vltimā concluſionis partem eſſe veram, quod ſcilicet prædicamenta diſtinguuntur penes diuerſos modos eſſendi: & hoc videtur eſſe de mente Scoti, q. 11. prædicamentorum. Sciendum tamen, quod prædicamenta diſtinguuntur modaliter per diuerſos modos eſſendi; eſſentialiter autem & quidditatiuè diſtinguuntur per proprias eſſentias & quidditates.

Cócreta ſunt per ſe in genere, nō autē directè.

His duobus concluſionibus ſuppoſitis, & declaratis reſpondeo ad illas difficultates. Ad primam dico, quod concretum accidentale eſt per ſe in genere, quia illa dicūtur eſſe per ſe in genere, quæ ordinantur in recta linea prædicamentali ſecundum ſub & ſupra, talia ſunt concreta, ergo, &c.

Verum tamen eſt, quod non ſunt in genere directè, quia illud dicitur eſſe in genere directè, quod ſignificat eſſentiam abſolutè, cum nihil reponatur in genere niſi ratione eſſentiæ ſignificatæ, at concretum nō ſignificat eſſentiam abſolutè, ergo, &c. Ad alteram difficultatem dico, quod abſtractū, & concretum ſunt in eodem prædicamento, quia cum aliquid reponatur in prædicamento ratione eſſentiæ ſignificatæ, concretumque, & abſtractum ſignificent eandem eſſentiam, ergo, &c.

Cócretū & abſtractū ſunt in eodē prædicamento, hñtque eadem gña, ac eaſdem ſpecies.

Imo dico etiam vlterius, quod habent eadem genera, & eaſdem ſpecies, ac eadem indiuidua.

Reſp. ad Arg. harū difficultatū.

Ad argumentum primum primæ difficultatis patet ex dictis in expoſitione literæ nam hic eſt ſermo de cōcreto ſumpto pro formali, quod eſt incomplexum. Ad ſecundum nego conſequentiam. Ad cuius probationem dico nouem eſſe generaliſſima accidentium abſtractorum, & nouem concretorum, non tamen ſequitur generaliſſima eſſe decem & octo; quia generaliſſima concretorum non ſunt alia à generaliſſimis abſtractorum. Quod ſi obiicias quia qualitas eſt generaliſſimum, & quale eſt generaliſſimū,

Obiectionis. ...

& hæc non ſunt idem generaliſſimum, igitur ſunt diuerſa; conſequentia probatur, nā circa ens idem & diuerſum includunt contradictionem. 10. met. tex. Com 12. Item ſi eſſent idem generaliſſimum; vnum de altero prædicaretur, quod tamen patet eſſe falſum, quia qualitas non eſt quale. Ad primum dico, quod qualitas, & quale ſunt idem generaliſſimum, & hñt eaſdem ſpecies, ac eadem indiuidua. Ad ſecundū dico, quod diuerſitas modorum ſignificandi ſufficit ad hoc vt vnum de altero, & idem de ſe ipſo prædicari nequeat; vnde iſta eſt falſa albedo eſt alba, vt in ſequenti. q. dicā. Non tamen talis diuerſitas ſufficit ad prædicamentorum diſtinctionem. Ad argumentū alterius difficultatis patet quid eſt dicendū ex prima concluſione.

Arg. 3. & quartū prin.

Argumentum tertium, & quartum principale patent, cum eorum reſponſionibus, ex his quæ ſupra diximus, q. 8. & in corpore huius quæſtionis.

Arg. 5. prin.

Quinto principaliter arguitur ſic, Omnis bona definitio debet dari per priora, & notiora, at generis definitio non datur per priora, & notiora, ergo, &c. Maior patet nā definitio datur cauſa innoteſcendi, per Ariſt. 6. Top. cap. 2. & 4 Minor probatur, nam in generis definitione ponitur ſpecies, quæ neque eſt prior, neque notior ipſo genere, ſed eſt poſterior, vel ſimul natura.

Reſp. ad 5. prin.

Reſponſio eſt diſtinguendo de definitione abſoluti, & relatiui. Definitio abſoluti debet dari per priora, & notiora, quia abſolutū poteſt in ſe cognoſci per eſſentialia, & notiora. Relatiuum verò quod per ſe, ſecūdum, quod eſt [.i. ſecundum ſuum eſſe] dependet ad aliud, non poteſt cognoſci, nec definiri ſine illo ad quod dicitur, ſeu ad qđ dependet, vt dicitur in prædicamentis cap. de relatiuis, & 6. Top cap. 2.

Relatiuū definitē ꝑ terminū, & ꝑ correlatiuum.

Notandum, quod relatiuum debet definiri per terminum, & per correlatiuum, diuerſis tamen rationibus: nam definitur per terminum tanquam per notius, vt habet Doctor. 1. diſt. 30. reſpondendo ad primam quæſtionem.

Correlatiuū quō ponitur in defōe relatiui.

At per correlatiuum non definitur tanquam per notius, ſed ſolummodo tanquā per id ſine quo quietatiuè definiri nequit, vt habet Doctor primo diſtinctio. 21. vbi dicit.

Quod correlatiuum non eſt de intelle-ctu correlatiui, ſicut aliquid eius, puta pars eſſentialis, vel integralis; ſed ſicut aliquid ad quod terminatur intellectus eius. Hoc etiam habes expreſſe hic, & q. 28. prædicamentorum in ſolutione primi principalis. Aliter etiam poſſumus reſpondere ad hoc argumentum, negando minorem. Ad cuius probationem dicendum, quod ſpecies in definitione generis accipitur pro ſubſtrato, & non pro formali, & ſic eſt prior, & notior genere, poniturque in generis definitione, vt terminus eius, & non vt correlatiuum.

Alia reſpon. ad hoc ar.

6. Arg. prin.

Sexto & vltimo argumentatur ſic. Nulla definitio eſt conuenienter aſſignata, in qua cõmittitur nugatio, ſed in definitione generis cõmittitur nugatio, ergo non eſt conuenienter aſſignata. Maior patet ex. 6. top. cap. 1. & ex primo Elen. cap. 13. Minor probatur, nugatio eſt præponendo ſuperius inferiori, ſed in hac generis definitione præponitur ſuperius inferiori, nam ly pluribus quod præponitur ad ly differentibus [quomodocunque ſumatur, vel poſitiuè, vel compatiuè) ſemper eſt ſuperius ad ly pluribus, quia poſitiuum, & comparatiuũ idem ſignificant, ergo in definitione generis cõmittitur nugatio. Minor huius proſyllogiſmi probatur. quod ſcilicet ly pluribus ſit ſuperius ad ly differentibus. Nam concreti & abſtracti, poſitiui, & comparatiui ſunt eædem ſpecies, quia tantum differũnt quantum ad modum ſignificandi, ſed differentia, abſtractiuè ſumpta, eſt ſpecies multitudinis, cum in re includat multitudinem, ſicut ſpecies includit ſuum genus, vt patet ex. 10. met. vbi Philoſophus diuidit multitudinem, in differentiam, & diuerſitatem, vt in eius ſpecies primarias, ergo & differentia concretiuè ſumpta [& hic accipitur ly differentia in numero plurali, vt prouenit ab hoc nomine differẽs, cuius plurale eſt differentia] ſunt inferiora ad ly multa vel plura; & ita differens & diuerſum ſunt ſpecies multi, vel pluris.

Apparens euaſio.

Ibi. Dicitur ad hoc &c. Ponit quandam apparentem euaſionem.

Dicunt enim quidam, quod præponendo inferius ſuperiori in eadem parte orationis eſt nugatio, vt dicendo ſortes eſt homo animal, vel homo animal eſt corpus; cuius ratio eſt quia ſuperius non poteſt ſpecificare inferius.

Præponendo autem ſuperius inferiori, vt dicendo ſortes eſt animal homo, vel animal homo currit, dicunt non eſſe nugationem, quia tunc inferius tenetur ſpecificatiuè: vnde ſenſus huius, animal homo currit, eſt animal quod eſt homo currit.

Notandum, quod in quibuſdam textibus eſt error, legunt enim quidam. Modo è conuerſo. Quod corriges hoc modo. Sed non è conuerſo.

Error Io. Anglici.

Ibi. Contra Ariſt. &c. Io. Anglicus dicit quod Doctor per hanc primam auctoritatem Ariſt. non arguit contra prædictam euaſionem, imo dicit Doctorem propter noſtram inſtructionem probare ſecundum dictum illius reſponſionis (ſcilicet nullam eſſe nugationem præponendo ſuperius inferiori) eſſe verum.

Sed hoc eſt falſum vt manifeſtum erit exponendo literam. Oſtendit igitur Doctor ex duplici auctoritate Ariſt. eſſe nugationem præponendo ſuperius inferiori. Prima eſt. 6. top. cap. primo, & non cap. 3. vt habent textus & expoſitores, & male. vbi Philoſophus habet hæc verba.

Nugatio eſt addẽdo inferius ſuperiori.

Rurſus ſi vniuerſali dicto [ideſt ſuperiori ſeu magis communi] addatur [ideſt adiũgatur, & non debet exponi præponatur, vt exponit Io. Anglicus] particulare [ideſt inferius, ſeu minus commune, erit ſupple nugatio] vt ſi dementiam imminutionem, expedientium & iuſtorum, non iuſtum expediens quippiam eſt, quare [iuſtum] continetur in expediente [ſicut inferius in ſuo ſuperiori] abundans igitur iuſtum, ideſt ſuperfluum eſt in definitione addere iuſtum, prius habito expediente: eſt ergo nugatio addendo inferius ſuperiori.

Ibi. Item dicitur, &c. Ponit ſecundam auctoritatem Ariſto. per quam idem probat. Hæc auctoritas habet duas, partes, ſecundum duos modos cognoſcendi nugationem quos tangit Philoſophus. 7. meta. tex. com. 43.

Modi cognoſcendi nugationem.

Primus modus cognoſcendi nugationem eſt ponendo rationes, ſeu definitiones, ſeu ſignificationes nominum pro ipſis nominibus.

Accipitur autem iſte modus cognoſcendi nugationem ex illis verbis Ariſt.

Accidit autem hoc,cum enim animal pedes habens,bipes dicat,nihil aliud dixit,niſi animal pedes habens. duos pedes habens, & ſi hoc propria diuiſione diuidat crebro, & æqualiter,ac differentias dicet. Hæc ille. Vnde Commen. dicit. Quoniam cum dixerimus in definitione hominis, quòd eſt animal bipes, de quo prædicantur duo pedes, tunc ſignificatio huius nominis bipes eſt ſicut ſignificatio aliorum vocabulorum de quo prædicantur duo pedes. Hæc ille. Vult igitur Philoſophus in illo loco,quòd ſit nugatio præponendo differentiam ſuperiorem inferiori, quia dicit eſſe nugationem dicendo, animal habens pedes bipes, vbi habens pedes eſt differentia ſuperior, nam quicquid eſt bipes, habet pedes, non autem è conuerſo,nam habens quatuor pedes non eſt bipes: quod autem ſit nugatio patet ponendo rationes,ſeu ſignificationes nominum pro nominibus.

Ibi. Aliter probatur, &c. Ponit ſecundũ modum cognoſcendi nugationem, qui eſt ex tranſpoſitione terminorum. Quem modum tangit Philoſophus vbi ſupra in his verbis. Patet autem hoc,ſi quis tranſponat tales definitiones, vt puta hominis,dicens animal bipes, habens pedes, ſuperfluum enim eſt habens pedes, dicto bipede. Hæc ille. Si igitur hæc duo media ad cognoſcẽdam nugationem,ſcilicet de ratione,ſeu ſignificatione nominis ponenda pro nomine,& de tranſpoſitione terminorum, aliqd valent,vt verè valent, hic(ſcilicet præponẽdo differentiam ſuperiorem inferiori) & vbique idest præponendo quodcunque ſuperius, ſeu magis commune, ſuo inferiori, ſeu minus communi] improbant prædictã reſponſionem,dicentem non eſſe nugationem præponendo ſuperius, inferiori.

Nugatio q̃d. Notandum, quod nugatio eſt vnius & eiuſdem, ex eadem parte orationis inutilis repetitio. Dico vnius & eiuſdem, quia ſi termini,qui ponuntur ex eadem parte orationis,eſſent diuerſi, non eſſet nugatio, vt dicendo homo albus currit: & notandum, quòd ſi ſit repetitio inutilis eiuſdem termini, aut quantum ad totum terminum, vt dicendo homo, homo currit;aut quantum ad partem eſſentialem, vel integralem eiuſdem termini,vt dicendo animal homo,vel homo rationalis currit,eſt nugatio.

Dico ex eadem parte orationis, quia dicendo homo eſt homo non eſt nugatio. Dico inutilis repetitio, quia ſi fieret repetitio,aut propter emphaſim,vt dicendo ò homo, homo quid ſuperbis? Terra terra, vt quid ſine modo tibi opes congeris? Aut ſi fieret repetitio eiuſdem communis quod in diuerſis particularibus poteſt denominare ſe ipſum, vt ſupra dictum fuit de ente, quod ſine nugatione denominat ſe ipſum in particularibus, nulla eſſet nugatio. Et breuiter nulla vtilis repetitio, quæ fit propter aliquem finem,eſt nugatio.

Vide Ocham. 1.d.8.q.4. ad literam.I.Et Philoſophus 6.Top.cap.2.dicit, quod iterare idem verbum non eſt incommodum; ſed illud demum incommodum eſt, ſæpe idem de aliqua re dicere.

Quot autem modis idem ſæpe repetitur docet Philoſophus. 5. Top cap.2. cum ait Eueniet autem frequenter idem dicere duobus modis. Vno quidem, quando nominauerit frequenter idem. Quot modis idẽ repetitur.

Vt ſi quis proprium aſſignet ignis, corpus tenuiſſimum corporum; hic enim frequenter dixit corpus.

Secundo autem ſi quis aſſumat orationes pro nominibus; vt ſi quis reddat terræ propriam ſubſtantiam, quæ maximè corporum ſecundum naturam fertur in inferiorem locum:deinde aſſumat pro corporibus huiuſmodi ſubſtantias;vnum enim & idem eſt corpus,& huiuſmodi ſubſtantia: erit ergo hoc modo ſubſtantia frequenter dicta. Hæc ille. Vide etiam Philoſophum primo Elenc.cap.13.& 2. Elench c.6.

Hic eſt difficultas circa illud dictum Ariſt. 7. met. Quomodo ſcilicet ſit nugatio addendo differentiam inferiorem ſuperiori,cum inferior differentia non includat ſuperiorem, vt alibi oſtenſum eſt, non enim idem bis ponitur,quia vnum non includit aliud. Dico quod idem bis poni contingit dupliciter,aut ratione continentiæ, aut ratione conuenientiæ, & conſequentiæ. Si differentia inferior includeret ſuperiorem, tunc addendo inferiorem ſuperiori. idem bis poneretur ratione continentiæ. Si autẽ non includit ſuperiorẽ,adhuc idem bis ponitur ratione conuenientię, ſeu conſequentiæ,ſequitur namque eſt rationale,ergo eſt ſenſibile. Dubiĩ dilutio. Idẽ bis poni dupl'r contingit.

Addēdo dr̄iam ĩ ferioiē ſuperiori, q̄uo non eſt nugatio

Quod ſi obijcias, quia tunc addendo differentiam inferiorem ſuperiori ſemper eſſet nugatio, vel ſaltem non eſſet vnitas definitionis, quod tamen videtur eſſe contra Philoſophum. 7. met. vbi ſupra. Ibidem namque oſtendit, quod ſi differentiæ debitè ſumantur, earum pluralitas non impedit definitionis vnitatem.

Dico, quod differentia ſuperior poteſt dupliciter conſiderari.

Differētia dupl̄r conſiderari poteſt.

Vno modo vt differentia, ideſt vt actus, & perfectio. Alio modo vt per ipſam, ſimul cum genere remoto, circumloquimur genus propinquum definiti. Vt cum dico, hominem eſſe ſubſtantiam animatam ſenſibilem rationalem, tunc accipio animatum, & ſenſibile, non vt ſunt differentiæ, ſed vt per ipſa, ſimul cum ſubſtantia, circumloquimur animal.

Differentia etiam inferior poteſt poni in definitione, vel vt pars definitionis, vel expoſitiuè. Per hæc dico ad difficultatem, quòd ſi differentiæ ſuperiori, ſumptæ vt differētia addatur inferiori, ſumpta vt pars definitionis, tunc eſt nugatio in definitione, quia idem bis ponitur, vt declaratum eſt ſupra.

Vel ſaltem non erit vnitas definitionis, quia ex duobus exiſtentibus in actu vltimato & perfecto nō poteſt fieri vnum per ſe, at ſi differentia inferior non includit ſuperiorem, & ambæ ſumantur vt differentiæ, tunc ambæ ſunt in actu vltimato, & perfecto, igitur, &c. Si autem ſuperior differētia accipiatur ſecundo modo, vel ſaltem inferior ſumatur expoſitiuè, tunc erit vnitas definitionis, & nulla erit nugatio, quia idem nō ponitur bis inutiliter. Ex his patet reſponſio doctoris ad hoc ſextum & vltimum argumentum principale.

QVÆSTIO XVI.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum hæc ſit vera, homo eſt animal, & conſimiles?

Propter exempla poſita à Porphy. in declarando illam particulam differentibus ſpecie: & quia multum confert ad cognoſcendam vnitatem prædicationis ſignatæ generis de ſpecie, ac ſuperioris de inferiori, quærit Doctor quandam quæſtionem circa prædicationem exercitam fundamentorum harum intentionum; quæ quæſtio eſt vtrum hæc ſit vera homo eſt animal.

Ordo huius quæſtionis ad præcedentem patet ex dictis ibidem: prius namque dubitandum erat de veritate, bonitate, ac conuenientia definitionis in ſe, quam de conuenientia ſingularum partium. Ordo quæſt.

Ratio autem continuationis ad ſequentes eſt, quia cum ſit intimius generi habere ſpecies, quam habere multas ſpecies (accidit namque generi habere multas ſpecies, vt dicit iſte Doctor primo diſtinctione octaua quæſtione tertia, de quo etiam infra, quæſtione decimaoctaua) ideo prius quærendum erat, an genus prædicetur de ſpecie, quàm quæratur, an prædicetur de differentibus ſpecie, & quoniam hęc quęſtio ex dictis ac dicendis manifeſta eſt de prædicatione ſignata; idcirco ipſam, quærit de fundamentis quantum ad exercitam prædicationem.

Ex quo patet, quod ne dum propter exempla poſita à Porphy. ſed etiam propter ipſam met generis definitionem, hæc quæſtio mouetur à Doctore.

Quid ſit veritas, & quid ſit homo dictū fuit ſupra.q.10.reliquum eſt igitur declarare, quid ſit animal, quod dicitur ab hoc quod eſt habere animam. Vnde D.Thom. prima parte. q.3. art. 5. & prima ſecundæ, q.67.art.5.dicit quod animal ſumitur à natura ſenſitiua per modum concretionis: animal enim dicitur animal per ſenſum tactus 2. de anima tex.Com.16.& D.Tho 4.d.17. Et hinc eſt quod animal definitur per ſenſum, vt dicit Philoſophus de partibus animalium lib.2.cap 8.& lib.3.cap 4.

Aīal vnde dicaẽ

Aīal definiẽ per ſenſum.

Et D.Tho.in 4 d.44. dicit animal definiri per ſenſum.i.per animam ſenſitiuam Eſt autem animal corpus animatum ſenſibile, vt ſcribit Philoſophus.3.de anima tex.Commen.63. Eſt etiam paruus mundus. 8.phy. tex.Com.17.Et eſt ſimile ciuitati legibus benè inſtitutæ & temperatæ:ex libro de motu animalium cap.7.Et eſt ſubſtantia ſe mouens motu voluntario,vt dicit Plato, quod modum habes infra.q.29.

Aīal qđ & cui ẽ ſimile.

Ad oppoſitum arguit duabus auctoritatibus,ac duabus rationibus. Auctoritates ſatis claræ ſunt ex litera, quæ poſſunt ſic confirmari. Superius prædicatur de inferiori, & genus de ſpecie, ergo homo eſt animal. Conſequentia patet ex his quæ dicta ſunt ſupra,q 14. valet enim conſequentia à prædicatione ſignata in terminis ſecundarum intentionum ad exercitam in terminis primarum.

Arg. ad oppoſitum.

3.Argu. ad oppoſitum.

Ibi. Item primus modus, &c. Ponit tertium argumentum ad oppoſitum,quod ſic erigatur. Quælibet propoſitio, quæ eſt in primo modo dicendi per ſe,eſt vera,at iſta, homo eſt animal,eſt in primo modo dicendi per ſe,ergo eſt vera. Maior patet per Philoſoph.1.poſt tex.10. & 15. ac circiter. Vbi vult quod quælibet propoſitio per ſe ſit neceſſaria,& quælibet neceſſaria ſit vera. Vnde c.4.in initio tex.10.habet hec verba.Quę igitur dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus per ſe,ſic,vt inſint prædicatis,aut illa inſint ſubiectis,& per ipſa ſunt, & ex neceſſitate. Et c.6.in initio tex.15.ait per ſe vero inexiſtētia neceſſaria ſunt rebus. Minor probatur. Quælibet propoſitio,in qua prædicatur definitio,vel pars definitionis de definito, eſt in primo modo dicendi per ſe,ſed in iſta ꝓpoſitione, homo eſt animal, prædicaẽ pars definitionis hominis de ipſo homine, ergo &c. Maior eſt Ariſt.1.poſter.tex.9.

Ibi. Item ſequitur, &c. Ponit vltimā rationem ad oppoſitum, quæ ſic erigatur. Omnis bona conſequentia enthymematica tenet virtute alicuius medii neceſſarii, ꝑ quod reduci poteſt in Syllogiſmum, ſed iſta homo currit,ergo animal currit,eſt bona conſequentia enthymematica, igitur tenet virtute alicuius medii neceſſarii; at tale medium eſt iſta propoſitio , homo eſt animal,ergo iſta eſt neceſſaria,& ex conſequēti vera,homo eſt animal. Maiorem dupliciter probat . Prima probatio ponitur ibi. Quia omnis conſequentia,&c.Secunda ponitur ibi. Et quod medium,&c.

4.Argu. ad oppoſitum

Prima ſic erigatur. Omnis conſequentia bona eſt neceſſaria,ſed nulla eſt neceſſaria , niſi virtute alicuius medii neceſſarii per qđ reducitur ad Syllogiſmum, ergo nulla conſequentia eſt bona,niſi virtute alicuius medii neceſſarii, per quod poſſit reduci ad Syllogiſmum. Propoſitiones huius rationis ꝓbātur. Prima nam omnis conſequentia euidenter bona,eſt euidenter neceſſaria , ergo omnis conſequentia bona eſt neceſſaria, valet enim conſequentia à parte in modo ad ſuum totum conſtructiuè.Secunda propoſitio probatur, quia nulla eſt euidenter neceſſaria niſi virtute alicuius medii explicitè poſiti,quia nihil ſequiẽ neceſſario, & euidenter niſi ex poſitis, vt patet ex definitione Syllogiſmi, ergo nulla conſequentia eſt neceſſaria niſi virtute medii ſaltem virtualiter poſiti,vnde illa vnica propoſitio poſita in antecedente virtute ſui,& alterius ſubintellectæ infert conſequens Secunda probatio illius maioris ſic erigatur. Ex vno nihil ſequitur ſufficienter,niſi aliud ſubintelligatur ex primo priorum c.28.& ex 1.Poſter.tex.6.Sed in conſequentia enthymematica explicitè ponitur tantum vna propoſitio,ergo ad hoc vt ſequatur quod infertur ſubintelligitur alia,per quam poteſt reduci ad formam Syllogiſticam.

Litera Ariſto. eſt hæc. Vno quidem igitur poſito , quod nunquam neceſſe eſt aliquid eſſe alterum, monſtratum eſt:dicō autem uno,quod neque termino vno, neque poſitione vna poſita ex duabus autem poſitionibus primis & minimis contingit ſiquidem Syllogizare.

Minor principalis rationis probatur au-

ctoritate

ctoritate & ratione. Auctoritas eſt Ariſt.in prædicam cap.de ſubſtantia, vbi antequam ponat proprietates ſubſtantiæ ait. Quendam hominem dices grammaticum eſſe, ergo & hominem, & animal grammaticũ dices. Ratio eſt talis,iſta conſequentia,homo eſt grammaticus,ſeu homo currit, ergo animal eſt grammaticum, ſeu animal currit, eſt formalis, ſicut patet ex definitione conſequentiæ formalis, oppoſitum namque conſequentis [ſcilicet animal non currere]non ſtat cum antecedente ſcilicet cum hoc quod eſt hominem currere,imo infert hominem non currere,igitur,&c.

Notandum,quod propoſitio quæ ſubintelligitur in enthymemate vocatur mediũ, tum quia ipſa mediante infertur conſequẽtia:tum quia ipſa mediante enthymema reducitur in Syllogiſmum. Eſt autem Syllogiſmus perfectus qui nullius indiget vt appareat neceſſarius, primo Priorum cap. 1. Eſt autem enthymema Syllogiſmus imperfectus ex icotibus aut ſignis.2. priorum. c. 34. Vocatur enim Syllogiſmus imperfectus,quia ad hoc vt eius illatio fiat euidens debet reduci ad Syllogiſmum perfectum.

Syllog. perfect' quid.

Sed hic eſt difficultas circa hanc rationem Doctoris, quamuis enim ſit verum quod omnis bona conſequentia enthymematica teneat virtute alicuius medii neceſſarii, nõ tamen ſequitur ex hoc,tale medium eſſe in ſe,& abſolutè neceſſarium, ſed ſolummodo ſequitur illud medium eſſe neceſſarium ad inferendam concluſionem.

Dubiũ.

Reſpõ. Dico,quod medium ſemper eſt neceſſarium ad inferendam concluſionem, ſeu cõſequens,nam illatio tenet virtute ipſius,ꝑ quanto non poteſt eſſe ſine illo,& hic accipio medium pro altera præmiſſarum.

Verum tamen eſt, quod non ſemper eſt neceſſe ponere explicite,quamlibet propoſitionem,ſed benè vel explicitè, & formaliter,vel implicitè & virtualiter ſeu elicitiuè.

Vnde ad hoc vt illatio ſit manifeſta per ſe,neceſſe eſt ponere explicitè medium, ſeu ambas pręmiſſas,ſi autem non eſt per ſe manifeſta,hoc non eſt neceſſe, vt patet in enthymemate, vbi tantum ponuntur termini ex quibus poteſt elici,ſeu haberi altera præmiſſa.

Sed eſt ne ſemꝑ in ſe & abſolutè neceſſaria propoſitio quæ ſubintelligitur in enthymemate? Dico, quod quotieſcunque concluſio eſt contingens,& ſequitur ex cõplicatione neceſſarii, & contingentis [de qua primo priorum cap.16.] ac propoſitio quæ ſumitur pro antecedente eſt contingens,ſemper propoſitio, quæ ſubintelligitur (quæ vocatur medium) eſt neceſſaria,nedum quo ad illationem, ſed etiam in ſe, & abſolutè.

Maior igitur illa ſumpta à Doctore eſt vera, ſaltem ratione materiæ, quia ibi loquitur de enthymemate cuius antecedens, & concluſio eſt contingens [iſtæ enim propoſitiones ſunt contingentes,homo currit, animal currit]& concluſio ſequitur ex cõplicatione neceſſarii, & contingentis.

Corpus quęſt. Ad quæſtionem breuiter reſpondet concedendo iſtam propoſitionem, homo eſt animal,& conſimiles, eſſe vniuerſaliter veras Cuius rõ eſt,quia prædicatio ſuperioris de inferiori vniuerſaliter eſt vera,cum quælibet talis ſit in primo modo dicendi per ſe tales autem ſunt omnes prædictæ propoſitiones.

Nouem rationibus argumentatur Doctor pro parte falſa. Et cum per idem reſpondeat primæ,& ſecundæ, ideo formabo ambas rationes primas,antequam reſponſionem declarem.

Arg. 1. prin. Prima ſic erigatur. Nulla pars prædicatur de toto,genus eſt pars ſpeciei, ergo genus non prædicatur de ſpecie. Maior eſt Ariſto.4.Top. cap. 2. propter hoc namque vult eos peccare,qui partem dicunt eſſe genus Minor probatur auctoritate, & ratione. Auctoritas eſt Ariſt.5.met.cap.de toto: & cap de parte,in fine,vbi habet hæc verba. Quare genus pars etiam ſpeciei dicitur. Ratio eſt talis. Quicquid eſt pars definitionis eſt pars definiti, vt habet Philoſophus vbi ſupra, ſed genus eſt pars definitionis ſpeciei,vt patet ex 7.met.& 6.Top.ergo,&c.

2. Arg. prin. Secundo principaliter arguitur ſic. Materia non prædicatur de illo cuius eſt materia,at genus eſt materia ſpeciei,ergo,&c.

Maior patet quia materia eſt per ſe in potentia ad illud cuius eſt:materia enim ſecundum,quòd materia eſt principium paſſiuum, primo de generatione tex. Comm. 55. compoſitum autem eſt in actu, vt dicit Auerroes.x.met.tex.Commen.23.igitur ſi materia prædicaretur de illo cuius eſt

materia, ſeu de materia:o, tunc actus eſſet potentia,& oppoſitum prædicaretur de op poſito.

Minorem probat duplici auctoritate Porph. Dicit.n.Porph. c.de genere.Qđ genus eſt principiũ,& quod cõuenit cũ ſecunda ſignificatione generis; quæ eſt,quando genus accipitur pro principio vniuſcuiuſque generationis.

Hac ſuppoſita auctoritate probatur inductiuè genus eſſe materiam, nam non eſt principium formale,quia forma diſtinguit ſpeciem ab alijs.7.met.tex.Com.49. ſed genus non diſtinguit vnam ſpeciem ab alia, ergo,&c.

Nec eſt efficiens,quia efficiens facit effectiuè rem eſſe in actu, eſt enim principium facti.5.met.tex. Com.2. Nec eſt finis, quia finis eſt gratia cuius aliquid eſt ſeu fit cum ſit perfectior his quæ ſunt ad finem.2.ph. tex.Com.31.& 2.met.tex.Com.8.& 5.met. tex. Comm.3.ac alibi ſæpe, ſed propter ipſum genus non eſt ſpecies,cum ſit imperfectius ipſa ſpecie, igitur cum genus ſit principium ſpecierum,& non ſit forma,nec efficiens,nec finis,relinquitur,quod ſit materia, & hoc manifeſtè dicit Philoſophus. 5. met.tex.Com.10.& 33.

Secundo probatur eadẽ minor per Porphy.cap.de differentia,vbi probat definitionem ſecundam differentiæ per hoc, quod differentia habet ſimilitudinem formæ,genus vero materiæ. Hoc idem habemus. 2. de anima.Com.8.vbi dicitur, quod genus demonſtrat materiam, & differentia formam. Notandum, quod Porphy. dicit genus habere ſimilitudinem cum materia,qa genus non eſt verè materia,vt oſtendit Alexan.in libro 2 quæſtionum naturalium.q. vltima.

Genus propriè non eſt materia.

Quod etiam placet Auerroi 7.met. text. Com.24.& 43.ac alibi vbi vult genus differre à materia, quia genus prædicatur eſſentialiter etiam in recto de ſpecie,& materia denominatiuè.

His rationibus reſpondet,& ponit quatuor reſponſiones aliorum, quas multis rationibus impugnat. Quarum tres vltimæ ſunt ſimul ad duo hæc argumenta, quas etiam infra ſuſtinet.

Prima verò eſt ſolummodo ad ſecundũ argumentum,quam omnino impugnat.

Negant igitur iſti minorem, quod ſcilicet genus ſit materia; eſt namque forma,vt patet ex 7.met.tex Comm.35. vbi Philoſophus vult,quod omnes partes definitionis ſint ſicut formæ.

Reſpon. aliorum ad 2. ar. prin.

Ad cuius primam probationem reſpondent diſtinguendo de duplici forma, ſcilicet non vltimata,& vltimata, ac completiua:forma quæ diſtinguit,eſt forma vltimata,& completiua,cum igitur genus non ſit talis forma, ideo non eſt neceſſe vt diſtinguat ſpecies.

Ad aliam probationem minoris dicunt. Quod Porphy. non dicit genus eſſe materiam,ſed ſimilem materiæ, nam ſicut materia eſt indeterminata ad formas oppoſitas, ita genus dicitur indeterminatum ad differentias oppoſitas.

Forma duplex.

Ibi. Contra forma non &c. Doctor non intendit impugnare prædictam reſponſionem quantum ad ea quæ dicit illa reſponſio,quia verum eſt, quod genus eſt forma, vt manifeſtum erit ex infra dicendis, verum eſt etiam, quod forma vltimata, & completiua eſt quæ diſtinguit, hoc enim eſt conſonum dictis Scoti in materia de pluralitate formarum, ac alibi, & dictis Ariſto.7.meta.vbi loquitur de vnitate definitionis cap.ſcilicet 14.

Vlterius etiam verum eſt, quod genus non dicitur materia niſi proportionaliter. Sed bene impugnat Doctor hanc reſponſionem, quia ſatisfacit difficultati, quam tangit argumentum, nam dato etiam quod genus ſit forma, adhuc tamen ſequitur idem,quod ſcilicet, genus non prædicatur de ſpecie, quia forma non prædicatur de compoſito, igitur ſi genus eſt forma, & ſpecies eſt compoſitum, genus non poteſt prædicari de ſpecie.

Maior probatur, nam ſicut compoſito repugnat ratione formæ [ratione cuius eſt in actu] recipere prædicationem materiæ, ita ratione materiæ[ratione cuius eſt in potentia] ſibi repugnat recipere prædicationem formæ.

Ibi. Dicitur,quod duplex, &c. Reſpondetur, quod duplex eſt forma. Quædam eſt altera pars compoſiti, quæ appellatur forma partis.

Forma duplex.

Alia vero eſt conſequens compoſitum quæ appellatur forma totius.

Exem-

Exempla patent in litera, nam anima eſt forma partis, humanitas autem eſt forma totius. Tunc dicunt maiorem eſſe veram de forma partis, illa enim nequit prædicari de compoſito ratione materiæ, quæ eſt in potentia, cui potentiæ opponitur actus formalis, quem dicit ipſa forma partis. Falſa autem eſt de forma totius, quia illa non apponitur potentiæ, ut iſti exiſtimant. Cum igitur genus ſit forma totius, ideo nulla eſt conſequentia.

Notandum pro intellectu huius literæ. Alia uerò conſequens, &c. Quod quorundam opinio eſt, quod tertia entitas, quæ reſultat ex unione partium (quam formam totius appellant) non eſt compoſita, ſed conſequitur compoſitum; de quo alibi, Deo duce, erit ſermo.

Ibi. Contra forma ſecunda &c. Doctor non impugnat prædictam reſponſionem, quia ipſemet eam ponit. 3. diſtinctio. 22. & 2. diſtinct. tertia. Sed oſtendit quod dato etiam ꝙ genus ſit forma totius, non tamen adhuc hoc ſaluat genus poſſe prædicari de ſpecie, & ideo ſemper ſtat id quod concluditur in argumento principali: nam ſicut materia non poteſt prædicari in abſtracto de compoſito, ſed tantum in concreto, ita nec forma ſecunda (ideſt totius, quæ ideo dicitur ſecunda, quia ſecundo loco eſt nominata) poteſt in abſtracto dici de compoſito: hæc enim eſt falſa, homo eſt humanitas, modo genus prædicatur eſſentialiter, & in recto de ſpecie, ut habet Auerroes, vbi ſupra, ergo prædicta reſponſio non ſaluat genus prędicari de ſpecie.

Reſp. ad duo arg. princip. Ibi. Ideo dicitur aliter &c. Relicta illa reſponſione tanquam inſufficienti, ponitur quorundam aliorum reſponſio ad vtrumque principale argumentum, quæ eſt diſtinguendo maiorem; nam partem, ac materiam prędicari de toto poteſt intelligi dupliciter, vno modo in abſtracto, alio modo in concreto.

Primo modo, maior vtriuſque rationis eſt vera, nam neque pars, neque materia poteſt prædicari de toto in abſtracto; at ſecundo modo eſt falſa, cum igitur genus ſignificat partem, & materiam in concreto, ideo nulla eſt conſequentia.

Nota quod iſta reſponſio eſt Auer ſeptimo metaph. Commen. vigeſimotertio, & vigeſimo quarto, & 9. metaph. Comm. 22. ac alibi ſæpe.

Ibi. Contra omne concretum &c. Obiicit dupliciter contra hanc reſponſionem. a quibus obiectionibus ipſam defendet infra in reſponſione argumentorum.

Prima ratio eſt talis, ſi genus prædicatur in concreto de ſpecie, ergo prædicatur de ea denominatiuè. Conſequens falſum. igitur & antecedens. Conſequentia probatur; nam omne concretum eſt denominatiuũ, quia denominatiua dicuntur quæcunque ab aliquo ſolo caſu differentia habent denominationem, at huiuſmodi ſunt omnia concreta reſpectu abſtractorum, ergo omne concretum eſt denominatiuum: ex quo vlterius ſequitur quod quicquid prędicatur in concreto, prædicatur denominatiuè.

Falſitas conſequentis probatur ratione, & auctoritate. Ratio eſt talis. Modi prædicandi diſparati non poſſunt eiſdem conuenire reſpectu eiuſdem, at prędicari uniuocè, & denominatiuè ſunt oppoſiti modi prædicandi, ergo ambo ſimul non poſſunt conuenire generi reſpectu ſpeciei, ſed genus prædicatur vniuocè de ſpeciebus per Porphyrium, & Philoſophum, ergo &c. Auctoritas eſt Ariſto. ſecundo Top. cap. 2. vbi habes hæc uerba.

Sępe autem & cum determinet, manifeſtum quod genus vt accidens aſſignauit, vt ſi quis albedinem colorari dixerit, uel ambulationem moueri, a nullo enim genere denominatiuè prædicatio de ſpecie dicitur, ſed omnia uniuocè genera de ſpeciebus prędicantur, nam & nomen, & rationẽ generum ſuſcipiunt ſpecies.

Ibi. Item omne concretum &c. Ponit ſecundam obiectionẽ contra eandem rñſionẽ, oñdendo ſaltem genus in prædicamento ſubſtantiæ nõ eſſe concretũ. Rõque eſt talis. Omne concretum ſignificat formam vt inhæret ſubiecto, ſed nullum genus prædicamenti ſubſtantiæ ſignificat formam vt inhærentem ſubiecto, ergo nullum genus prædicamenti ſubſtantiæ eſt concretũ. Minor patet per Ariſt in pręedicam. cap. de ſubſtantia proprietate prima. Quod ſi obiicias contra maiorem, quia abſtractum, & concretum idem ſignificant, ut dictum eſt in pręcedenti quæſtione, igitur ſi omne

con

concretum ſignificat formam vt inhærentem ſubiecto, & per conuerſionem ſimplicem, quicquid ſignificat formam vt inhærentem ſubiecto eſt concretum, ergo abſtractum erit concretum.

Dico quod aliud eſt ſignificare formam inhærentem ſubiecto, & aliud eſt ſignificare formam ut inhærentem ſubiecto: cõcretum ne dum ſignificat formam inhærentẽ ſubiecto (quia forma quam ſignificat eſt in ſubiecto) ſed etiam ſignificat formam ut inhærentem ſubiecto, quia ſignificat formã in habitudine ad ſubiectum: at abſtractum quamuis ſignificet formam inhærentem ſubiecto, non tamen ut inhærentem.

partes ſunt in duplici dria.

Ibi. Aliter dicitur &c. Ponit tertiam reſponſionem, quæ eſt ſimul ad duo principalia. Dicitque quod partes ſunt in duplici differentia: quædam ſunt reales, quædam rationis. Similiter & materia eſt duplex, quædam realis, quędam rationis.

materia duplex.

Tunc ad primum principale dicendum, quod maior eſt vera de partibus realibus, falſa autem de partibus rationis: modo genus eſt pars rationis. Similiter ad ſecundũ dicendum eſt, maiorem eſſe ueram de materia reali, at genus eſt materia rationis.

totũ, & cõpoſitũ dup.

Notandum quod ſicut duplex eſt totum ac compoſitum, nam quoddam eſt reale, ſeu phyſicum; quoddam eſt rationis, ſeu metaphy. ita quoque dicendum eſt de partibus componentibus, nam aliæ ſunt reales, ſeu phyſicæ, alię ſunt rationis, ſeu metaph. partes reales; ſunt materia, & forma phyſicè ſumpta, vt corpus & anima, a quibus partibus totum phyſicum realiter diſtinguitur. Partes rationis ſunt genus, & differentia, ex quibus componitur ſpecies, quæ eſt totum metaphy. quod totum diſtinguitur ex natura rei a ſuis partibus, ut dicit Trombeta in Formalitatibus, articulo ſecundo.

Ibi Contra 7. metaph. &c. Inſtat contra hanc reſponſionem vnica ratione, quæ eſt a tranſmutata proportione: de qua infra in ſolutione huius inſtantiæ.

genꝰ dupliciter põt conſiderari

Ibi. Dicitur ſecundum &c. Ponit ultimã reſponſionem ad duo argumenta principalia. Quæ eſt quod genus poteſt conſiderari. Vno modo ut definit. Alio modo vt prædicatur. Primo modo genus eſt pars. Secundo modo totum. Conceſſa igitur maiori vtriuſque rationis. Dicendum minorem eſſe falſam de genere inquantum prædicatur, quia ut ſic, neque eſt pars ſpeciei, neq. materia. Probationes autem procedunt de genere inquantum definit, quia ſic eſt pars materialis.

Notandum ex Mauritio Boetium in libro diuiſionum dicere genus in diuiſione eſſe totum, in definitione autem eſſe partẽ. Doctor verò loco diuiſionis ponit prædicari. Et hoc vel quia hoc modo citatur ab aliis. Vel quia æquè bene ſtare poteſt, nam ſequitur genus in diuiſione eſt totum, nã genus in diuiſione prædicatur de partibus diuidentibus, per hoc enim diuiſio generis in ſpecies, & ſpeciei in indiuidua, differt ab aliis diuiſionibus.

diuitio generis in quo differt ab aliis diuiſionibus.

Quod ſi dicas aquam prædicari de partibus ſuis, quia hæc pars aquæ eſt aqua. Dicendum quod diuiſionem aquæ in partes integrales concomitatur diuiſio ſpeciei in indiuidua, ratione cuius aqua prædicatur de hac, & de illa parte aquæ: vt alibi habet uideri.

Notandum etiam quod quidam dicũt: genus in prædicando eſſe totum, quia in prædicando eſt genus; nam genus vt genus eſt totum: non equidem aliud a ſpecie, qa ipſam includit intra ſe, ſed eſt idem totum quòd ſpecies, licet ſignificatum ſub modo communiori; animal enim non eſt niſi homo, vt ſignificatur ſub forma communiori. Genus autem in definiendo eſt pars materialis, quia expectat formationem, ut imperfectum expectat perfectum.

Ibi. Contra ſecundum quod &c. Dupliciter obiicit contra hanc reſponſionem Primo: ſic genus ponitur in definitione ſpeciei vt prędicatur per ſe primo modo de ipſa, ut patet ex definitione primi modi dicendi per ſe, quæ ponitur primo Poſteriorum. ergo ſecundum eandem rationem ſe habet genus ut prędicatur, & ut definit, ſi ergo vt definit habet rationem partis (& iõ non poteſt prædicari) igitur ut prędicatur, ſeu vt eſt prædicatum habet rationem partis, & ex conſequenti genus non poteſt prædicari de ſpecie.

Ibi. Item autem ſic, & ſic ſumptum &c. Secundo obiicit ſic Genus ut ſic, & ſic ſumptum (ideſt ſumptum vt definit, & vt prædicatur) aut eſt vniuocum, aut ęquiuocum.

Si æquiuocum,ergo non eſt genus,nec definiens,vt patet ex 2.& 6.Top.Si autem eſt vniuocum, ergo vtrobique idem ſignificat : & ita vtrobique erit pars, vel nuſquam.

Reſp.ad duo prima arg. princip. His rationibus reſpondet, & primo ponit quoddam notandum. Deinde reſpondet duabus primis rationibus ſuſtituitque tres vltimas reſponſiones iam declaratas, reſpondendo obiectionibus contra illas adductis. Secundum ibi. Dici igitur poteſt &c.

Ibi.Nota quod genus &c.Pro ſolutione duorum primorum argumentorum ponit doctor quoddam notabile, dignum ſcitu, quod etiam ponitur in 1.diſtinct.8. q.3.& in 2.diſtinct.3.q 6.& 7.met. q.19. ac alibi. In quo notabili tria declarat.Primo a quo ſumitur genus & differentia.Secundo quid vtrumque importat de ſuo ſignificato abſoluto. Tertio quid vtrumque importat de ſuo ſignificato connotatiuo.

gen' & dña a quo ſumũtur. Primum dictum eſt,quod genus, & dña ſumuntur, hoc quidem ab aliquo materiali,illa uero ab aliquo formali,& in hoc doctor diſcrepat ab Herueo.quol.1.q 9.& ab Ochã.in 1.d.8.q.4.& a multis alijs: q oẽs in hoc conueniunt, quod genus ſumitur a tota re,& non a parte rei.

opinio Heruei, Ocham Durãdi & aliorum. Diſcrepant autem,quantum ad rationis aſſignationem:nam Herueus,& quidam alii dicunt, quod nequeunt dari partes in multis rebus,quarum vna ſe habeat ut materia, aliæ vero vt forma,vt manifeſtè patet de accidente : propter quod Durandus in 2.d.3.q.1.art.2.inconſultè aſſerit, accidentia nec differentiam, nec definitionem habere:differentiam enim ſolum in compoſitis, & non in ſimplicibus locum habere dicit:in huncque errorem lapſi ſunt, quia negant diſtinctionem mediam inter realẽ, ac rationis. Ocham vero,cum concedat talem diſtinctionem mediam dari inter realem,& rationis,vt patet ex q.11. diſtinc.2. primi,ideo huius aliam rationem aſſignat, quæ eſt, quod ideo genus ſumitur a tota re,quia prædicatur in quid,vnde ſi ſumeretur a parte rei, prædicaretur in quale, imo(dicit ipſe)minus prædicaretur in quid quam differentia,quia ſumeretur a parte,q minus importaret quidditatem.

Quantum etiam ad differentiam (a quo ſcilicet ſumitur)diſcrepant prędicti doctores. Herueus dicit ubi ſupra,quod ſumuntur ab una,& eadem re genus,& differẽtia, nam aliter in vno,& eodem eſſet aliqua differentia re differens a natura generis,qđ eſt impoſſibile. Ocham uerò ubi ſupra dicit, differentiam eſſentialem ſumi præciſè a parte eſſentiali rei, & non determinatè ab iſta, ſed a qualibet; quia cum a quolibet,per quod compoſitum eſſentialiter diſtinguitur ab alio, poſſit ſumi differentia eſſentialis, & per quamlibet partem eſſentialem compoſitum eſſentialiter diſtinguatur ab alio, ideo a qualibet parte eſſentiali poteſt ſumi differentia eſſentialis.

Contra iſtum modum dicendi eſt Philoſ. 5.met.tex.commen.30. vbi dicit genus eſſe partem ſpeciei : Diuiditur enim forma ſpeciei(vt ait Commen.)in genus &differentiam.Et ex met.text. commen. 24. declarat Philoſopus, quam partem ſpeciei ſignificat materiam:non autem ſemper ſignificat materiam,quæ eſt altera pars compoſiti phyſici,quod componitur ex re & re, ut probat Auerroes.1.metaph.commen.17.& 12.meta. commen. 14. ex intentione Alexandri. Contra.

Sed quandoque ſumitur a quadam realitate potentiali, quæ appellatur materia metaph. vnde Philoſophus, quinto meta. tex. Commen.decimo,dicit, genus eſſe ſimile materiæ, & Porph. in c.de dña dicit,genus eſſe proportionale materiæ,& dñã formæ.Et Auer.3. de anima, Comm. quinto, dicit,partes definitiones ſumi a principiis. quę ſunt in re.Vide ſeptimo metaph.commen.quadrageſimotertio, & ſecundo cęli. Com.49.

Notandum tamen quod genus,& differentia non ſemper ſumuntur præciſè a diuerſis realitatibus. Quandoque enim ſumuntur a diuerſis rebus; vt corpus ſumi poteſt a forma mixtionis,& rationale de anima intellectiua, at forma mixtionis,& anima intellectiua ſunt formæ realiter diſtinctæ,ut docet Scotus,4.diſtinctione decima,quæſt. 3. Ex his omnibus patet primum doctoris dictum.

Reſp.ad rationes Heruei. Rationes verò Heruei Natalis ſolues,diſtinguendo de potentia, & compoſitione phyſica,& meta.& diſtinguendo de diſtinctione reali,quæ aliquando ſumitur largè, pro

pro qualibet diſtinctione, quæ non eſt per actum collatiuum intellectus.

Alio modo ſtrictè, pro diſtinctione, quę eſt inter rem & rem.

Reſp. ad rationes Ocham.

Rationes autem Ocham facile eſt ſoluere. Falſum enim eſt quod genus non prędicaretur in quid, ſi non ſumeretur a tota quidditate; prædicatur enim in quid, quia prædicatur per modum ſubſiſtentis. Alię rationes eius ſumunt propoſitiones falſas, vt quod differentia ita a materia, ſicut a forma ſumi poſſit. Et quod vox de ſuo ſignificato abſoluto non magis importet vnam partem, quam aliam. Sed de his omnibus alibi erit ſermo, diligens enim horum inquiſitio eſt alterius negotii.

genus & dria qd primo ĩportãt.

Secundum doctoris dictum eſt, quod genus, & differentia primo (id eſt præciſè) de ſuo intellectu determinato (qui eſt eius conceptus formalis, abſolutus, & non connotatiuus) important, illud partem materialem, hęc uerò partem formalem.

obiectionis dilutio.

Quod ſi obiicias quia genus ſe habet indifferenter, & potentialiter ad plura, ergo non habet conceptum determinatum. Dico quod aliquis conceptus poteſt dici determinatus, vel per comparationem ad differentias, & ad inferiora, uel per comparationem ad ſignificatum vocis illius ꝑ quã importatur.

aliqs cõcept⁹ dr̃ determinat⁹ vel indeterminatus dup.

Ille conceptus dicitur determinatus primo modo, qui non poteſt de pluribus prædicari, uel contrahi per differentias diuerſas, vt hoc animal: & per oppoſitum, ille dicitur indeterminatus hoc modo, qui poteſt de pluribus prædicari, vel contrahi per differentias oppoſitas, vt animal.

At ille conceptus dicitur determinatus ſecundo modo, qui quamuis ſit pars alicuius conceptus totalis, tamen determinatè, ſeu præciſè importatur per aliquam uocem: vt anima præciſè, ſeu determinatè importat partem hominis.

Et per oppoſitum ille conceptus dicitur indeterminatus, qui non importatur pręciſè per uocem ad quam comparatur; vt animatum non importat pręciſè partẽ hominis: huiuſque indeterminationis cauſa eſt modus ſignificandi.

Primæ autem indeterminationis cauſa (ſaltem loquendo de illa quæ eſt per comparationem ad contrahi per differentias oppoſitas) non eſt modus ſignificandi, ſed talis indeterminatio ineſt conceptui, ratione qua talis conceptus.

genus & dria nõ prĩo idẽ ĩportãt.

Ibi. Si enim vtrumque &c. Probat hoc ſecundum dictum. Si enim genus, & differentia idem primo importarent, non poſſet vitari nugatio in definitionibus. Conſequentia probatur, nam poſitis definitionibus pro nominibus, quod eſt de intellectu vtriuſque, illud idem bis diceretur, ut patet ex ſupradictis de modo cognoſcendi nugationem.

genus & dria ꝑdicatur ꝑ modum totius.

Tertium doctoris dictum eſt, quod genus, & differentia, ſumpta concretiuè (ꝑut intentiones a logico conſiderantur) ſignificat partem, hæc formalem, illud uerò materialem per modum totius. Hoc dictum probatur a doctore ibi. Si etiam alterũ &c. Quia ſi alterum haberet ſuum ſignificatum per modum partis, prædicatio eius de toto (ſ. de ſpecie) eſſet falſa.

Conſequentia patet nam tunc ibi eſſet repugnantia modorum ſignificandi, quę impedit propoſitionis ueritatem, ut ex infra dicendis in hac quæſtione manifeſtum erit.

Contra hoc ſunt duæ inſtantię. Prima quia ponere genus, & differentiam importare totum ratione modi ſignificandi, eſt ponere nugationem in definitione.

Nam licet primo non ponatur bis idẽ, quoniam idem primo non important, tamen ſecundario & ex conſequenti idem bis ponitur: quia ratione modi ſignificandi important idem, ut dictum eſt.

Secunda inſtantia eſt, quia ſi repugnantia modorum impedit unum poſſe uerè prædicari de alio, ergo accidens non poterit verè prædicari de ſubſtantia, quia modus per ſe ſtantis, & modus alteri inhærẽtis repugnant. Item iſta eſt uera, homo eſt ex anima & corpore, & tamen hic eſt repugnantia modorum ſignificandi.

genus & dria in d̃finitione qũo ĩportãt partẽ. cõnotatio non facit nugationẽ

Ad primam inſtantiam dico, quod licet genus & differentia importent totum ratione modi ſignificandi, tamen in definitione ſe habent, ac ſi non importarent totum, nam definiunt vt appropriatè ſignificant partem.

Vel dicas nugationem ſequi ſolummodo ex identitate principalis ſignificati, & non ex identitate connotati. Propter quod dicimus

dicimus hic nullam eſſe nugationem, muſicus albus currit, licet utrumque idem ſubiectum connotet.

Quorũ modorũ repugnãtiã ꝓpoſitionẽ falſificat. Ad ſecundam inſtantiam dico, quod nõ omnium modorum repugnantia impedit propoſitionis ueritatem, ſed ſolummodo modorum ſignificandi oppoſitio, ut ex infra dicendis in hac quæſtione manifeſtum erit. Imo nec talis oppoſitio modorum ſignificandi ſemper falſificat propoſitionẽ: ſed tantum illam in qua eſt prædicatio formalis, & in recto: vnde iſta non eſt falſa, homo eſt ex anima. Et ex his patet quid dicendum eſt ad ſecundam inſtantiam.

Ibi. Dici igitur poteſt &c. Reſpondet duabus primis rationibus principalibus, & duo facit. Primo quod dictum eſt. Secundo ſuſtinendo tres vltimas reſponſiones, reſpondet obiectionibus contra illas adductis. Secundum ibi. Quia vero &c.

Reſp ad 1. princ. Ad primum igitur argumentum principale reſpondendum eſt diſtinguendo maiorem. Nam nullam partem prædicari de toto poteſt intelligi dupliciter Vno modo de parte ſumpta per modum totius, & ſic maior eſt falſa.

Alio modo de parte ſumpta per modũ partis; & ſic conceditur maior, & negatur minor. Quamuis enim genus ſit pars ſpeciei, tamen vt de illa prædicatur, habet modum totius. Et propter hoc Philoſo. 4. Top. negat genus eſſe partem. Niſi dicas quod Philoſophus ibi intẽdit negare, quod genus ſit pars integralis, ſumpta præciſè, vt diſtinguitur contra partem eſſentialem, & quidditatiuam.

Ad probationem minoris dicendũ Philoſophum aſſerere genus eſſe partem ſpeciei, non tamen negat quin habeat modũ totius. Ad aliam probationem minoris qđ dicẽdũ eſt, patet ex dictis, & ex inf. dicẽdis.

Reſp. ad 2. ar. pr. Ad ſecundum argumentum principale, diſtinguendum eſt de materia ſumpta per modũ partis, uel per modum totius. Primo modo maior eſt vera, & minor falſa. Secundo maior eſt falſa, & minor vera.

Ad probationem maioris dico quod nõ ualet hęc conſequentia, materia prędicatur in concreto de illo cuius eſt materia, ergo actus potentia: Sicut nec etiam ſequitur homo prædicatur de forte, ergo forteitas eſt riſibilitas, uel rationabilitas. Imo nec ſequitur ergo materiale eſt formale. Ratio primi eſt, quia & ſi aliqua duo de aliquo tertio, & de ſe inuicem prædicantur in concreto, non tamen ex hoc ſequitur illa de ſe inuicem in abſtracto prædicari poſſe, quia non ſemper a concretis ad abſtracta ualet conſequentia; vt dictum fuit ſupra quæſt. prima. Ratio ſecundi eſt, quia materiale, & formale non ſignificant hoc quod eſt habẽs materiam, uel habens formam; ſed ſignificant aliquid ſe habens ut materia, vel vt forma, & ideo non ſignificant materiam per modum totius. Et hoc idem poſſet dici de actuali, & potentiali. Concreta igitur materiæ, & formę ſunt materiatum, & formatũ. Sic cõcreta potẽtiæ & actus poſſũt dici, potẽtiatũ, & actuatũ. Valet ergo hæc cõña materia ꝑdicatͣ de toto in cõcreto, ergo materiatũ eſt formatũ, & potẽtiatũ eſt actuatũ.

Ibi. Vt Auicenna exemplificat &c. Auctoritate ac exemplo Auicennæ declarat, uerum eſſe, quod pars poteſt ſumi per modum totius. Ex quo declarat quomodo animal & rationale exponi debeant. Exemplũ eſt de manuato, & capitato, quæ quamuis primo ſignificent diuerſa, ſcilicet manum, & caput: vtrumque tamen, ratione ſignificandi, important totum: vnde manuatum exponitur habens manum, & capitatum habens caput. Ita quoque animal exponitͬ hñs ſenſum, & rationale hñs intellectum.

Ibi. Quia verò reſponſiones &c. Doctor reſpondet rationibus adductis contra tres vltimas reſponſiones. Et facit duo. Primo reddit rationem quare ſuſtinet illas tres reſponſiones. Secundo facit quod dictum eſt. Secunda pars ſubdiuiditur in tres partes, ſecundum quod tres ſunt reſponſiones contra quas adduxit obiectiones.

Ibi. Et quia ſecunda &c. Poſtquam dixit poſtponendam eſſe primam illarum quatuor euaſionum, ac ſuſtinendas eſſe ſolum modo tres vltimas: quas poſſunt reduci ad ſuam. Nunc breuibus declarat quare concedit ac ſuſtinet ſecundam reſponſionem, atque. Et quia ſecunda reſponſio concedit genus ſignificare partem materialem ꝑ modum concreti in quo conueniunt iſtę duæ (ſ. illa ſecunda reſponſio & ſua) ſecũdum quod prior (idest ſecundum quod illa ſecunda reſponſio, quæ dr̃ prior, quia prius fuit poſita, q̃ rñſio Scoti) valet, ſeu eſt uera.

Mauritius

Mauritius dicit doctorem appoſuiſſe illa verba.

Secundum quod prior ualet. Quia illa reſponſio poteſt bene, vel male applicari. Aliter poſſumus dicere, quod cum reſponſio Scoti concedat partem ſumptam per modum totius prædicari de toto, & illa ſecunda reſponſio concedat partem concretiuè ſumptam prædicari de toto; nec hoc ſit uerum de parte quomodocunque concretiuè ſumpta (in plus enim ſe habet ſignificare partem concretiuè, quam ſignificare partem per modum totius) ideo doctor addidit, ſecundum quod prior valet.

Pro quo notandum quod cum modus ſignificandi concreti ſit habere, ſeu habens, & habens dicatur de habere aliquid tanquam informatiuum, ac informabile, & de habere aliquid tanquam incluſum, idcirco modus ſignificandi concreti eſt multiplex. Vnde quando aliqua pars ſignificatur in habitudine ad aliam partem, ut quã accidens ſignificatur in habitudine ad ſubiectum, & relatio ad fundamentum, ſignificatur concretiuè. Etiam quando pars ſignificatur in habitudine ad totum, ſignificatur concretiuè. Et quamuis una habitudo, ſeu concretio non ſit alia, tamen poſſunt ſe inuicem comitari; non enim eſt inconueniens idem habere duos modos ſignificandi non oppoſitos, oppoſitione qua opponuntur modi ſignificandi concreti, & abſtracti: & hinc eſt, quod anima concretiuè ſumpta poteſt dici de corpore, & de homine, nam corpus dicitur animatum, & homo animatus.

Ex his omnibus patet, quod in plus ſe habet ſignificare partem concretiue, quam ſignificare partem per modum totius, quia ſignificare unam partem in habitudine ad aliam, puta in habitudine informabilis, uel informantis eſt ſignificare partem concretiuè, non autem eſt formaliter illam ſignificare per modum totius, at ſignificare illam in habitudine ad totum, eſt illam ſignificare per modum totius.

Ibi. Ad primam cum dicitur &c. Reſpõdet obiectionibus adductis contra ſecundam reſponſionem. Ad primam neganda eſt conſequentia. Et cum probatur, quia omne concretum eſt determinatiuum.

Diſtinguit de concreto: nam ſicut duplex eſt abſtractum, quorum unum abſtrahit a ſubiecto, aliud a ſuppoſito, (vt ſupra diximus) ita duplex eſt concretum, unum quod concernit ſubiectum, quod eſt alterius naturæ a forma ſignata, ſeu ſignificata: aliud quod concernit ſuppoſitum. De concreto primo modo ſumpto eſt uera dicta propoſitio ſumpta, quod ſcilicet omne concretum, &c. At de concreto ſecundo modo ſumpto eſt falſa. abſtractum, & concretũ dup.

Notandum quod iſta abſtractio formæ a ſubiecto, vel a ſuppoſito, non eſt quãtum ad eſſe actualis exiſtentiæ; ſed quantum ad intellectum conſiderantem, & quantum ad uocem ſignificantem formam ſine habitudine ad aliud.

Ibi. Per idem ad &c. Per idem reſpondet ad ſecundum argumentum contra eãdem reſponſionem ſecundam, non procedit de concreto ſumpto primo modo.

Ibi. Ad probationem &c. Reſpondet ad probationem illius propoſitionis ſumptæ ad probandam conſequentiam, quæ propoſitio erat. Omne concretum &c. Quam probabat per hoc, nam cuilibet concreto conuenit denominatiuorum definitio. Reſpondet negando iſtud aſſumptum, quia concreto ſubſtantiali non conuenit denominatiuorum definitio, cum non differat ſolo caſu, ideſt ſola cadentia, ſeu inclinatione formæ ad ſubiectum reſpectu abſtracti: quãuis differt ſola inclinatione formæ ad ſuppoſitum.

Notandum quod caſus in definitione denominatiuorum non debet accipi præciſè pro cadentia, ſeu nominis deſinentia, ſed pro cadentia, ſeu inclinatione, ſeu habitudine ad ſubiectum. caſus in defõne denoĩatiuorũ quõo accipitur.

Verum tamen eſt quod iſta cadentia, ſeu inclinatio non intelligitur quantum ad eſſe: quia cum nullum accidens poſſit quantum ad eſſe abſtrahi a cadentia ſaltem aptitudinali a ſubiecto, quoniam talis cadentia ſeu inhærentia aptitudinalis eſt paſſio accidentis, ſine qua accidens eſſe nequit, ideo nullum accidens poſſet accipi abſtractiuè, quod eſt falſum. Eſt igitur ſermo de cadentia, ſeu inclinatione quæ eſt quantum ad intelligi, ac ſignificari, ut dictum fuit ſup. Vnde nomen concreti ſignificat accidens cum tali, uel ſub tali cadentia ad ſubiectũ; & abſtractum ſignificat accidens, non ſigni- denominatiuorũ defõ quõo ĩtelligenda.

gnificando,ſeu non conſignificando talem cadentiam.

Nec eſt inconueniens hoc modo abſtrahere accidens, quia abſtrahentium non eſt mendacium,ex ſecundo phy.tex.com.18.& 3.de anima.tex.com.35.

cõtradictio Scoti. Sed videtur doctorem contradicere ſibi ipſi,nam in 2.diſtinct.12.quæſt.2. ſoluẽdo primum principale, exponit definitionem denominatiuorum etiam de concretis ſubſtantialibus, cuius oppoſitum videtur hic dicere. Dicendum doctorem hic loqui de denominatiuo,& definitione proprie ſumpta;at in ſecundo loquitur de ea extenſiuè, ſumendo cadentiam, vt ſe extendit ad cadentiam, quæ eſt ad ſuppoſitum propriæ naturę. Vide ad hoc Auerr.in Epito.in libros logicę dicentem. Nomina denominatiua eſſe illa, quę dicuntur primo de re denudata in intellectu ab omni eo quod ſecum ligatur,& deinde tranſmutatur tranſmutatione ſignificante ſuper intentiones iſtarum rerum in ſubiecto.

Contra. Ibi. Contra reſponſionem &c. Denuo obiicit contra eandem reſponſionem ſecundam,oſtendendo genus non poſſe prędicari de toto in concreto. Et ratio eſt talis,nã ſicut animal ſignificat materiam hominis in concreto, ita lignum ſignificat materiã arcæ in concreto: ſed concretio ligni reſpectu ligneitatis non facit quin iſta ſit falſa, arca eſt lignum,ergo nec concretio animalis reſpectu animalitatis facit quod iſta nõ ſit falſa,homo eſt animal.Quod autem iſta ſit falſa,arca eſt lignum:patet ex 9. metap. tex.com. 12.

reſponſ. Reſponſio eſt negando ſimilitudinem de ligno reſpectu arcę, & de animali reſpectu hominis, quia animal eſt concretum reſpectu hominis, at lignum non eſt concretum reſpectu arcę, quia nullum ſubiectum poteſt eſſe concretum reſpectu ſui accidentis,ſed arca ratione formæ, quam principaliter ſignificat.eſt accidens, quia ſignificat formam artificialem, quę ſe habet ad naturalem ſicut accidens ad ſubiectum.

Hic habes duo dicta a doctore, quæ nõ uidentur uera. Primum quod lignum non poteſt prædicari de arca,quia non eſt concretum reſpectu eius. Secundum quod nullum ſubiectum eſt concretum reſpectu ſui accidentis.

Contra primum arguitur ſic, oſtendoq. hanc non eſſe rationem quare lignum non poteſt prædicari de arca;nam materia in rebus generatis,& ſubiectum in rebus alteratis ſe habent oppoſito modo quoad prędicari de materiato, ſed materia in rebus generatis prædicatur de materiato in cõcreto, & non in abſtracto, ergo ſubiectum in rebus alteratis, & artificiatis prædicatur in abſtracto, & ex conſequenti hæc eſt uera, arca eſt lignum. lignum an poſſit prędicari de arca.

Maior eſt Auer.2.de generatione. commen.4. vbi vult quod materia non prædicatur de materiato in rebus generatis, ſed in rebus alteratis.Minor eſt Auer.7.met.commen.23.& 24. & 9. met. Commen. 12. ac alibi ſępè.

Contra ſecundum dictum eſt expreſſa ſententia Ariſt.7. met.tex.Comm.25. & 9. met.tex.Com.12. vbi habet hæc verba. Nec hic ſtatuæ lignum, ſed deriuatiuè dicitur lignea, non lignum, & ænea,non æs, & lapidea & non lapis,& domus lateritia,ſed non lateres. Hæc ille. Ex quo ſequitur aliquod ſubiectum eſſe concretum reſpectu ſui accidentis: quod tamen negat doctor. Item contra vtrumque dictum ſimul arguitur,nam iſta conceditur album eſt lignum, ut patet primo Poſter. tex. 35. ergo ſimiliter iſta poteſt concedi arca eſt lignum. ſubiectũ ã poſſit eſſe concretũ reſpũ ſui accñtis.

Item Auer.2.de generatione. Comm.4 habet hæc uerba. Si aliquis nominauerit annulum, aut armillam aurum, rectè dicet.

Ad oppoſitum eſt doctor hic, & Auerr. 9.met.Comm. 12. ubi dicit, quod materia non prædicatur de materiato nomine principali,ſed denominatiuo. Et loquitur ibi, ne dum de materia prima, ſed etiam de ſubiecto cuiuslibet accidentis, ut patet ex verbis eius pręcedentibus.

Ad primum quod obiicitur, nego maiorem. Ad eius probationem dico Philoſophum, & Auerr. ſecundo de generatione. tex.Commen.quarto, loqui ſecundum mẽtem Platonis, quod patet ex uerbis eius, quæ ſunt talia. Reſp.ad primũ.

Sed quorum quidem alteratio eſt, ita, quorum autem generatio,& corruptio,impoſſibile illud appellant,ex quo generatum eſt.Pondera ly appellant, & uidebis verum eſſe quod dixi.

Et

Exponitur Phi. & Com. 2. de generatione.

Et cum Commen. ait, Et hoc quod dixit &c. loquitur de Platone, & ait. Et hoc quod dixit (ſ. Plato) non eſt verum (ſecundum ipſum) in rebus generatis &c. Aliter poſſumus dicere, quod Philoſophus ibi loquitur de materia ſumpta per modum partis, nam ſic ſumpta non prædicatur de materiato in rebus generatis, ſecus eſt in rebus alteratis, alteratione propriè ſumpta: vnde iſtæ propoſitiones conceduntur, album eſt lignum, hoc album eſt ſocrates, hoc album eſt hoc lignum, & alię huiuſmodi. Et notanter loquor de alteratione propriè ſumpta, quia ſi eſt ſermo de alteratione impropriè ſumpta (qualis eſt illa, quę fit ſecundum formam artis) falſum eſt quod materia poſſit in rebus ſic alteratis prædicari de materiato in abſtracto; vnde Philoſophus 7. & 9. meth. negat iſtam, arca eſt lignum. Quod ſi quæras, quare conceditur iſta arca eſt lignea, & negatur iſta, arca eſt lignum.

Quare iſta ē falſa, arca eſt lignū & iſta vera, arca ē lignea

Dicendum quod lignum ſignificat partem per modum partis, & ligneum per modum totius. Vel dicamus quod cum lignū de ſe ſit priuatum forma arcæ, ideo ratione priuationis ſibi annexæ non poteſt ſimpliciter dici de arca, dicendo, arca eſt lignum. Cum autem includatur in arca, ut pars materialis eius, ideo arca, ratione talis incluſionis, non omnino refugit eius prædicationem, & idcirco iſta conceditur arca eſt lignea.

Ad aliud quod obiicitur contra ſecundum dictum. Dico, doctorem ſic intelligendum eſſe. Nullum ſubiectum quantuncunque concretum reſpectu ſui proprii ſuppoſiti, eſt concretum reſpectu ſui accidentis. Vel dicamus ligneum non eſſe concretum reſpectu formæ arcæ, quæ accidit ſibi, ſed eſt concretum reſpectu arcæ, ut arca dicitur quoddam totum conſtitutum ex ligno, & ex illa forma artificiali: & hoc patet, quia ligneum non ſupponit pro forma arcæ, ſed pro tota arca. Secus eſt de accidēte reſpectu ſubiecti, unde album ſupponit pro homine, cum dicimus, album intelligit.

Quare iſta cōceditur album eſt lignum.

Ad tertium dico, quòd iſta propoſitio album eſt lignum, eſt vera, & conceditur a Philoſophio, non quia lignum ſit concretum ad album, ſeu ad albedinem, ſed quia eſt concretum reſpectu huius ligni, cui primo accidit albedo. Quod probatur auctoritate, & ratione. Auctoritas eſt Commen. primo Poſter. Commen. 148. vbi habet hæc verba. Nam cum nos enunciamus hoc album eſſe lignum, intelligimus, quod illa res, cui contingit, vt ſit alba, eſt lignum, non quod ipſum album ſit ſubiectum ipſius ligni, quoniam lignum non eſt ex prædicatis per ſe de ipſo albo. Hæc ille. Ratio eſt talis. Nulla propoſitio, in qua ſubiectū reſpectu prædicati nequit accipi pro eo ꝙ ſupponit, ſeu pro ſe; ſed accipitur tantum pro eo, pro quo ſupponit, ſeu pro alio, eſt uera ratione concretionis prædicati ad id quod ſupponit ſubiectum, ſed ſolummodo ratione concretionis prędicati ad id pro quo ſupponit ſubiectum: at in iſta propoſitione album eſt lignum, ly album accipitur reſpectu ligni, pro eo quod ſupponit, & nō pro eo quo ſupponit, ergo iſta propoſitio (album eſt lignum) eſt vera ratione concretionis ligni ad hoc lignum pro quo ſupponit album reſpectu talis prędicati, & non erit uera ratione concretionis ligni ad albedinem.

Maior, & minor huius rationis patent ex his quæ habet doctor. quæ. 8 prædicam. in ſolutione ſecundi principalis. Et ex his, quæ infra dicemus, declarando quomodo modus ſignificandi eſt ratio, ſeu cauſa ſine qua non ueritatis propoſitionis.

Ad vltimum dico, quod Plato, cum quibuſdam aliis antiquis, exiſtimabat materiā in rebus generatis eſſe aliquod ens in actu, habens proprium nomen, vnde opinabantur idem eſſe iudicium de materia in operibus naturę & in operibus artis. Contra quē dicit Philoſophus, quod hoc quod dixit Plato (ſcilicet materiam eſſe ens actu, ac proprio nomine nuncupari) non eſſe verū in rebus generatis, ſed in rebus alteratis. Et propter hoc Auer. dicit quod annulus, & armilla poſſunt nominari aurum. Non ꝙ iſta ſit uera, armilla eſt aurum. Sed quia id quod dicitur armilla poteſt nominari aurum: vnde dicimus habentem armillam habere aurum.

Exponitur Phi. & com. 2. de generatione.

Quod non uidetur eſſe uerum de materia prima, cum non habeat aliquod proprium nomen. Vel dicimus Commen. concedere ad mentem Platonis armillam poſſe

ſe nominari aurum. Quaſi dicere velit. Cōceſſo etiam quod armilla poſſit dici aurum, non tamen ſequitur hoc idem eſſe verum in rebus generatis, quia ibi habemus proprium nomen, hic verò non. Non curāt ergo Philoſophus & Commen. de antecedente Platonis. ſed ſolummodo de conſequentia, quam infert ex ſimilitudine poſita ab ipſo inter naturalia, & artificialia.

Ibi. Ad aliud argumentum, &c. Reſpondet argumento de tranſmutata proportione, adducto contra tertium modum inden di ad duo argumenta principalia. Pro intellectu huius argumenti, ac reſpōſionis eius, quatuor ſunt notāda. Primo quod proportio propriè eſt habitudo vnius quantitatis ad aliam, vt habitudo duorum ad quatuor impropriè autem eſt quædam habitudo rerum ſpecie differentium. Tranſmutare verò proportionem, eſt permutare talem habitudinem in habitudinem alterius rationis, quæ habitudo mutatur (ſicut & quilibet alius reſpectus) variato termino. Exēpli gratia accipiantur quatuor numeri puta ſex, tria, quatuor, & duo: habitudo quæ eſt inter ſex & tria eſt proportio dupla, qualis eſt etiam inter quatuor & duo: modo ſi ſex non ad tria, ſed ad quatuor comparetẽ, habitudo eius mutatur in ſex quialteram, quæ eſt alterius rationis a proportione dupla. Fit igitur propriè permutatio proportionis quotieſcunq; fit variatio habitudinis exiſtentis inter quantitates Impropriè autem & tranſumptiuè fit, quotieſcunq; fit variatio conſimilis habitudinis inter quaſcunq; res: quæ habitudinis variatio cōtingit ꝓp variationem termini illius habitudinis. Secundo notandum quod in argumento à ꝑmutata proportione debent accipi quatuor termini, inter quorum duos vltimos ſit talis habitudo, qualis eſt inter duos primos, nam ratione talis proportionalitatis, ſeu cō ſimilis habitudinis, tenet iſte modus arguēdi, propter hoc enim concludimus talem fore habitudinem ſecundi ad quartum, qualis eſt primi ad tertium. Vt ex hoc qđ inter quatuor & duo eſt dupla proportio, qualis eſt inter ſex & tria, concludimus inter tria & duo eſſe proportionem ſexquialteram, cum eadem proportio ſit inter ſex & quatuor.

Tráſmutare proportionem qd

Qūo arguitur à permutata proportione.

Vnde permutatur proportio, comparando primum ad tertium, & ſecundum ad quartum, vel è conuerſo. Tertio notandū, quod iſto modo arguendi propriè, & principaliter vtimur in quantitatibus, quia in illis propriè & principaliter eſt proportio, & ex conſequenti permutata proportio. Vnde Euclides lib. 5. propoſitione 16. (ex quo loco ſumptus eſt iſte modus arguendi) ait. Quod ſi quatuor quantitates proportionales fuerint, permutatim proportionales erunt. Secundario autem, & tranſumptiuè poſſumus vti iſto modo arguendi vbicunque poteſt haberi aliqua proportio correſpondens propoſitioni 16. & 15. libri quinti Euclidis, vt dicit Doctor in 1. d. 36. reſpōdendo ad argumenta Henrici.

Quod autem iſto modo arguendi poſſimus vti in alijs prædicamentis, patet per Philoſophum. 2. Priorum cap. 21. vbi vult, quod ſi à. & b conuertuntur, & c. & d. conuertantur: & ſi à. & c. contradicunt, b. & d. contradicunt, & è conuerſo.

Etiam 2. Periher. prope finem Philoſophus ſic arguit. Sicut ſe habet illa, non bonum non eſt bonum, ad illam bonum eſt bonum, ita ſe habet iſta, non bonum eſt bonum, ad iſtam bonum non eſt bonum.

Ita etiam arguit Doctor hic, nam ſicut ſe habet ratio ad rem, ita partes rationis ſe habent ad partes rei, ergo permutatim, ſicut ſe habent partes rei ad rem, ita partes rationis ad rationem, ſed partes rei non prędicantur per ſe de tota re, ergo nec partes rationis, de tota ratione.

Quarto notandum, quod de iſto modo arguendi poſſunt poni duæ regulæ generales.

Argm̃ à permutata proportione, qñ tenet, & qñ nō.

Prima eſt quod iſte modus arguendi vniuerſaliter non tenet quantum ad antecedere & ſequi, quia numquam tenet talis permutatio comparando extrema ad inferius & ſuperius, vt dicit Scotus prima diſtinctione, 36. imo ſic arguendo ſemper fit fallacia conſequentis, & hoc maximè inferendo, ſicut primum ad tertium, ita ſecundum ad quartum, quia vt dicit Doctor vbi ſupra, extrema duarum contradictionum ad inuicem comparata habent proportionem conuerſam in inferendo, & nō eandem, quia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis, & non è conuerſo.

Exemplum eſt ſic arguendo. Sicut ſe habet homo ad non hominem, ſic ſe hēt aīal ad non animal, ergo permutatim, ſicut ſe habet homo ad animal ſm conſequentiā ſic ſe habet non homo ad non animal, ſed omnis homo eſt animal, ergo omne nō hō eſt non animal. Quod tñ falſum eſt, quia aſinus eſt non homo, & non eſt non aīal. Secunda regula eſt, quod iſte modus arguendi generaliter tenet quoad contradicere, & conuerti (vt dicit Sco. 4. d. 43 q. 3.) id eſt in terminis contradictorijs & conuertibilib. quod expreſſè colligitur à Phil. vbi ſupra. Exemplum poteſt poni arguendo in iſtis terminis, genitum, corruptibile, ingenitum incorruptibile, qui termini videntur conuerti, & opponi, & ideo ſequitur, quod ſicut genitum & ingenitum, ita ēt corruptibile & incorruptibile opponuntur.

In alijs autem ab antecedere & ſequi, in quib. generaliter non tenet iſte modus arguendi, & ab opponi, & conuerti, in quib. generaliter tenet, poteſt qñque commutari proportio, & quandoq; non, & hoc rōne diuerſitatis materierum, & modi inferendi: vnde in alijs ab iſtis non pōt aſſignari aliqua regula generalis, vt patet à Doctore vbi ſupra, & ab Ant. Andr. in fine. 2. Perih. Vbi concedunt, quod extrema duarū cōtradictionum ad inuicem comparata, qñque habent proportionem conueſam, & non eadem, in inferendo. Non igitur mirum ſi Doctor hic dicit, permutationē fieri quoad diſtinctè importare, (quod eſt verum ratione materiæ, de qua loquitur Philoſophus) quia non quoad aliud valet ſimilitudo Ariſt. 7. met. vnde ſicut tota ratio determinatè importat totam rem, ita pars rationis determinatè importat partem rei.

Litera declarat[ur]. His notatis litera Scoti patet, quam tñ aliqualiter declaro. ait ergo. Dico, quod ſimilitudo Ariſt. (quod. ſ. ſicut ratio ad rem, ita partes rationis ad partes rei) intelligenda eſt quoad determinatè importare (ſeu exprimere, vel dare intelligere, ſeu ſignificare) nō quoad (vniformiter) prædicare. Quod etiam manifeſtè dicit ibidem Commen. vbi habet hæc verba. Quemadmodum definitio declarat quidditatem rei, ita pars definitionis declarat partem quidditatis rei.

Duo dubia diluunt[ur]. Ibi. Sicut enim, &c. Probat, quod dixit, & litera patet duob. dubijs dilutis. Primum eſt; nam genus eſt pars rationis, & tñ nō vr̄ importare aliquid determinatè, quia eſt indeterminatum, & indifferens. Secundū dubium eſt, quia non vr̄ falſum, quod anima ſit rationalis. Tum quia, Athanaſ. in ſymbolo ſuo vocat illā rationalem, cum ait. Nā ſicut anima rationalis, & caro, &c. Tū quia propter vnumquodq; tale, & illud magis, ſed pp animam intellectiuā homo dr̄ rationalis, ergo, &c. Ad primum dico, qd̄ ſicut aliud eſt apprehendere confuſum, & aliud apprehendere confuſè, vnde confuſum pōt apprehendi diſtinctè; ita aliud eſt importare determinatum, & aliud importare determinatè, genus importat determinatè aliquod indeterminatum, & indifferens.

Importare determinatū, & determinatè differrūt.

Verum tamen eſt, quod genus, ratione ſignificati in ſe cōſiderati, importat aliquod ens, vel aliquam realitatem in ſe determinatam ad talem, vel talem gradum entitatis, vnde nec genus à differentia, nec materia à forma intrinſecè perficitur. At rōne modi ſignificandi dicitur indifferens ad plura inferiora. Quomodo etiam ratione ſignificati poſſit genus dici indifferens ad oppoſitas differentias, hoc alibi declaratum fuit. Ad aliud de anima intellectiua, dico ad primū. Quod rationale pōt accipi quadrupliciter; nam quandoque ſumitur pro natura intellectiua vnitiuè continente intellectum, & voluntatem. Quandoque pro potentia rationali, vnde intellectus eſt potentia rationalis per eſſentiam, & voluntas per participationem. Quandoque ſumitur pro aptitudine ad ratiocinandum, & hoc modo eſt paſſio. Quandoque ſumitur vt dicit partē formalem, ſeu differentiam ſumptam per modum totius.

Genus quō eſt indeterminatū, & indifferens.

Rōnale multipliciter.

Et hoc vltimo modo ſumendo rationale, dicit Doctor hanc eſſe falſam, anima eſt rationale. Athan. autem accipit rationale tertio modo. Vel primo modo, anima nāque dicitur rationalis vnitiuè, quia ſibi vniuntur potentiæ rationales. Vel dicitur rationalis denominatiuè a ratione quæ eſt potentia rationalis, vel ab eius actu, qui eſt ratiocinari, vel ab vtroq;, quoniam poteſt vti tali actu mediante tali potentia.

Ad ſecundum dico illam propoſitionē, propter quod vnumquodque, &c. non eſſe veram in cauſa formali. Vel dicas, quod eſt tantum vera, vbi aliquod vniuocum dicitur

pp qd̄ vnūquodque tale &c. qñ eſt vera.

de

de cauſa & effectu, quod natum eſt ſuſcipere magis, & qñ cauſa eſt per ſe, & totalis. Vt docet Scotus. q. 20. prædicam. & q. 12. primi poſter. modo rationale non dicitur vniuocè de homine, & anima.

Declaratur reſp. Boetij.

Ibi. Quarta reſponſio, &c. Declarat quõ intelligenda eſt reſponſio Boetij: ex qua declaratione manifeſtum eſt quid dicendum eſt ad vtramque rationem factam contra illam, quæ declaratio conſiſtit in duobus dictis. Primum eſt, quod genus in prædicando, ac in definiendo propriè eſt pars & totum, quia vtrobique ratione ſignificati importat partem, & ratione modi ſignificandi importat totum. Et tantum hoc concludunt duo argumenta facta contra Boetij reſponſionem. Secundum dictum eſt, quod genus appropriatè prædicatur vt totum, i. vt habens modum totius: & appropriatè definit vt pars. Probatur, nam quod conuenit pluribus, vel eidem comparato ad plura, & aliqua ſpeciali ex cauſa attribuitur vni illorum, vel eidem cõparato ad aliquod illorum, appropriatè conuenit illi, ſed eſſe partem conuenit generi vt comparatur ad ea de quibus prædicatur, & ad ea quæ definit, & aliqua ſpeciali ex cauſa ſibi attribuitur vt definit, ergo eſſe partem appropriatè conuenit generi vt definit. Maior probatur nam illud dicitur propriè conuenire alicui, quod ex ſe, & ab intrinſeco ſequitur ipſum. Illud autem dicitur appropriatè conuenire alicui, quod ex ſe conuenit pluribus vel vni comparato ad plura, & ſpeciali ex cauſa attribuitur vni illorum, vel eidem cõparato ad aliquod illorum. Minor quoad primam partem patet, quia genus comparatur ad ſpeciem ſicut prædicatum, & ſicut definiens, & eſt pars eius. Secunda pars minoris probatur in litera ibi. Nam definitio &c. Vbi aſſignat illam ſpecialem rationem propter quam attribuimus generi eſſe partem, vt definit. Quæ ratio eſt, quia genus vt definit diſtinctè non exprimit niſi partem Probatur ſicut enim tota definitio debet diſtinctè exprimere totum definitum, ita pars partem diſtinctè debet exprimere, quod patet ex illo. 7. met. Sicut ratio ad rem, ita pars rationis, ad partem rei; genus autem eſt pars definitionis; aliter in definitione eſſet nugatio addendo differentiam generi, ergo, &c.

Genus quõ ĩ p̄dicãdo, & in definiẽdo eſt pars ac totũ.

propriè, & appropriatè cõuenire alicui quid.

Genus ĩ definiẽdo eſt pars appropriatè.

Tertio principaliter argumentatur ſic. Si homo eſt animal, ergo humanitas eſt aĩa litas, conſequens falſum, ergo & antecedẽs. Conſequentia probatur ratione, & exẽplo. Ratione ſic. Quando eſt prædicatio per ſe in antecedente, tenet conſequentia à cõcretis ad abſtracta, ſed in hoc antecedente, hõ eſt animal, eſt prædicatio per ſe, ergo valet conſequentia ad abſtracta, inferendo humanitatem eſſe animalitatem. Maior probatur, nã omnis prædicatio per ſe primo modo inter concreta, tenet ratione eſſentiæ ſignificatæ, & non ratione illius quod concernitur, ergo vbi verius ſignificatur eſſentia, verius erit prædicatio per ſe, ſed in abſtractis verius ſignificatur eſſentia, quàm in concretis, igitur ſi eſt prædicatio per ſe inter concreta, erit multo magis inter abſtracta. Nota pro intellectu illius literæ. Quia ſi ſit p̄ ſe, tunc &c. Quod aliqua propoſitio poteſt eſſe vera, aut ratione eſſentiæ ſignificatę, vt ſunt propoſitiones primi, ac fortè ſecundi modi dicendi per ſe. Aut ratione illius, qđ concernunt termini, vt eſt de iſta, albũ eſt muſicum, & de conſimilibus. *3. Arg prin.*

Ibi. Item patet, &c. Probat exemplo ſeu à ſimili eandem conſequentiam, quia licet non ſequatur, muſicum eſt coloratum, ergo muſica eſt albedo, quia antecedens non eſt per ſe: Tamen bene ſequitur, album per ſe primo eſt coloratum, ergo albedo eſt color, igitur a ſimili valet hęc conſequentia, homo eſt animal, ergo, &c.

Ibi. Quia ex modo ſignificandi, &c. Probat Doctor quod valet iſta conſequentia, album eſt coloratum, ergo albedo eſt color. Notandum ex Mauritio Doctorem per modos ſignificandi intelligere concretum, & abſtractum, quæ idem ſignificant. Secundo notandum quod in concretis diſparatis nõ tenet conſequentia ad abſtracta: quia tunc tollitur cauſa veritatis propoſitionis, quæ eſt conuenientia terminorũ in tertio: & iõ non ſequiť, muſicũ eſt albũ, ergo muſica eſt albedo. Tertio notandũ, qđ a cõcretis in eſſentialiter ſubordinatis valet cõſequentia ad abſtracta nõ vltimata; quia tũc nõ tolliť cauſa veritatis, q̃ eſt rõne formaliter ſignificatorũ: & ideo ſequiť albũ eſt coloratũ, ergo albedo eſt color. Quarto notandum quod modi ſignificandi concreti & abſtracti uariant logicè terminũ, & ideo nulla eſt

Cõcretũ & abſtractũ uariãt terminum logice.

conſequentia ſic arguendo, homo eſt aĩal, ergo humanitas eſt animalitas. Et hoc ne dum quia humanitas, & animalitas abſtrahunt ab incluſione formali, quę denotatur per iſtos terminos homo & animal, mediante tamen copula verbali: Sed etiam quia argumentum eſt in quatuor terminis. Quinto notandum quod album & coloratũ eſt concretum ad ſubiectum; quia prædicatur de homine, & aſino. Eſt etiam concretum ad ſuppoſitum, quia prædicatur de albo & de nigro, vt patet ex his quæ diximus ſup. q.25. Sexto notandum literam Doctoris ſic eſſe intelligendam. Quia ex modo ſignificandi terminorum (ſcilicet albedinis & coloris) idem (.ſ. eademmet ratio veritatis, quę eſt incluſio prædicati in ſubiecto) ponitur in conſequente (quod eſt albedo eſt color) quod (ideſt quæ ratio veritatis) per ſe exprimitur in antecedente. Quod eſt album eſt coloratum. Exprimitur autem talis ratio veritatis in antecedente, ratione concretionis ad ſuppoſitum; quia coloratum eſt concretum ad ſubiectum, & ad ſuppoſitum, vt diximus.

Ibi. Probatio falſitatis, &c. Probat conſequentis falſitatem, inferendo in tertia figura aliquod magis inconueniens. Si enim humanitas eſt animalitas, cum pari ratione humanitas ſit rationalitas, quia æquè per ſe prædicatur rõnale de hoĩe, ſicut & aĩal, ergo ſequitur in tertia figura (in qua medium bis ſubijcitur) quod rationalitas ſit ꝑ ſe animalitas. Concluſio falſa, igitur maior. Quia ſi minor eſt falſa, ſequitur etiam maiorem eſſe falſam. Tum quia ex maiori ſequitur minor. Tum quia ſimilis ratio eſt de vtraque. Notandum quod æquè per ſe prædicari, poteſt intelligi aut quantum ad modum, aut quantum ad gradum perſeitatis. Primo modo genus & differentia ęque per ſe prædicantur de ſpecie. Secundo vero modo non æque per ſe prædicantur.

Aequè per ſe ꝑdicari dupliciter.

Ibi. Quod illa concluſio, &c. Probat falſitatem illius concluſionis, nam omnis prędicatio vera in abſtracto eſt per ſe, primo modo, ſed hæc non eſt per ſe, animalitas eſt rationalitas, ergo non eſt vera. Argumentum eſt in quarto ſecundæ figuræ. Minor patet ex. 6. top. & 3. met. tex. Comm. 10. vbi Philoſophus vult genus non prædicari per ſe de differentia. Ait enim. Impoſſibile verò eſt aut ſpecies generis de proprijs differentiis prædicari, aut genus abſque ſuis ſpeciebus. Maiorem dupliciter probat. Primo quia colligitur ex dictis Ariſto. 7. met. tex. Com 43. Vbi volens oſtendere, quod differentia ſuperior eſt de intellectu inferioris, oſtendit ex hoc, quod prædicatio differentiæ ſuperioris de inferiori in abſtracto eſt vera. Dicit enim, quod fixio pedis eſt pedalitas quædam. Vbi fixio, & pedalitas ſunt abſtracta. Igitur ſi ratio Ariſt. eſt bona, qua oſtendit differentiam ſuperiorem prædicari per ſe de inferiori, quia prædicatio ſuperioris differentiæ de inferiori in abſtracto eſt vera; ſequitur quod quælibet prędicatio vera in abſtracto, eſt per ſe primo modo: propter hoc enim tenet illa ratio Ariſt. ſed an iſta ſit intentio Philo. in illo tex. 43. declaratum fuit ſupra q. 12. circa finem.

Ibi. Idem oſtenditur, &c. Probat eandẽ maiorem tali ratione. Quælibet propoſitio, quæ eſt vera præciſè ratione eſſentiæ ſignificatæ eſt per ſe primo modo, at propoſitio, in qua prædicatur abſtractum de abſtracto, eſt vera ratione eſſentiæ ſignificatæ, ergo, &c. Minor probatur, nam abſtracta ſignificant eſſentiam ſecundum ſe, igitur ſi vnum verè de altero dicatur, &c. Cuius ratio eſt, quia tunc veritas non poteſt eſſe ratione alicuius connotati, ſed præciſè ratione eſſentiæ.

Ad hoc tertium argumentum principale reſpondet negando conſequentiam. Ad eius probationem dicit. Reſp. ad 3. argũ.

Quod a concretis, dictis à concretione ad ſubiectum, ad abſtracta media abſtractione, valet conſequentia; dummodo inter concreta ſit prædicatio per ſe. Quia non ſequitur, album eſt muſicum, ergo albedo eſt muſica, nam in antecedente non eſt prędicatio per ſe.

Quoniam Doctor in probando conſequentiam, ponit quaſdam propoſitiones, propter quas poſſunt multæ difficultates proponi, ac ſolui, ſi rectè intelligantur, ideo ipſas declarare intendo. Prima quarum eſt, quare ſi a concretis, vbi eſt prædicatio per ſe, valet conſequentia ad abſtracta, non eſt uerior prædicatio ultimatè abſtracti de vltimatè abſtracto, cum ueritas in illis concretis ſit rõne eſſentiæ ſignificatę, & ueritas ueri⁹ ſignificet ꝑ abſtracta. Dico duplicẽ

verita-

veritatis caã in ꝓpoſitionib. per ſe primi modi.

veritatis cauſam in propoſitionibus per ſe primi modi vna eſt primaria, alia ſecundaria,& ſine qua non primaria & per ſe, eſt habitudo extremorum,ſeu incluſio eſſentialis vnius extremi in alio: iſta enim homo eſt animal,eſt vera, & per ſe,propter habitudinem extremorum, & incluſionem vnius in altero. Secundaria & ſine qua non, eſt vniformitas modorum ſignificandi, denotãtium incluſionem extremi in extremo;& ꝓp hoç, modorum ſignificandi oppoſitio, in limitatis, & vbi prædicatur adiectiuum, cauſat propoſitionis falſitatem,vt infra videbimus. Ex his patet,in concretis vbi eſt prędicatio per ſe,nõ eſſe veritatem, pręciſè ratione eſſentiæ ſignificatę;& ideo nõ valet conſequentia inferendo illam magis eſſe veram in abſtractis.

humanitas ẽ aĩalitas quare falſa.

Secunda propoſitio declaranda eſt,quare iſta eſt falſa; humanitas eſt animalitas. Dico hanc eſſe falſam, non quia humanitas abſtrahat ab eo quod eſt de eius eſſentia; ſed quoniam animalitas,ꝙ ponitur ex parte prædicati,eſt vltimatè abſtracta,& ex conſequenti abſtrahit ab omni habitudine ad ſuppoſita,& ideo non poteſt de ipſis verificari;nec ex conſequenti de humanitate verè prædicari.

Dubiũ.

Et ſi contra iſta obiicias, nam animalitas dicitur de hac & illa animalitate, ergo non abſtrahit ab omni habitudine ad ſuppoſita.

Aliud ẽ abſtrahi à ſingulari, & aliud à ſuppoſito.

Dico aliud eſſe abſtrahi à proprio ſingulari,& aliud abſtrahi à proprio ſuppoſito ſeu inferiori, vt colligitur de mente Scoti.1.d.5 q.1.in quadam additione.primum eſt impoſſibile in abſtractis,etiam vltimatis; vnde humanitas non abſtrahit ab hac humanitate, nec aĩalitas ab hac aĩalitate: & ideo quodlibet vltimatè abſtractum põt prædicari de ſuis proprijs ſingularibus:& dico proprijs, quia de ſingularibus alterius non põt prædicari; vnde licet hęc ſit vera, hęc aĩalitas eſt aĩalitas,tñ hæc eſt falſa, hęc humanitas eſt aĩalitas.

vltimatè abſtractũ non abſtrahit à ꝓprio ſingulari.

Et ſi quęras an ſaltem iſta ſit vera in obliquo, humanitas eſt ex animalitate? Dicit Linconi.1.poſt.c.de per ſe talem propoſitionẽ, ac cõſimiles eſſe veras,& per ſe. Sed ſm Auic. aliter eſt dicendũ, vult.n.vir iſte (vt refert Sco.8.poſt.q.19.in reſp. argumentorũ) humanitatẽ,& hominẽ non idem ſignificare,

humanitas & hõ nõ idẽ ſignificant.

humanitas namq; ſignificat formã per quã homo eſt id quod eſt. homo verò ſignificat compoſitũ conſtituẽtium;cum igitur humanitas ſit forma totius,quę non integrat, ſed reſultat ex compoſitione, ideo hæc propoſitio humanitas eſt ex animalitate (in qua denotatur compoſitio humanitatis ex animalitate)eſt falſa. Et propter hoc idem hæc eſt falſa,humanitas eſt ex animalitate, & rationalitate;cui ẽt Mauritius hic.dub 4. aſſentit. Ex hoc ẽt ſequitur cõtra Lychetũ. 1.d.5.q.1. hanc eſſe falſam, humanitas eſt aĩal; & hoc ne dum ꝓp modorũ ſignificandi repugnantiã,quæ in limitatis impedit ꝓpoſitionis veritatẽ;ſed ẽt quia aĩal non includit in humanitate vt pars quidditatis, cũ humanitas non integret, ſm quendam modũ dicendi.

humanitas eſt animal, falſa ẽ. Lych. Error.

Aliter declaro eandẽ ſecũdã propoſitionẽ,quare.ſ. hęc eſt falſa humanitas eſt aĩalitas,& pono talẽ regulã.

Eiuſdẽ propoſitionis alia declaratio. Regula.

Quotieſcunq; ſubiectũ,& prædicatũ alicuius propoſitionis ſunt vltimatè abſtracta,& ſubiectũ reſpectu prædicati,ẽt primi modi, ſe habet vt totũ,vel per additionẽ ad ipſum, propoſitio eſt falſa. Ex hac regula ſequitẽ hãc eſſe falsã,humanitas eſt aĩalitas,dato ẽt ꝙ humanitas includat aĩalitatẽ vt partẽ quidditatiuã;nã humanitas ſe hẽt vt totũ, & aĩalitas vt pars, nõ põt aũt pars per modum partis de toto verè dici,ſaltẽ in recto,ſequitẽ ẽt vlterius hãc eſſe falſam, humanitas eſt aĩalitas,& rõnalitas,cuius ratio eſt quia humanitas ſe hẽt per additionẽ ad prædicatũ, cũ vltra aĩalitatem,& rationalitatẽ,dicat tertiã entitatem à partibus conſtituentib. diſtinctã.

humanitas ẽ aĩalitas, & rõnalitas, eſt falſa.

Tertia propoſitio declaranda eſt,qñ tenet conſequentia à concretis ad abſtracta

à cõcretis ad abſtracta, qñ valet cõſequẽtia.

Dico ſm Doctorẽ hic, quod non tenet à concretis ad ſuppoſitũ;vnde nõ ſequitẽ homo eſt aĩal,ergo humanitas eſt animalitas. Nec ẽt vniuerſaliter valet arguendo à quouis concreto ad ſubiectum,vnde non ſequitur,muſicum eſt album,ergo muſica eſt albedo. Tenet igitur tantum arguendo à cõcretis dictis ad ſubiectum, vbi eſt prædicatio per ſe primo modo,ad abſtracta media abſtractione,& ideo ſequitur, albũ eſt coloratum,ergo albedo eſt color.

An oĩs ꝑdicatio vera in abſtractõ ſit ꝑ ſe ꝑ primo mõ.

Quarta propoſitio dilucidanda eſt. An omnis prędicatio vera in abſtracto ſit per ſe primo modo.

Dico, quod loquendo de vltimata abſtractione, facta per terminos primę intentionis, propoſitio illa eſt vera. Vnde ſi fiat abſtractio per terminos ſecundæ in-

intentionis,ut dicendo conceptus albedinis eſt color,vel conceptus coloris, propoſitio nec eſt per ſe,nec uera. Etiam ſi prædicatio illa fiat in media abſtractione abſtractis, non ſemper erit per ſe primo, ſed quando que ſic,vt dicēdo albedo eſt colorquandoque non,vt dicendo albedo eſt apta nata diſgregare,& accipio hic aptum natum diſgregare, ac ſi eſſet paſſio albedinis . Si verò fiat in ultimatè abſtractis, prædicatumque ex ſua ratione formali non ſit natum prædicari niſi formaliter,(quod tunc eſt ſecundum iſtum. 1. d.4. quæſt ſecunda quando prædicatum non poteſt conuenire ſubiecto niſi formaliter, hoc eſt per modum informantis,& inhærentis,ac per modū qualificantis,vel quaſi qualificantis (vide Trōbetam in formalitates Scoti art. de identitate formali) ſemper ſi propoſitio eſt vera, erit per ſe primo modo : quod etiam dicit Scotus.1.diſt.quęſt.1.ubi ponit talem regulam .

Regula Scoti. Quando ſubiectum eſt ultimatè abſtractum , & prædicatum ex ratione ſua non poteſt prædicari niſi formaliter , non poteſt propoſitio eſſe uera , niſi ſit per ſe primo modo.Sed cōtra iſtam regulam. Ochā. 1.diſt 5 Alfonſus Toletanus, & multi alii inſtāt,hæc enim eſt.vera humanitas eſt diſtincta ab equinitate,ſimiliter iſta, eſſentia communicatur videtur, fruitur , & tamen nulla eſt per ſe primo modo , regula igitur non eſt uera.Fian de Mayro. in conflatu. diſt.5.ponit multas limitationes huius regulæ.Mauritius,hic,& ſuper quæſt.primam difficultate 8.& in Formalitatibus. arti. de identitate , ac diſtinctione formali, ponit tres limitationes huius regulæ , ſcilicet qđ tenet in prædicatis poſitiuis, aliam formalitatem ex natura rei a ſubiecto importantibus , & de ſuppoſitis primo verificabilibus.Lychetus,Bargius.1.diſt.5.quidamque alii (quod etiam habes in formalitatibus a Sirecto) dicunt vltimatè abſtractum includere hoc ſinchategorema per ſe primo modo,uel conſimile,quod etiam Ocham,ac ferè omnes logici concedunt. Hoc igitur ſtāte, ſine aliqua limitatione concedenda eſt regula Scoti. Et ad ea quæ obiiciuntur, dicendum eſt omnes tales propoſitiones eſſe falſas de rigore ſermonis;& licet communiter concedantur ,hoc tamen eſt ex vſu loquendi,& propter nominum penuriam .

Limitationes Fran.

Limitationes Maur.

Limitat. Lycheti.

Poſtquam per media ſpecialia falſificare voluit propoſitam propoſitionem , hic ſex mediis communibus idem facere intendit;primum quorum (quo vtitur doctor in hac quarta ratione)eſt locus a relatiuè, ſeu diſparatè oppoſitis. Quare autem iſta loca topica uocantur media communia,dictum fuit quæſt.prima. Fundatur ergo ratio iſta in repugnantia, quæ eſt inter genus & ſpeciem,quę eſt oppoſitio relatiua, & diſparata.Sunt enim genus, & ſpēs correlatiua,ut habet Porphy. cap. de ſpecie; & etiam ſunt ſpecies diſparatæ uniuerſalis , vt viſum eſt ſup.q.8 ac alibi. Quarta igitur ratio principalis ſic erigatur. Quæcunq.propoſitio, in qua ſubiectum, & prędicatum accipiuntur ſub oppoſitis rationibus,eſt falſa:ſed in iſta propoſitione,homo eſt animal, ſubiectum & prædicatum accipiuntur ſub oppoſitis rationib.ergo hæc propoſitio, homo eſt animal,eſt falſa. Minor patet nā hō accipiť ſub ratione ſpēi, & animal ſub ratione generis,at rō generis,& ſpēi opponunť relatiuè,ac diſparatè. Minor probatur,nam non ꝑp aliud hæc eſt falſa, albedo eſt alba; eſt enim hic oppoſitio modorum ſignificādi . Pro intellectu huius literæ . Quia vbi ſpecies ſubiicitur,&c.notandum ſpēm , & genus hoc in loco poſſe accipi pro ſubſtracto, vel pro formali:ſi accipiantur pro ſubſtracto quemadmodum Io. Angli. dicit doctorem hic intendere,tunc ſenſus eſt: quia ubi ſpēs(.i.homo)ſubiicitur, & genus (.i aīal,) &c.& ita in his uerbis proponit doctor qđ intendit probare.Si aūt accipiantur pro formali , tunc ſenſus eſt , quia ubi ſpēs(.i.hō ſub ratione ſpēi)ſubiicitur,& genus (.i aīal ſub ratione gnīs)prędicatur &c.

4.Argū. princip.

Huic rationi ſubtiliſſimè reſpondet, diſtinguendo inter modos ſignificādi,&modos intelligendi,ac declarando quare oppoſitio primorum modorum falſificat propoſitionem,quod non facit oppoſitio aliorum modorum. Dicit ergo ꝙ quidam ſunt modi qui propriè dnr modi ſignificandi . Notandum modum ſignificandi æquiuocè dici de mō ſignificandi paſſiuo,& de mō ſignificandi actiuo:modus ſignificandi paſſiuus eſt proprietas rei vt eſt per uocem ſignificata:modus ſignificandi actiuus eſt ꝓprietas,q̄ rō conſignificandi uocať dictioni

Reſp.ad 4. argm̄ princip.

Mod' ſignificādi actiu' & paſſiuus q.d.

nl ab intellectu attributa, mediante qua dictio formaliter fit pars orationis. Pro quo ſciendũ, ſignũ, dictionem, partem orationis, & terminum conuenire, & differre: cõueniunt in ſubiecto & obiecto: in ſubiecto quia in eadem uoce reperiri poſſunt, hæc enim uox, homo, uocatur ſignũ, dictio &c. conueniunt etiam in obiecto, quia idem obiectum reſpicere poſſunt, ſicut ſignum & ſignatum:

Signum quid.

differunt autem penes proprias rõnes, dr.n. ſignum prout aliquid abſolutè repreſentat, quemadmodum uocem ſignificatiuam, ac gemitum infirmorum ſigna appellamus: eſt aũt dictio vox ad placitũ ſignificatiua,

Dictio quid.

conſtituitur nãq. dictio in eſſe dictionis ꝑ rationẽ ſignificandi ad placitũ uoci ſuperadditam; & dico notanter ad placitum propter gemitũ infirmorũ, q eſt vox ſignificatiua, & tamen non eſt dictio, quia non ſignificat ad placitum, ſed naturaliter: dico ẽt notanter voci ſuperadditam, quia ſi ſignum manib. factum ad ſignificandum aliquid imponeretur, non tamen eſſet dictio. Ex hoc ſequitur, quamlibet dictionem eſſe ſignum, ſed non è conuerſo.

Pars orationis quid.

Pars orationis eſt dictio cui ſuperadditus eſt mod⁹ ſignificandi actiuus: pars.n. orationis fit formaliter pars, per modum ſignificandi actiuum;

Mod⁹ ſignificãdi quare ſic uocetur.

qui uocatur modus ſignificandi, quia ſub illo dictio ſignificat. Qui modi ſignificandi diuiduntur in modum ſignificãdi eſſentialem, & accidẽtalẽ:

Modorũ ſignificãdi diuiſio.

modus ſignificandi eſſentialis eſt per quẽ pars orationis hẽt ſimpliciter eſſe, uel ſm genus, uel ſm ſpẽm: qui diuiditur in modũ ſignificandi eſſentialem generaliſſimum, ſubalternum, & ſpecialiſſimum.

Mod⁹ ſignificãdi eſſentialis q̃d & quotuplex.

Modus ſignificandi accidẽtalis eſt qui aduenit parti orationis poſt eius eſſe cõpletũ: q ẽt ꝓp hoc accidentalis uocat. Et diuidi ſolet in modũ ſignificandi abſolutũ & reſpectiuum:

Mod⁹ ſignificãdi accidentalis quid, & quotup.

modus ſignificandi abſolutus eſt qui conuenit partib. orationis vt in ſe conſideratis, ꝑ iſtum.n. unũ conſtruibile non hẽt reſpũm ad alterũ, ſed ſolum ad rei ꝓprietatẽ, & ꝓp hoc nihil facit ad congruitatẽ, uel incongruitatẽ orationis: eſſe namq. ſimplicis, vel compoſitæ, vel decompoſitę figuræ, ſilr eſſe primitiuę uel deriuatiuæ ſpẽi, nil facit ad congruitatẽ, uel incongruitatẽ orationis. Modus ſignificandi accidentalis reſpectiuus, eſt quo adueniente parti orationis poſt eius eſſe cõpletum, unum conſtruibile, alterum reſpicit: ut ſunt genus, numerus, perſona, & caſus: & iſti modi uocantur accidẽtales, quia adueniunt parti orationis poſt eius eſſe cõpletum; uocantur autem reſpectiui, quia ꝑ iſtos partes orationis mutuo ſe reſpiciunt; vnde ſuppoſitum & appoſitum debent cõuenire in numero, & perſona, vt dicẽdo homo eſt aĩal, vbi homo eſt ſuppoſitum, & animal eſt appoſitum; ſubſtantiuum autem & adiectiuum debent conuenire in numero, caſu, & perſona, ut dicendo homo eſt albus. Et de iſtis modis ſignificandi accidentalibus loquitur doctor hic.

Terminus q̃d.

Terminus eſt in quem reſoluitur propoſitio ut in prædicatum & ſubiectum: dictio enim uocatur terminus ut habet rõnem vltimatè terminandi reſolutiones ſyllogiſticas. Ibi. Qui conueniunt dictioni, &c. vult dicere, iſtos modos ſignificandi conuenire dictioni, nõ ex natura rei, ſed ex impoſitione, ſeu attributione intellectus, ut patet ſupra q. nona. Ibi. Et illi ſunt a ſignificato &c.

Modi ſignificãdi sũt a ſignificato ĩſeparabiles.

Dicit doctor iſtos modos ſignificandi eſſe a ſignificato inſeparabiles: quod non debet intelligi abſolutè, nec quantum ad ſignificatum materiale, ſed ut ſignificatur per talem dictionem, & quantum ad ſignificatum formale, de quib. ſtatim infra erit ſermo. Hoc probat doctor ibi. Quia ſignificatum &c. & ſic erigatur ratio. Si iſti modi ſignificandi non eſſent inſeparabiles a ſignificato, ergo idem per eandem dictionem poſſet ſignificari ſub oppoſitis modis: conſequens falſũ, ergo & antecedens.

Lra exponitur

Conſequentia patet: Falſitas conſequentis probatur in litera cũ ait, quia ſignificatur tali dictione (.i. dictione habente talem modum ſignificandi actiuum) non poteſt intelligi (.i. ſignificari per talem dictionem) ſub oppoſito talis modi ſignificandi ſine repugnantia. Quæ autem ſit iſta repugnantia de hoc ſtatim. Exemplo hoc manifeſtat cum ait, ſicut homo ſecundum quod ſingulare non poteſt intelligi ſub modo plurali ſine repugnantia. Sed quæres quę nam eſt iſta repugnantia? Dicit Mauritius illam repugnantiam eſſe incongruitatem, falſitatem, & imperfectionem orationis. Io. Anglicus dicit illam repugnantiam eſſe, quia tunc unus homo eſſet plures homines. Aliter dico, quod qualis eſt repugnantia intelligẽdo aliqd ſimul

eſſe album,& nigrum,talis eſt intelligendo aliquid ſignificari per eandem dictionē ſub oppoſitis modis. ſicut n.vbi ratione negationis incluſæ in altero contrariorū ſequitur,homo eſt albus ergo non eſt niger , eſt niger ergo non eſt albus ; & ideo ſi eſſet albus & niger,ſequeretr qđ eſſet albus,& non albus,niger & non niger; ita ēt ſequitr,iſta dictio,homo,eſt numeri ſingularis,& caſus nominatiui , ergo nec eſt numeri pluralis, nec caſus genitiui; ſi aūt eſſet numeri pluralis,& caſus genitiui, ſequitur non eſſe numeri ſingularis,& caſus nominatiui, ſi ergo eadem dictio poſſet ſignificare aliquod ſignificatum ſub oppoſitis modis ſignificādi,puta numeri ſingularis & pluralis,ſequitur talem dictionem(puta homo)eſſe numeri ſingularis,& non eſſe numeri ſingularis: hæc igitur eſt repugnantia de qua hic loquitur Doctor. Sed dubium eſt cōtra iam determinata , videtur.n. modū ſignificandi nō eſſe inſeparabilem nec ſeparabilem à ſignificato. Probo, modus ſignificandi non eſt in ſignificato, ergo nec eſt inſeparabilis nec ſeparabilis à ſignificato; conſequentia patet,nam accidens non dr̃ inſeparabile ab eo in quo non eſt.

Modus ſignificā di an ſit inſeparabilis à ſignificato?

Item iſta eſt vera,homo eſt biſſillabum , & tñ homo hic non eſt maſculini generis, ſicut eſt hic,homo eſt albus . Dico ſignatū vt ſignatum eſſe inſeparabile à ſigno , & è conuerſo,relatiua.n. ſunt ſimul natura; cū igitur ſignificatum ſe habeat vt ſignatum , & dictio modusq; ſignificandi ſe habeat vt ſignum;ſignificatum vt tale erit inſeparabile à modo ſignificandi; & dico notanter vt tale, quia licet abſolutè ſit ſeparabile, non tñ vt ſignificatum ſeu ſignatum per talem dictionem , habentem.ſ.talem modum ſignificandi. Ad id quod primo obijcitur dico , modum ſignificandi eſſe in ſignificato mediante dictione.Vel dicas modum ſignificandi eſſe in ſignificato vt ſignum in ſignato.Ad aliud dicit Mauritius dubio quinto,modum ſignificandi eſſe inſeparabilem à ſignificato formali,ſeu à dictione ſignificatiui accepta ; cum autem dicis homo eſt biſſillabum:dico quod ibi non accipitr homo ſignificatiuè : dat etiam alias duas reſponſiones, quas ibidem videre poteris.

Reſpon.

Ibi. Alij verò ſunt modi,&c.Ponit aliud membrum huius diuiſionis & ait . Quod ſunt alii modi magis propriè dicti modi intelligendi,qui tantum inſunt ſignificato [non abſolute , nec vt ſignificatur per talē dictionem,ſed ſecundum quod ſub aliquo certo modo concipitur. Quis autem ſit iſte modus ſeu forma ſub qua,vel per quā concipitur ſignificatum,dictum fuit ſupra queſtione.9. Ex his habes quare priores modi ſignificandi,poſteriores verò modi intelligendi vocantur,primi enim,quia ſignificato vt ſignificatur inſunt, modi ſignificandi dicuntur;poſteriores verò quia ſignificato vt concipitur inſunt, modi intelligendi nominantur,& iſti ſunt modi logicales, illi autem grammaticales.

De modis intelligendi.

Modi ſignificādi & intelligēdi quare ſic vocanť.

Ibi. Qui quidem ſunt ſeparabiles, &c.declarat qualiter modi intelligendi ſe habeāt reſpectu ſignificati, & ait, ipſos ſeparabiles eſſe à ſignificato ; probat, & ratio ſic erigatur.Quicquid ſic ſe habet,quod aliquid poteſt intelligi ſub ipſo,& ſub oppoſito illius ſine repugnantia,eſt ſeparabile ab illo , ſed modus intelligendi ſic ſe habet,quod ſignificatum , vt ſignificatur ſub tali dictione , poteſt intelligi ſub oppoſito talis modi ſine repugnantia , ergo modus intelligendi eſt ſeparabilis à ſignificato . Minorem dupliciter probat , primo ratione , ſecundo exemplo.

Ratio eſt talis. Sicut ſe habent iſtæ intentiones logicales ad ea quibus applicantur , ſic ſe habent res quibus applicantur ad intelligi ſub ipſis,ſed oppoſitæ intentiones ſine repugnātia eidem rei applicari poſſunt, vt patet de generis,& ſpeciei intentionibus quæ animali applicantur,ergo & res ſeu ſignificatum poteſt intelligi ſub oppoſitis ſine repugnantia.

Exemplum patet in litera , homo enim poteſt intelligi ſub oppoſito huius intentionis,ſpecies,ſine repugnantia, vt iſte homo,qui eſt indiuiduum. Huius rationis habes in litera tantum minorem, ac ambas eius probationes.

Ibi. Primi modi qui ſunt, &c. Poſita diſtinctione,ac declarata natura horum modorum[primi enim ſunt inſeparabiles, ſecundi autem ſeparabiles]conſequenter oſtēdit quare,& quando primorum modorum oppoſitio falſificat propoſitionem, & quare aliorum oppoſitio non falſificat. Et dicit , quod modorum ſignificandi[circa idē

ſigni-

ſignificatum exiſtentium)oppoſitio falſificat propoſitionem, quia ſunt rationes formales ſub quibus ſignificata vniuntur, nec relinquunt ſignificatum reſpectu cuiuſcũque prædicati.

Significata, & nõ modi ſignificandi vniunt̃ĩ propoſitione.

Ibi. Et licet non ſint illa, &c. Duo notabis pro hac litera. primo ea quæ vniuntur in propoſitione eſſe dictiones, ſed ſignificata vt per dictiones ſignificantur: patet dicendo, homo eſt animal, vbi non denoto modum ſignificandi hominis eſſe modum ſignificandi animalis, nam cum homo ſit maſculini generis, & animal neutri, ſenſus eſſet genus maſculinum eſt genus neutrũ, quod eſt falſum. Secundo notandum, quod ſi vterque modorum ſignificandi accipiat̃ vt modus, verum eſt, quod non ſunt illa quæ vniuntur; ſi autem vterque accipiatur vt quid, ſic poſſunt eſſe ea quæ vniuntur, vt patet in his propoſitionibus, nominatiuus eſt caſus, numerus eſt modus ſignificandi, caſus enim ſe habet tanquam ſuperius ad nominatiuum, eo quod dicitur de nominatiuo, genitiuo, ac de reliquis caſibus.

Cõſtructionis prĩcipia quot.

Ibi. Sunt tantum formalia principia, &c. Notandum, quod ipſius vnionis [quæ eſt conſtructio congrua, & perfecta] ſunt quatuor principia, vt clarum eſt in grammatica iſtius, in tractatu de conſtructione, ſcillicet materiale, formale, efficiens, & finale: materiale principium eſt ipſa conſtructibilia, puta dependens & determinans, nec in qualibet conſtructione ſunt plura quam duo conſtructibilia: vnde errant dicentes, quod in iſta, homo albus currit, eſt tantum vna conſtructio. Formale principium eſt ipſa vnio conſtructibilium, hæc.n. eſt forma conſtructionis. Principium efficiens eſt duplex.ſ.intrinſecum, & extrinſecum. Intrinſecum ſunt modi ſignificandi, qui pro tanto conſtructionem efficere dicuntur, quia diſponunt ac præparant conſtructibilia ad actualẽ vnionẽ, quę fit per intellectũ, q̃ equidem diſpoſitio quodamodo eſt ſimilis illi, qua lignũ per calorẽ diſponitur ad formã ignis; diſponunt.n. formaliter conſtructibilia per modos ſignificandi, & ideo vocant̃ principia formalia, ſeu rationes ſub quibus ſignificata vniuntur, qui modi in generali ſunt modus dependendi, & modus dependentiã terminãs. Principiũ extrinſecũ conſtructionis eſt intellectus: ipſe.n. cõſtructibilia, [p]parata ac diſpoſita ꝑ modos intrinſecos, actualiter vnit in cõſtructionẽ: & vocat̃ principiũ extrinſecũ, quaſi manẽs extra cõſtructionẽ. Principiũ finale eſt duplex intrinſecũ, &: extrinſecũ, intrinſecũ eſt ſermo congruus & perfectus, extrinſecũ eſt expreſſio mentis conceptuum compoſitorum.

In vna conſtructione ſunt tm̃ duo cõſtructibilia.

Modus ſignificãdi eſt prĩcipiũ conſtructionis.

Intellectus eſt prĩcipiũ conſtructionis.

prĩcipiũ finale cõſtructionis.

Oppoſitio modorũ ſignificãdi, qñ & quare falſificat propoſitionem.

Ibi. Ideo tales modi, &c. Hic habes oppoſitionẽ modorũ ſignificandi cãre falſitatẽ propoſitionis qñ ſunt circa idẽ ſignificatũ, vt eſt hic, albedo eſt alba: cuius ratio eſt ſm̃ Io. Anglicũ nã concretũ eſt effectus formalis noĩs abſtracti, & effectus formalis nũquã de ſua cã formali ꝑdicat̃, vt ait Fran. de Mayr. in cõflatu.d 5.q.1.& 2. cũ ergo albedo ſit nomen abſtractũ, & alba cõcretũ, iſta erit falſa albedo eſt alba. Qñ aũt oppoſitio modorũ ſignificãdi nõ eſt circa idẽ, ſed circa diuerſa ſignificata, tunc nõ falſificat propoſitionẽ, vt eſt de iſtis hõ eſt albus, hõ eſt aĩal, vbi hõ eſt abſtractũ, & albus cõcretũ ſimiliter homo eſt maſculini generis, & animal neutri. Si aũt quæras, an iſta ſit falſa, hõ eſt albũ, paries eſt nigra? Dicendũ iſtas ac huiuſmodi propoſitiones magis dicendas eſſe incõgruas, q̃ falſas.

Dubiũ notabile

Dubiũ occurrit, circa exemplũ doctoris de hoĩe, & albo, vbi ĩnuit, qđ homo eſt abſtractũ, & albus cõcretũ: cuius oppoſitũ vr̃ eſſe dicendũ, nã in ſubſtantia vnica tm̃ fit abſtractio, q̃ eſt à ſuppoſito, at homo eſt ſub̃a, & nõ abſtrahit à ſuppoſito, ergo nõ eſt abſtractũ. Huius tñ oppoſitũ habes à Sco. hic, & 1. poſt. q. 19. & 3. d.7.q.1. in reſponſione ad ſm̃ principale, qꝫ ibidẽ dicit Io. de Baſſolis, ẽt Tataretus in poſtprędicamẽta Ariſt. art. 2. dubitatione 3. Rñdeo, & dico, qꝫ cũ cõcretũ de ſignificato materiali ſeu minus principali rõne reſpectus importet aliqđ, qđ nec ſignificat̃, nec importat̃ ab abſtracto, iſteq; reſpectus poſſit eſſe quandoq; ad aliqđ intrinſecũ, qñque ad aliqđ extrinſecũ, hinc eſt qđ ne dũ in accidentibus, ſed ẽt in ſub̃a cõcretorum ſeu denominatiuorũ pluralitatẽ ponimus: accidentia.n. puta albedo, hẽt reſpectũ ſeu habitudinẽ ad ſuppoſita proprię naturę, q̃bus formaliter identificat̃, & ideo dr̃ cõcretũ ad ſuppoſita: ſignificat̃ etiam albedo in habitudine ad ſubiectum, tanquam ad aliquod ſibi extrinſecum, & hoc cum ſignificatur nomine albi, album namque eſt concretum ad ſubiectum.

Hõ an ſit media abſtractione abſtractũ.

Vide oĩno Sco, 3.d.7.q. 1.fol. 34.

Reſpon. in ſub̃a & accidentib. quare ẽ cõcretorũ pluralitas.

Simili-

Similiter in ſubſtantia quoque vltra denominatiua ad ſuppoſita, poni poſſunt alia denominatiua ſeu concreta; quod non contingit propter informationis reſpectũ, ſicut eſt in accidentibus, ſed propter habitudinem poſſidentis ſeu poſſeſſoris, vel propter habitudinem alicuius extrinſeci ad talem ſubſtantiam.

Humanũ quid ſignificat.

Exemplum eſt in propoſito de humano quod eſt proprium denominatiuum hominis, & ſignificat aliquid in habitudine ad hominem, puta partem eſſentialem ac integralem hominis, vel rem productam, ſeu poſſeſſam ab homine. Vel ſignificat hominem in habitudine ad iſta, propter quod nobis dicere licet, animam humanam, pedẽ humanum, ho. que opus humanum eſſe.

In ſubſtantia ſũt duę abſtractiones.

Ex his ſequitur hominem eſſe abſtractũ, non à ſuppoſito, ſed à concreto dicto per modum materialis habitudinis, & hoc modo non inconuenit ponere in ſubſtantia plures abſtractiones, quarum prior ſit à cõcreto dicto per modum materialis habitudinis, poſterior verò ſit à concreto dicto ad ſuppoſitum: primo modo homo dicitur abſtractum reſpectu humani, ſecundo modo humanitas eſt abſtractũ reſpectu hominis.

Modorũ intelligendi repugnãtia quare nõ falſificat ꝓpoſitionem.

Ibi ſecundi modi extranei, &c. Oſtendit quare repugnantia modorum intelligendi non falſificat propoſitionem; & vult hoc ideo eſſe, quia in propoſitione modi intelligendi nec per ſe vniuntur, nec ſunt principia formalia ſub quibus ſignificata formalia vniuntur, cuius ratio eſt, nam cum intentiones non inſint rebus per ſe, ſed vt cõparantur ad intellectum, vt patet ſupra quęſtione.9. eſſeque ſit rei per ſe, vt patet.q.14. ideo iſti modi extranei ſunt ſignificatis vt vniuntur per hoc verbum eſt; non poſſunt ergo eſſe ea, quæ per ſe vniuntur; nec ea ſub quibus ſignificata formalia vniuntur. Ex his erigatur talis ratio in ſecunda figura, nulli eorum quæ per ſe vniuntur, vel ſub quibus vniuntur ſignificata in propoſitione, extraneatur eſſe, ſed modis intelligendi extraneatur eſſe, ergo modi intelligendi nec ſunt quæ vniuntur, nec principia formalia vnionis, nec ex conſequenti eorum oppoſitio cauſat falſitatem propoſitionis, quia falſitas propoſitionis tantum cauſatur ab oppoſitione eorum quæ vniũtur, vel principiorum formalium vnionis.

5. Arg. prin.

Quinto principaliter falſificat eandem propoſitionem, arguendo ab inferiori ad ſuperius medio communi ſumpto à ſimili in affirmatione, & negatione, & ratio ſic diſponatur. Sicut affirmatio animalis ſequitur ad affirmationem aſini, quia eſſe animal ſequitur ad eſſe aſinum, ſic negatio animalis puta non eſſe animal, ſequitur ad negationẽ aſini, puta ad non eſſe aſinum, ſed ſequitur homo eſt aſinus, ergo homo eſt animal, igitur ſequitur, homo non eſt aſinus: ergo homo non eſt animal, & cum hoc vltimum antecedens (ſcilicet homo nõ eſt aſinus) ſit verum, hoc etiam vltimum conſequens [ſcilicet homo non eſt animal] erit verum.

Minor probatur, nam oppoſitum conſequentis, ſcilicet hominem non eſſe animal, non ſtat cum antecedẽte, non enim poteſt eſſe quod homo ſit aſinus, & non ſit animal, minor igitur eſt vera.

Notandum nullum eſſe inconueniens antecedens eſſe falſum, & conſequentiam bonam, ex falſo namque poſſumus Syllogizare verum, vt patet. 2. Priorum.q.2.

Maior ſeu aſſumptum dupliciter probatur primo auctoritate Ariſt. primo poſter. tex. Comm 30. vbi vult quod ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, ergo & negatio negationis, aut enim ſi negatio cauſa eſt ipſius non eſſe, affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe; cum ergo affirmatio aſini ſit cauſa affirmationis animalis, negatio erit cauſa negationis, & ita ad non eſſe aſinum, ſequitur non eſſe animal.

Secundo probatur idem aſſumptum argumento à permutata proportione, pro quo accipiantur hi quatuor termini, affirmatio aſini, negatio aſini, affirmatio animalis, negatio animalis, & ſic erigatur ratio. Sicut ſe habet affirmatio aſini ad negationem aſini, ita ſe habet affirmatio animalis ad negationem animalis, ergo permutatim ſicut ſe habet primum [ſcilicet affirmatio aſini] ad tertium [ſcilicet ad affirmationem animalis] ſic ſe habet ſecundum [ſcilicet negatio aſini] ad quartum [ſcilicet ad negationem animalis, ſicut ergo affirmatio animalis ſequitur ad affirmationem aſini, ita negatio ad negationem.

Iſtum modum arguendi à permutata proportione oſtendit eſſe bonum duplici

auctori-

auctoritate Philoſophi, de quo modo arguendi dictum eſt ſupra in hac quæſtione.

Reſp ad 5. prin. Huic rationi reſpondet negando aſſumptum ſeu ſimilitudinem de affirmatione, & negatione, ratio autem negationis eſt, quia implicat fallaciam conſequentis, à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis, licet enim affirmatio animalis ſequatur ad affirmationem aſini, non tamen negatio animalis ſequitur ad negationem aſini, vnde ſic arguendo, non eſt aſinus, ergo non eſt animal, committitur fallacia conſequentis, vt ſatis patet.

Affirmatio ſi eã affirmationis, & negatio negationis, qũo intelligit. Ad primam probationem aſſumpti dicit, Ariſt. dictum verum eſſe in cauſis præciſis ſeu adæquatis, in quibus ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio erit cauſa negationis, in cauſis autem non præciſis, & non adæquatis, hoc non eſt verum.

Hancque gloſſam eſſe de intentione Philoſophi, oſtendit ex exemplis poſitis ab Ariſt. ibidem, vult enim Philoſophus, quod cauſa præciſa & propinqua quare paries non reſpirat, non eſt quia non eſt animal, ſed quia non habet pulmonem, ſi enim nõ eſſe animal eſſet parieti cauſa præciſa non reſpirandi, tunc eſſe animal eſſet cauſa præciſa reſpirandi, quod eſt falſum; nam quædam ſunt animalia quæ non reſpirant, vt patet de piſcibus habentibus bronchias 6. de natura animalium cap. 12. & in Auer. 3. de partibus animalium cap. de pulmone; cum ergo habere pulmonem ſit cauſa præciſa reſpirandi, non habere pulmonem erit cauſa non reſpirandi; modo in propoſito affirmatio ſpeciei non eſt cauſa præciſa inferendi affirmationem generis, cum eſſe animal ſequatur, ne dum ad eſſe aſinum, ſed etiam ad eſſe hominem, leonem, & ad alias ſpecies animalis.

Obiectio. Sed contra hoc arguo, videtur enim, quod ſicut ſe habet affirmatio ſpeciei ad affirmationem generis, ita etiam ſe habeat negatio ad negationem, nam relatiua ſunt ſimul natura, quia poſita ſe poſſunt, & perempta ſe perimunt, at genus, & ſpecies ſunt relatiua, ergo, &c.

Relatiua quõ ſimul natura. Reſpondeo, quod illa propoſitio Ariſt. (ſcilicet relatiua ſunt ſimul natura) eſt vera de relatiuis per ſe, mutuo dependentibus, ac pro formali ſumptis; qualia relatiua ſunt genus, & differentia.

Non tamen eſt vera de relatiuis pro materiali captis, vt expoſui in quibuſdam meis annotionibus ſuper prædicamenta Ariſto. Modo Doctor hic loquitur de genere, & ſpecie, vt ſumuntur pro materiali, nec ſic ſunt relatiua.

De hac etiam ſimultate relatiuorum tangam infra. q. 24. in prima reſponſione ad primum principale. Ad aliud de permutata proportione patet ex dictis quid eſt reſpondendum.

6. Argu. prin. Sexto principaliter argumentatur medio communi deſumpto ab eodem & diuerſo. Nam ſi animal prædicatur de homine, aut ergo eſt animal quod eſt idem homini, aut quod eſt aliud, at nullum horum eſt dicendum, ergo, &c.

Primum probatur, nam ſi animal quod eſt idem homini prædicatur de homine, ergo prædicatio generis de ſpecie eſt prædicatio eiuſdem de ipſo; quod non videtur eſſe verum: quia tunc idem eſſet dicere, homo eſt animal, quod homo eſt homo.

Secundum probatur, quia ſi animal quod prædicatur de homine eſt aliud ab homine ergo non poteſt prædicari de homine. Probatur nam diſparatum non poteſt prædicari de diſparato cum differant eſſentialiter.

Reſp. ad 6 prin. Reſpondet, quod aliud eſt loqui de prædicatione, & aliud de verificatione. Nam quoad prædicationem dicendum, quod animal non prædicatur de homine vt eſt idem, vel vt eſt aliud, ſed vt indifferens ad idem homini, & ad aliud ab homine. Verificatur autem pro animali, quod eſt idem homini. Tria ſunt notanda.

Superius nõ prædicatur de inferiori vt ẽ idẽ illi. Primo quòd animal non prædicatur de homine vt eſt idem homini, & vniuerſaliter ſuperius non prædicatur de inferiori, vt eſt idem illi. Probatur, quod prædicatur de aliquo vt dicit alium conceptum, non prædicatur de illo vt eſt idem illi, ſed ſuperius prædicatur de inferiori, vt dicit alium conceptum ab inferiori, ergo ſuperius [puta animal] non prædicatur de inferiori (puta de homine) vt eſt idem illi.

Minor probatur, nam predicari eſt prius alio dici, vt q. 12. reſpondendo ad quartum principale diximus, ergo ſuperius vt prædicatur de inferiori eſt prius illo, & ex conſequenti non prædicatur de inferiori, vt dicit eundem conceptum cum ipſo.

Confir-

Confirmatur, quia intellectus certus de vno, & dubius de duobus habet alium conceptum de quo eſt certus, ab illis de quibus eſt dubius, vt dicit Scotus. 1. d. 3. q. 1. & d 8. q 3. ſed intellectus poteſt eſſe certus de aliquo quod eſt animal, & dubitare an ſit homo vel aſinus, ergo intellectus habet conceptum alium (ſaltem ex natura rei) de animali, & alium de homine.

Secundo notandum, quod genus vt prædicatur de ſpecie, & quodcunque ſuperius vt prædicatur de inferiori, habet vnitatem maiorem vnitate rationis, vt probat doctor de natura ſpecifica, in 2. d 3 q. 1. ac alibi.

Genus dupl'r p̄t cõcipi.

Tertio notandum, quod genus dupliciter concipi poteſt. Vno modo per ſe & primo, vt ſcilicet eſt vnum obiectum per ſe adæquans intellectum.

Alio modo per ſe non primo, vt quando concipitur in alio, conceptu non adæquante intellectionem, vt quando concipitur in ſpecie, vel in indiuiduo. Genus primo modo conceptum, dicit vnum numero conceptum, ac alium à conceptibus ſpecierum: & vt hoc modo concipitur, eſt indifferens ad omnes conceptus ſpecierum, & prędicatur de ſpeciebus, quia ſecundum iſtum conceptum genus eſt prius conceptibus ſpecierum: At conceptus generis ſecundo modo ſumptus non eſt vnus, multiplicatur enim in diuerſis ſpeciebus ad multiplicationem ſpecierum in quibus includitur. Et ſecundum iſtum conceptum genus verificatur de ſpeciebus.

Cõcept⁹ generis q̄uo vnus, & q̄uo nō.

Genus ſm q̄rē cõceptū verificat̄ de ſpecie.

Cum enim [vt iam diximus] cauſa veritatis in affirmatiuis primi modi, ſit incluſio prædicati in ſubiecto, ideo non poteſt genus verificari de ſpeciebus, niſi vt includitur, ac concipitur in illis. Et cum vt includitur in ſpeciebus nō ſit indifferens, nec aliud, ſed idem ſpeciebus: idcirco non verificatur de ſpeciebus, niſi vt eſt idem illis, vt dicit Doctor in litera.

Genus an p̄'icetur de ſp̄ēb. ut indifferens.

Ibi Contra ſi animal, &c. Vt hæc reſpōſio magis dilucidetur, obiicit, probando, quod animal vt indifferens non poteſt prędicari de homine. Quia ſi animal prædicatur de homine vt indifferens ad multa, ergo quodlibet illorum, ad quæ animal eſt indifferens poteſt prędicari de homine, quod eſt falſum.

Conſequentia patet à ſimili, nam ſi color, vt indifferens ad album, & nigrum, dicitur de homine, ergo album, & nigrū poſſunt dici de homine, quia ſi nigrum non poſſet dici de homine, nec color vt indifferens poſſet dici de homine, igitur idem ſequitur de animali reſpectu hominis, ſi de illo prædicatur vt indifferens. Falſitas conſequentis patet: nam oppoſitum non prædicatur de oppoſito.

Reſpon. Reſpondet negando conſequentiam. Cuius negationis ratio eſt, quia cum duplex ſit indifferentia, quædam potentialis, ſeu per modum diſiunctionis, quædam actualis, ſeu per modum copulationis, & genus ſit indifferens primo modo, ideo nulla eſt conſequentia, ad aliquid enim, ſe habens diſiunctiuè ad multa, non ſequitur aliquod illorum determinatè, quia pro quocunque illorum poterit verificari, vt patet in exemplo propoſito de colore.

7. Arg. prin. Septimo principaliter probat idem medio communi deſumpto à ratione totius. Si homo eſt animal, ergo tota natura animalis eſt in homine, conſequens falſum: igitur, & antecedens.

Conſequentia patet, quia aliter homo non eſſet animal ſimpliciter, ſed ſecundum quid ratione partis. Falſitas conſequentis probatur ratione ducente ad maius, vel ſaltem ad euidentius impoſſibile. Totum eſt extra quod nihil eſt. 3. phy. tex. Com 63 & 5. met. tex. Com. 31. Si ergo tota natura animalis eſt in hoīe, nihil naturæ animalis eſt extra hominem, quod eſt falſum, nam tūc ſequeretur aſinum non eſſe animal, quod eſt manifeſtè inconueniens.

Reſp. ad 7. prin. Huic rationi reſpondet concedendo conſequentiam, & conſequens ad cuius falſitatis probationem ait, totum eſſe cuius nihil eſt extra, i. eſt cui nihil deeſt requiſitum ad ipſum, & ita homini nihil deeſt de natura animalis, non tamen ſequitur naturam animalis eſſe præcisè in homine.

Totū & perfectū idē ſūt. Notandum totum, & perfectum aut idē penitus, aut ſaltem natura proxima eſſe, propter, quod vult Ariſt 3. phy. tex. Com. 64. Parmenidem Meliſſo melius dixiſſe; Et Auer. in Epitom in libros meta. tiac. primo dicit. Quod totum vniuerſaliter eſt Synonimum ad id, quod ſignificat nomen perfecti in primo modo ſuarum ſignificationum.

Vnde

Vnde ſicut totum id quod continet omnes partes extra quod nihil inuenitur, ita ꝑfectum eſt extra quod impoſſibile eſt aliq̄d accipere, quod (ſubintelligitur) ſit pars eius, ſeu requiritur ad eius eſſe. Totum igitur animal eſt in homine, ac homo perfectè eſt animal, quia nihil naturæ animalis, requiſitum ad eſſe hominis, ſibi deeſt.

8. Arg. prin. Octauo principaliter arguit medio communi deſumpto ab illa regula antepraedicamentali. Quando alterum de altero, &c. Si homo eſt animal, & animal eſt genus, ergo homo eſt genus.

Reſpō. Reſpondet vt dictum etiã fuit ſupra. quæſt. 10. in reſponſione. 2. principalis.

Aitque hic eſſe fallaciam accidentis propter variationem medii, quod euenit propter variam ſuppoſitionẽ animalis, de quo vide q. 10. vbi ſupra, & q. 9. de illa triplici acceptione naturæ. Nota eſſe animalis in ſuppoſitis, ſeu eſſe, quidditatiuum, & eſſe quod habet vt comparatur ad intellectum faciunt extraneitatem, ſeu multiplicitatem in termino, animal enim ſecundum vnum eſſe extraneatur ſibi ipſi ſecundum aliud eſſe.

Contra. Vt obiectiones tollantur, obiicit contra hanc reſponſionem, ratioque ſic formetur.

Nihil, ſub cuius ratione aliquid propriè prædicatur, facit extraneitatem in illo quod prædicatur, ſed animal proprie pꝛ̨edicatur ſub ratione generis, ergo genus non facit extraneitatem in animali, & per conſequens non erit variatio medii, nec fallacia conſequentis in illa ratione.

Maior patet, nam aliter non propriè prę dicaretur ſub ratione illius.

Minor probatur, omne quod prædicatur prædicetur ſub ratione alicuius vniuerſalis, cum igitur animal propriè prædicetur de homine, prædicatur ſub ratione alicuius vniuerſalis, non alterius quam generis, vt patet inductiuè, ergo animal proprie prędicatur ſub ratione generis.

Reſp. ad 8. princ. Reſpondet confirmando priorem reſpõſionem.

Ad argumentum contra hoc dicendum maiorem eſſe falſam, loquendo de quacunque prædicatione ſignata & exercita; cuius probatio concedenda eſt tantum de prædicari ſignato.

9. Arg. prin. Vltimo principaliter arguit medio communi deſumpto ab oppoſitis, oſtendendo fundamentum ſpeciei non poſſe prædicari de fundamento indiuidui, & hoc vocatur argumentum ſpeciale, quia cætera argumenta [ſaltem deſumpta à mediis communibus] poſſunt adduci ad oſtendendum hanc eſſe falſam.

Sortes eſt homo, hoc autem medio non poſſumus oſtendere hominem non eſſe animal, cum animal ſit incorruptibile, vt eſt homo.

Sic ergo diſponatur ratio. Nullum incorruptibile prædicatur de corruptibili, ſpecies eſt incorruptibilis. 1. poſter. & indiuiduum corruptibile. 7. meta. tex. Commento. 53. ergo ſpecies non prædicatur de indiuiduo, & ita iſta eſt falſa, Sortes eſt homo.

Reſp. ad 9. prin. Dupliciter reſpondet, primo negando ſecundam partem minoris, indiuiduum ſcilicet eſſe corruptibile.

Indiuiduũ tripliciter. Vnde notandum indiuiduum tripliciter accipi poſſe, vno modo, vt tantum includit naturam, & differentiam indiuidualem ſecundo modo vt includit naturam, differentiam indiuidualem, & exiſtentiam, tertio modo vt vltra illa includit etiam caliditatem, frigiditatem, ac cætera huiuſmodi accidentia.

Indiuiduum primo modo eſt vnum per ſe, & eſt per ſe ſuppoſitum ſeu inferius communis, includens tantum naturam ſui communis, ſeu ſpeciei, ſignatam tamen ſeu determinatam, ſic quod quamuis vltra naturam ſui communis includat etiam differentiam indiuidualem, per quam ſignatur, & determinatur, non tamen includit naturam alicuius accidentis.

Indiuiduum ſecundo, & tertio modo eſt vnum per accidens. Hic ſunt duo dubia.

Duo dubia. Primum, nam non videtur verum ſingulare eſſe per ſe incorruptibile, eſt enim per ſe generabile, ergo eſt per ſe corruptibile, conſequentia eſt Philoſopho. 7. meta. tex. Commento. 53. imo propter hoc vult etiam ibidem Philoſophus, ſingularium nec definitionem, nec demonſtrationem eſſe.

Aliud dubium. Aliud dubium eſt contra id quod dicit, ſpeciem non eſſe per ſe corruptibilem.

Contra

Contra corruptibilitas eſt paſſio corporis phyſici, omnis autem paſſio eſt per ſe alicuius ſpeciei, ergo corruptibilitas per ſe cõpetit ſpeciei.

ad 1. dubium. Ad primum dubium dico, Ariſt. 7. met. vbi ſupra loqui de ſingulari ſenſibili, vt ex litera eius expreſsè patet quale non eſt ſingulare includens tantum naturam ac differentiam indiuidualem. Ad aliud dico corruptibile poſſe dupliciter accipi vno modo vt dicit diſpoſitionem proximam, ſeu principiũ ad corrumpi, alio modo vt dicit aptitudinem. Nulla ſpecies nec aliquod ſingulare (naturam, & differentiam indiuiduale tantum includens) eſt corruptibile primo modo: ſecus eſt loquendo de corruptibili ſecundo modo. Doctor hic loquitur de corruptibili primo modo, obiectio verò procedit de corruptibili ſecundo modo. Poſſet etiam diſtingui de corruptibili vt dicit potentiam, & vt dicit aptitudinem. Iterum poſſet diſtingui de corruptibili in potentia propinqua, & in potentia remota.

ad 2. dubium. *corruptibile 2.*

Species quõ corruptibilis, & quõ no. Alia reſponſio ad vltimum principale eſt, quod ſpecies poteſt dupliciter conſiderari, vno modo vt eſt in indiuiduis, alio modo ſecundum ſe; primo modo ſpecies, cuius ſingulare eſt corruptibile, eſt corruptibilis, probatur nam ſuperius in inferiori non eſt niſi inferius, vt animal in homine, non eſt niſi homo, & homo in ſorte, non eſt niſi ſortes, ſi ergo ſingulare eſt corruptibile, & ſpecies, vt in illo ſingulari, erit corruptibilis, quandoque enim erit, quandoque verò non erit, quemadmodum illud ſingulare. Si autem ſpecies ſecundum ſe conſideretur, ſic eſt incorruptibilis, quia ſemper erit, ex hoc quod continuatur in diuerſis indiuiduis Hæcque de hac quæſtione dicta ſufficiant.

QVÆSTIO XVII.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum differentibus ſpecie conuenienter ponatur in definitione generis?

VNicus terminus nobis declarandus relinquitur, cæteri namque ex his quæ alias diximus patent. Notandum ergo multitudinem eſſe quoddam tranſcendẽs commune ad diuerſitatem, ad inęqualitatem, & ad diſſimilitudinem, rationeque diuerſitatis dicitur de ſubſtantia, ratione inæqualitatis de quantitate, & ratione diſſimilitudinis de qualitate, diuerſitas enim inæqualitas, & diſſimilitudo in vnitate ſaluari non poſſunt, idem namq; à ſe diuerſum, vel ſibi inæquale, ſeu diſſimile eſſe nequit. Diuerſitas eſt multiplex vt patet. 5. meta. cap. de eodem. Diuerſa enim dicuntur quorum aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ; & omnino diuerſum dicitur oppoſitè ad id, quod idem dicitur. Ex quo loco, & etiam ex 10. met. tex. Commen. 12. colligimus omnia differentia eſſe diuerſa, quamuis non omnia diuerſa ſint differentia, homo enim & aſinus ſunt diuerſa, ſunt etiam differentia, quia ſunt diuerſa aliquid idem entia. Vnde differentia debent in aliquo conuenire, & in aliquo differre: ſunt enim differentia diuerſa aliquid idem entia. x. met. Et ſciendum, quod differentia non dicuntur eſſe idem numero, ſed aut idem ſpecie, aut genere, aut proportione. Nam cum identitate naturali non ſtat differentia, licet ſtet diſtinctio, vnde paſſio non propriè dicitur differre, ſed potius diſtingui à ſubiecto.

Multitudo ẽ cõe tranſcendens.

Diuerſitas multiplex.

Dña q.

Ex

Ex quo ſequitur in plus ſe habere diſtinctionem quam differentiam, nam quæcunque differunt diſtinguuntur, & non è conuerſo, niſi accipiatur differre large pro diſtingui, ſeu per non eſſe idem.

Ordo.

Ordo huius quæſtionis ad præcedentem patet ſupra, ad ſequentem dicit Mauritius, quod poteſt conuenienter eſſe retrogradus, quia ſequens quæſtio videtur eſſe circa primam particulam, & hæc circa ſecundam. Nos autem dicamus, Doctorem quærere ambas has quæſtiones circa ſecundam particulam diffinitionis generis, cum enim differens ſpecie inferat multitudinem ſpecierum, ſicut minus commune infert magis commune, ideo propter ſpecialem difficultatem, quæ eſt de multitudine ſpecierum, quærit ſequentem quæſtionem. Cur autem prius ponat hanc quæſtionem quàm ſequentem? Dicendum, quod cum differens ſit antecedens ad multitudinem, ideo prius de differentibus ſpecie tanquam de antecedente dubitandum erat, vel dicendũ, quod dubitat prius circa hoc, nam expreſſè, & explicitè ponitur in litera. Sed de hac difficultate in initio ſequentis quæſtionis erit ſermo.

Dubiũ tollitur.

Corpus quæſt.

In corpore huius quæſtionis duo facit, ſecundum duas cauſas conuenientiæ quas aſſignat. Secundum ibi. Et illud ponitur, &c. Prima cauſa conuenientiæ eſt, quia ponitur vt differentia; & ex litera erigatur talis ratio. Quælibet particula poſita in definitione vt differentia conuenienter ponitur, at differentibus ſpecie ponitur in definitione generis vt differentia, ergo conuenienter ponitur.

Dr̃ibus ſpecie quare cõuenienter poni tur i generis de finitiõe.

Minor probatur, id per quod vniuerſale deſcendit vt genus in definitum, quod eſt genus, ponitur in definitione generis vt differentia, ſed hoc contingit per differentib. ſpecie, ergo, &c.

Minor patet, cum enim prædicari de pluribus diuidatur per ſe, in pluribus ſpecie, & numero, & vniuerſale non deſcendat in genus per pluribus ſeu differentibus numero, ſequitur hoc euenire per differentibus ſpecie. Alia cauſa conuenientiæ eſt, quia cum in definitione relatiui per ſe ponatur correlatiuum, genuſque ſit per ſe relatiuũ, cuius correlatiuum eſt ſpecies, ideo in definitione generis debet poni ſpecies.

Cõtradictionis dilutio.

Circa hanc literam ſunt tres difficultates dilucidandæ. Prima eſt nam videtur eſſe contradictionem in dictis iſtius, ſupra enim in fine quæſtionis. 15. dixit quod differentibus ſpecie non ponitur vt pars diſtincta, ſed vt expoſitio, hic autem dicit, quod ponitur vt differentia, ex quo videtur ſequi, quod ponitur vt pars diſtincta. Dicendum nullam eſſe contradictionem, ſupra enim quæſtione. 15. Sat erat Doctori ſaluare non eſſe in generis definitione nugationem, & ideo poſuit illum modum dicendi probabilem; hic autem dat modum ſuſtinendi illam particulam poni vt differentiam.

Alia ſolutio.

Aliter dico Doctorem vbi ſupra velle ly differentibus non eſſe partem diſtinctam à ly pluribus, ſed eſſe expoſitionem illius, nã addendo differentibus, exponit Porphyrius de quibus pluribus prædicatur genus, non enim prædicatur de pluribus quæ ſint tantum diuerſa, & in nullo conuenientia, ſed de pluribus quæ ſunt differentia: hic autem vult hoc totum differentibus ſpecie, ſaltem circunloquutiue, eſſe differẽtiam; & ita quod ibi negat Doctor de differentibus hic concedit de hoc toto differentibus ſpecie. Nec valet inferre, ergo in definitione generis erit nugatio; quia differentibus ſpecie ſe habet vt determinans reſpectu prædicari de pluribus, & hoc ſufficit ad tollendam nugationem in definitionibus, in quibus ponuntur plures differentiæ.

Alia ſolutio.

Poſſumus etiam dicere, vt tactum fuit ſupra. quæſt. 15. quod ſcilicet non inconuenit aliquid poni in definitione vt differentia, & non vt pars diſtincta, ſed vt expoſitio prioris differentiæ; & hoc maximè verum eſt, quando prior differentia non ponitur in definitione vt vltimatè actuans & perficiens, ſed vt circunloquens, ſimul cum genere remoto, genus propinquum, quod in propoſito contingit de ly pluribus, circumloquimur enim per prædicari [quod eſt genus remotum ipſius generis] & per ly pluribus, genus propinquum generis, quod eſt vniuerſale.

Species ã ſit correlatiuũ generis.

Aliud dubium eſt an ſpecies ſit correlatiuum generis. Videtur, quod non, nam id eſt correlatiuum generis ad quod genus refertur, ſed genus non refertur ad ſpeciem, ergo ſpecies non eſt correlatiuum generis.

Minor

Minor probatur, genus non refertur ad vniuerſale, quia non refertur ad prædicabile, ſed ad ſubiicibile, ſpecies eſt vniuerſale, ergo genus non refertur ad ſpeciem. Præterea ſi ſpecies eſt correlatiuum generis, aut ergo ſunt relatiuæ æquiparentiæ, aut diſquiparentiæ: non primum, quia ſpecies ſupponitur generi: nec ſecundum, quia talia non ſunt ſpecies eiuſdem generis propinqui, vt patet diſcurrendo, genus autem & ſpecies ſunt ſpecies ſpecialiſſimæ ipſius vniuerſalis, ergo, &c.

Reſpon. aliorum. Dicit ab Alberto, Caietano, & a quibuſdam aliis, ſpeciem ad genus relatam non eſſe vniuerſale, nec hoc mirum videtur, cũ eſſe vniuerſale non ſit de natura ſpeciei: qđ probant, nam de natura ſpeciei vt ſpecies, eſt ſubiici generi, de natura verò vniuerſalis eſt prædicari. Confirmatur, quia aliter de natura ſpeciei eſſent oppoſita ſcilicet prędicari & ſubiici.

Contra Albertũ & Caietanum. Contra hoc dupliciter inſto primo nullum poſterius adueniens alicui tollit quod conuenit ei per ſe primo, ſed eſſe vniuerſale conuenit per ſe primo ſpeciei, & prius quam referri ad genus, ergo referri ad genus non facit ſpeciem non eſſe vniuerſale. Item vniuerſale eſt genus ad hæc quinque vt q. 12. dictum fuit, ergo eſt de natura, & quidditate ſpeciei.

Aliorũ reſpon. Alii dicunt vniuerſale abſtrahere à prædicabili, & ſubiicibili, conſequenterque ad iſta quæ obiiciuntur poteſt dici, quod non ſequitur genus non refertur ad prædicatum, ergo nec ad vniuerſale, quia vniuerſale abſtrahit à prædicari & ſubiici.

Contra Tol. Contra nihil poteſt abſtrahere ab eo qđ eſt de quidditate eius, at prædicari eſt de quidditate vniuerſalis, cum ingrediatur eius definitionem, & non vt additum, ergo, &c. Præterea ſi vniuerſale non magis abſtrahat à ſubiici, quam à prædicari, videtur prædicari non magis eſſe de ratione vniuerſalis, quam ſubiici, quod eſt falſum: nã aliter ſequeretur quod ſicut quicquid prædicatur eſt vniuerſale, ita quicquid ſubiicitur, & ex conſequenti indiuiduum (de cuius ratione videtur eſſe ſubiici) erit vniuerſale.

Propria reſpon. Dico igitur ſpeciem eſſe per ſe correlatiuum generis teſte Porphy. cap. de ſpecie: verumtamen eſt quod non refertur ad genus vt vniuerſale, quaſi ratio referendi ad genus ſit eſſe vniuerſale, quia aliter quodlibet vniuerſale eſſet correlatiuum generis: cum hoc tamen ſtat aliquod vniuerſale ſub aliqua ſpeciali ratione (puta ſub ratione qua eſt immediatè ſubiicibile generi) poſſe dici correlatiuum generis, & ſic ſpecies primo refertur ad genus. An autem primo referatur ad indiuidua, de hoc infra, quęſt. 21. in ſolutione primi principalis erit ſermo.

Ad rõnẽ Caiet. Ad formam argumenti neganda eſt minor, cuius probationis maior eſt falſa. Ad rationem Caietani dico, quod cum ſpecies vt ſpecies ſit vniuerſale, ſicut homo in quãtum homo eſt animal, & de natura vniuerſalis ſit prædicari, de natura igitur ſpeciei erit prædicari.

De natura ſpẽi, ut ſpẽs, eſt p̃dicari & ſubiici. Vlterius dico, quod cum ſpecies ſit per ſe generis correlatiuum, ideo ſpecies vt ſpecies per ſe refertur ad genus, ſicut etiam filius vt filius per ſe refertur ad patrem, & ſeruus vt ſeruus ad dominum; & cum ſpecies non poſſit referri ad genus ſub ratione prædicabilis, ſequitur ex ſufficienti diuiſione quod referatur ad ipſum ſub ratione ſubiicibilis: cum igitur de natura ſpeciei vt ſpecies, ſit referri ad genus, de natura ſpeciei vt ſpecies, eſt ſubiici generi.

Obiectio tollitur. Nec ex hoc ſequitur oppoſita eſſe de natura eiuſdem, quia ſubiici, & prædicari in propoſito non opponuntur, cum ſub alia, & alia ratione conueniant ſpeciei; prædicari enim ſub ratione qua eſt vniuerſale, & ſubiici ſub ratione qua eſt per ſe generis correlatiuum, ſpecies conueniunt: vide Scotum in prędicam. q. 29. ſoluendo ſecundam rationem ad oppoſitum.

Alia obiectio tollitur. Et ſi obiicias prædicari & ſubiici conueniunt ſpeciei vt ſpecies, ergo ſub eadem ratione. Dico hoc non eſſe verum, conuenit enim ſpeciei ſubiici generi, ea ratione qua eſt ſpecies, prædicari verò ratione ſui generis, vt habet Doctor vbi ſupra.

Genus & ſpẽs ſunt relatiua diſquiparentiæ. Ad aliud dico, quod genus & ſpecies formaliter ſunt ſpecies ſpecialiſſimæ eiuſdem generis immediati ſcilicet vniuerſalis vel ipſius prædicari in quid reductiuè autẽ ſunt in prædicamento relationis, & genus reducitur ad relatiuum ſuppoſitionis, ſpecies verò ad relatiuum ſuppoſitionis, & ita ſunt relatiua diſquiparentiæ.

Vel

Vel aliter dicas, qupd ſunt relatiua diſquiparentiæ, & cum dicis talia non eiuſdē generis propinqui: dico hoc eſſe verum in relationibus realibus, non autem in relatio nibus rationis, nam maior eſt vnitas in intentionibus, quam in rebus.

Vltimum dubium eſt circa id quod dicit, ſpeciem conuenienter poni in hac definitione generis, quia genus eſt relatiuum per ſe, vbi videtur velle in definitione per ſe relatiui debere poni correlatiuum, quod eſt contra ea quæ habet. d 30 & 35. primi. Reſponſionem quære ſupra, q. 15. in ſolutione quinti principalis. Vel dicas ſpeciem in definitione generis accipi pro ſubſtracto & ita non ponitur vt correlatiuum generis ſed vt terminus eius, definimus enim relatiuum per terminum tanquam per notius.

In definitione p'ſe relatiui an debeat poni correlatiuū

Arg. 1. princ.

Tribus rationibus arguit negatiuam, prima ſic diſponatur. Quælibet particula quæ in definitione aſſignatur vt definitum diſtinguat ab aliquo, à quo tamen per illam non diſtinguitur, inconuenienter ponitur, ſed hæc particula, differentibus ſpecie, ponitur in generis definitione vt diſtinguat ipſum genus à ſpecie, à qua tamen per ipſam non diſtinguitur, ergo differentibus ſpecie inconuenienter ponitur in generis definitione..

Minor quoad primam partem patet ex Porphy. cap. de genere vbi ait. Genera differunt à ſpeciebus, quoniam ſpecies, & ſi de pluribus prædicantur, non tamen de differentibus ſpecie, ſed numero. Secūda pars minoris probatur. Nulla particula ad quā ſequitur in bona conſequentia particula poſita in definitione ſpeciei diſtinguit genus à ſpecie, ſed ita eſt de differentib. ſpecie, ad quod ſequitur differens numero, quod ponitur in ſpeciei definitione, ergo differentibus ſpecie non diſtinguit genus à ſpecie.

Maior huius proſyllogiſmi patet, nam antecedens non diſtinguitur à conſequente, ergo nec antecedens poſitum in generis definitione (quod eſt differens ſpecie) diſtinguit genus à ſpecie, in cuius definitione ponitur conſequens ſcilicet differens numero.

Minor illius proſyllogiſmi probatur auctoritate Ariſt. 5. met. cap. de vno, vbi enumeratis modis vnius ait. Semper autem poſteriora ſequuntur præcedentia, vt puta quę cunque numero, ſpecie quoque vnum ſunt quæcunque vero ſpecie non etiam numero. Ex quo loco colligimus quod ſicut vnum numero eſt antecedens ad vnum ſpecie, ita differens ſpecie eſt antecedens ad differens numero.

Pro intellectu quorundam dictorum in hac ratione vnum notabo, & circa duo dubitabo. Notandum igitur illud dictum Doctoris Antecedens autem non &c. Poſſe dupliciter intelligi. vno modo vniuerſaliter de quolibet antecedente & conſequente; & tunc illud dictum eſt verum vbi eſt conſequentia neceſſaria & formalis, & tantum ratione illius, ratione cuius tenet conſequentia. Hoc vltimum addo, quia licet denarium eſſe, inferat quinarium eſſe, non tamen ex illo dicto Doctoris ſequitur, ergo denarius numerus non diſtinguitur à quinario, quantum ad vnitatem formalem illorum numerorum, quā vnitate formali quilibet numerus eſt ſemel talis, & à quolibet alio numero diſtinctus, teſte Philoſop. 5. met. cap. de quali: ſed bene ex illo dicto ſequitur, ergo vnitates materiales ex quibus componitur denarius, vel numerus denarius quantum ad vnitates materiales, non diſtinguitur ab vnitatib. materialibus quinarij; ratione enim vnitatum materialium tenet illa conſequentia.

Aňs nō diſtīguitur à cōſequēte quō intelligiē.

Poteſt etiam illud dictum Doctoris ſpecialiter intelligi de differente ſpecie, quod eſt quaſi inferius vel minus communis, & ita antecedens ad differens numero.

Primum dubium eſt, quare differens ſpecie infert differens numero, & non è conuerſo? Dico, quod cum poſſimus ſolummodo arguere ab affirmatione antecedentis, ſeu inferioris, ad affirmationem conſequentis, ſeu ſuperioris, & à deſtructione cō ſequentis ad deſtructionem antecedentis, vnitaſque ſe habeat vt affirmatio, hinc eſt, quod tamen poſſumus arguere ab vnitate inferioris ad vnitatem ſuperioris, vt dicendo eſt vnum numero, ergo eſt vnum ſpecie, eſt vnum ſpecie ergo eſt vnum genere, e cō uerſo vero arguendo committitur fallacia conſequentis, arguendo ab affirmatione ſuperioris ad affirmationem inferioris, propter hoc enim non valet, eſt vnum ſpecie, ergo eſt vnum numero.

Differēs ſpē quare īfert differēs numero & nō è cōuerſo

Vnitas ſe habet vt affirmatio.

Differēs ſe habet vt negatio.

Cum autem differens includat non identitatem, & propter hoc ſe habeat vt negatio, ideo tantum nobis licet arguere à differentia in ſuperiore ad differentiam in inferiore, vt eſt differens ſpecie, ergo eſt differens numero; è conuerſo verò arguendo cōmittitur fallacia conſequentis, arguendo à negatione inferioris ad negationem ſuperioris, propter hoc igitur non valet, differunt numero, ergo & ſpecie.

Differēs numero ā ſequat ad differēs ſpē.

Aliud dubium eſt, an differens numero ſequatur ad differens ſpecie? Videtur, qđ non, nam differens ſpecie non eſt antecedens, quia nec ſuperius, ad differens numero, imo videtur quod ſint oppoſitæ & diſparatæ intentiones.

Conſequens quotu. plr ſeq- tur ad antecedens.

Dicendum aliquid poſſe ſequi ad aliud aut per viam formalis continentiæ, vt ſuperius affirmatiuè ſequitur ad inferius, qa formaliter includitur in eo, ſequitur enim propter hoc, Sortes eſt homo, ergo eſt animal: aut ſequitur per viam præſuppoſitionis, & materialis incluſionis, quod contingit cum vnum præſupponit aliud, vel materialia vnius includunt materialia alterius tunc enim hoc eſſe infert illud eſſe, vt quinarius eſt, ergo quaternarius eſt, materialia enim (ſcilicet vnitates materiales) quaternarij continentur in quinario. In propoſito, differens numerò ſequitur ad differens ſpecie, non ratione formalis continentię, quia hæc ſecunda intentio differens ſpecie non continet in ſuo conceptu formali differens numero: ſed ſequitur ratione præſuppoſitionis, & materialis incluſionis; differens enim ſpecie pro materiali præſupponit differens numero, nam quæcumque differunt ſpecie differunt numero.

Alia reſponſio.

Poſſumus etiam dicere differens numero ſequi ad differens ſpecie, ratione ſimultatis naturæ, vnde licet in abſolutis eſſe vnius diſparati non inferat eſſe alterius diſparati, ſecus tamen eſt in reſpectiuis, vt patet de patre & filio, ſi enim eſt pater & filius erit, ita etiam videtur dicendum eſſe de differentibus ſpecie, & numero.

Obiectio.

Et ſi contra hoc obijcias, nam eſſe vnius relatiui infert eſſe, non cuiuſcunque relatiui, ſed tantum ſui correlatiui, & hoc ratione ſimultatis naturæ, ſed differens ſpecie, & differens numero non ſunt correlatiua, qa differens ſpecie non eſt differentis numero differens ſpecie, nec in aliquo alio caſu dicitur ad illud, ergo differens ſpecie non infert differens numero ratione ſimultatis naturæ. Dico, quod ſicut definitum ſe habet ad definitum, ita definiens ad definiēs, cum ergo ſpecies, & genus inferant ſe inuicem ratione ſimultatis naturæ ita differēs ſpecie, quod eſt definiens genus infert differens numero, quod definit ſpeciem, & hoc ratione ſimultatis naturæ. Contra tamen hanc reſponſionem poſſent multa obijci, de quibus non ad præſens.

Reſpon.

Huic rationi Doctor reſpondet, & primo ponit quorundam reſponſionem, quā etiam impugnat, deinde affert duas reſponſiones. Reſpondent ergo quidam negando minorem quoad ſecundam partem, ad eius probationem dicunt, genus inquantū genus, non per ſe, ſed per accidens (inquantum ſcilicet induit rationem ſpeciei) prædicari de differentibus numero: quod à ſimili perſuadetur, ſicut enim idem, verbi gratia animal, non ſecundum eandem rationem, ſed ſecundum diuerſam, & extraneā, poteſt eſſe genus, & ſpecies, ita etiam generi non inquantum genus, ſed ſecundum aliam, & aliam rationem conuenit prædicari de differentibus ſpecie, & differentibus numero, primum enim conuenit ſibi inquantum genus, ſecundum verò per accidens, inquantum induit rationem ſpeciei.

Reſpon. aliorum ad 1. pri.

Contra.

Impugnat Doctor hanc reſponſionem, quantum ad hoc quod dicit, genus ſcilicet inquantum genus prædicari de differentibus ſpecie, & per accidens prædicari de differentibus numero; & oſtendit quod ſi inquantum genus prædicatur de differentibus ſpecie, etiam prædicatur de differentibus numero inquantum genus, & non extranee, & ratio ex litera ſic erigi poteſt.

Erigitur rō ex litera.

Inquantum aliquid prædicatur de pluribus ſpecie differentibus, prædicatur de differentibus numero, & ita non extraneè, ſed genus prædicatur de pluribus ſpecie differentibus, ergo genus, inquantum prædicatur de pluribus ſpecie differentibus, prædicatur de differentibus numero, & ita non extranee. Probatur maior, quæ eſt antecedens, formando rationem enthymematicè. Conſequens prædicatur de antecedente cū reduplicatione, ſequitur enim animal eſt corpus, ergo ſubſtantia, igitur inquantum

eſt cor-

eſt corpus eſt ſubſtantia, ſed ad differre ſpecie ſequitur differre numero, & ita differre numero ſe habet vt conſequens, & differre ſpecie vt antecedens, igitur differre numero prædicatur de differre ſpecie cum reduplicatione, ex quo ſequitur, inquantum aliqd prædicatur de pluribus ſpecie differentibus prædicari de differentibus numero. Huius probationis in litera primo ponitur minor deinde maior.

1. Reſp. Scoti. Hac impugnata reſponſione dupliciter declarat quomodo per illam particulam (differentibus ſpecie) genus diſtinguitur à ſpecie. Dicit ergo definitionem ſpeciei debere intelligi cum præciſione, prædicatur enim ſpecies tantum de differentibus numero, & quando dicis, ad differre ſpecie ſequitur differre numero, dicendum verum eſſe loquendo de differre numero ſimpliciter, ſed non eſt verum de differre numero tantum.

2. Reſp. Scoti. Alia reſponſio eſt quod ſpecies prædicatur immediatè de differentibus numero, genus verò mediatè, quia mediante ſpecie, & ita non ſequitur, genus prædicatur de differentibus ſpecie, ergo etiam immediatè prædicatur de differentibus numero.

obiectio. Et ſi contra hoc obiicias, genus immediate prædicatur de hoc & de illo genere, quæ differunt numero, ergo immediate prædicatur de differentibus numero.

dilutio. Dico aliud eſſe loqui de genere in prædicatione ſignata, & aliud in prædicatione exercita; in prædicatione namque ſignata genus immediatè non prædicatur de differentibus numero.

Genus quō immediatè prędicatur de dfibus numero. In prædicatione verò exercita dico, qđ nec fortè immediatè prædicatur de differentibus numero, nam genus generaliſſimum & ſubalternum, de quibus immediatè dicitur, differunt ſpecie, vt dictum fuit ſupra. q. 12. loquendo verò de genere ſubalterno, dico, quod licet prædicetur de hoc & de illo genere, non tamen prædicatur de differẽtibus genere, ſed de differentibus numero, nam hoc & illud genus quamuis ſint genera differentia, non tamen ſunt differentia genere, ſed differentia numero; & ſic concedo, genus ſubalternum in prædicatione exercita prædicari immediatè de differentibus numero, non tamen hoc eſt verum in prædicatione ſignata, de qua intelligitur generis definitio.

2. Arg. prin. Arguit ſecundo principaliter ad idem conſimili ratione. Quælibet particula poſita in definitione, vt diſtinguat definitum ab aliquo, quod tamen per ipſam non contingit, fruſtra & inconuenienter ponitur, ſed differentibus ſpecie ponitur in generis definitione, vt ipſum à proprio diſtinguat, quod tamen non contingit, ergo fruſtra & inconuenienter ponitur in generis definitione.

Minor quoad primam partem patet ex Porphy. cap. de genere, & etiam cap. vltimo vbi ponit communitates & differentias vniuerſalium. Quoad ſecundam verò partem probatur, quia aliqua genere intermedia habent propria, vt numerus, figura, & triangulus, aut ergo iſta propria prædicantur de differentibus ſpecie, aut non; ſi ſic ergo genus non diſtinguitur à proprio per iſtam particulam, quod eſt propoſitum: ſi autem non prædicantur illa propria de differentibus ſpecie, ſed de differentibus numero, non erunt ergo propria illorum generum, quia tunc non conuertuntur cum illis generibus, proprium verò conuertitur cum eo cuius eſt proprium.

Huic argumento reſpondet ad ſecundæ partis minoris probationem, concedendo aliquod genus intermedium habere proprium, quod equidem proprium non de differentibus ſpecie, ſed de differentibus numero prædicatur. Reſp. ad 2. prin.

Nec ſequitur, ergo non conuertitur cum genere, quia ſicut proprium eſt illius generis intermedii, non inquantum genus (proprium enim nullius eſt inquantum genus) ſed inquantum ſpecies, ita conuertitur cum eo inquantum eſt ſpecies, & ſic inquantum prædicatur de pluribus numero differentibus. Nec ꝓpriū nec id cui cōuenit ꝑdicaſ de dfib. ſpecie.

Vult breuiter dicere proprium vt proprium tantum prædicari de differentibus numero, & id cui per ſe primo conuenit proprium, vt tale, tantum prædicatur de differentibus numero, & ſi inueniamus proprium, vel id cui per ſe primo conuenit, prædicari de differentibus ſpecie, hoc erit per accidens, & ſecundum extraneam rationem, quia nec proprium inquantum proprium, nec id cui, conuenit proprium, inquantum tale, prædicantur de differentibus ſpecie. Propriū nullius eſt inqtum eſt genus.

Probat Doctor aſſumptum (proprium

ſcilicet nullius eſſe inquantum eſt genus)& ſic ratio erigatur ex litera. Nihil eſt aptũ natum eſſe ſubiectum demonſtrationis niſi inquantum eſt ſpecies, ſed proprium eſt alicuius ſolum inquantum eſt aptum natum eſſe ſubiectum demonſtrationis, ergo proprium nullius eſt, niſi inquantum illud eſt ſpecies.

Maior probatur, aliquid definitur ſolum inquantum eſt ſpecies; ſed nihil eſt aptum natum eſſe ſubiectum demonſtrationis niſi inquantum definitur, ergo nihil eſt aptũ natum eſſe ſubiectum demonſtrationis niſi inquantum eſt ſpecies.

Maior huius proſyllogiſmi patet, nam aliquid habet genus, & differentiam ſolum inquantum eſt ſpecies, ſed aliquid definitur ſolum inquantum habet genus & differentiam, ergo aliquid definitur ſolum inquantum eſt ſpecies. Minor eiuſdem proſyllogiſmi, ſimiliter patet, quia nihil eſt aptum natum eſſe ſubiectum demonſtrationis niſi inquantum de ipſo præſupponitur quid eſt & quia eſt, per Ariſt. primo Poſteriorum, ſed per quid eſt intelligimus quid rei, vt dictum fuit ſupra. q. 3. ergo, &c.

Propriũ an tãtũ ſit alicuius inq̃tũ illud eſt ſpẽs. Contra id quod dictum eſt, proprium ſcilicet tantum eſſe alicuius inquantum illud eſt ſpecies, videtur eſſe, nam proprium conuenit enti, & non inquantum eſt ſpecies, quia ens non habet rationem ſpeciei, cum non ſit limitatum, ergo proprium nõ tantum eſt alicuius inquantum illud eſt ſpecies.

Reſpon. Quadrupliciter reſpondeo, primo dico, Doctorem hic loqui de proprio logice, vt ſcilicet eſt quoddã vniuerſale, tale autem enti non poteſt applicari, ſicut nec vniuerſale; & ideo inſtantia de ente nulla eſt.

Alia reſponſio. Vel dicas Doctorem hic loqui de proprio, quod eſt illius, quod poteſt eſſe genus, & ſpecies, & non loquitur de quocunque habente proprium; quod patet ponderando verba eius, ait enim proprium nullius eſſe inquantum eſt genus, ſed inquantum eſt ſpecies, & ita vult proprium eſſe illius inquantum eſt ſpecies: & per hoc patet nullam eſſe inſtantiam de ente, & eius proprio.

Alia reſponſio. Aliter etiam poſſumus dicere, Doctorem hic loqui de proprio quod eſt demonſtrabile de ſubiecto, quale, ſecundum quoſdam Scotiſtas, non eſt proprium entis.

Alia reſponſio. Aliter etiam dico Doctoris dictum ſic debere intelligi. Proprium nullius eſt inquantum eſt genus, ſed inquantum eſt ſpecies, id eſt proprium nullius eſt inquantum illud habet modum generis, ſed inquantũ habet modum ſpeciei: & tunc concedendum eſt ſecundum Fran. de Mayr. in conflatu. q. 11. prologi, ens magis habere modum ſpeciei, quam generis, magis enim aſſimilatur ſpeciei, quia non prædicatur propriè in quid niſi de hoc & illo ente, quod non addit aliam rationem formalem ad ens, ſicut etiam homo prædicatur de hoc & illo homine, qui non videtur addere rationem formalem ad hominem; ſecus eſt de genere, prædicatur enim de ſpecie quæ addit aliquam rationem formalem ad genus, & ſic entis eſt proprium inquantum habet modum ſpeciei.

Ens magis habẽt rõnẽ ſpẽi q̃ generis.

obiectio Et ſi contra hoc vltimum obijcias, ens ſaltem non poſſe habere modum ſpeciei de qua hic loquitur Doctor, nam ſpecies de qua hic eſt ſermo definit, ens aũt ñ definit.

Reſpon. Poſſumus dicere Doctorem hic loqui non tantum de ſpecie propriè dicta, ſed de quocunque habente modum ſpeciei, in probatione autem illius aſſumpti loquitur de ſpecie propria, non quia de ipſa, & de eius proprio tantum loquatur in illo aſſumpto, ſed quia ei anthonomaticè, & appropriatè conuenit proprium.

Alia reſponſio. Vel dicas ens ſimilitudinarie, & proportionaliter habere definitionem, illud enim idem reſpectu entis facit paſſio prior reſpectu poſterioris, quod reſpectu ſpeciei facit definitio reſpectu paſſionis, nam tam paſſio prior entis, quam definitio ſpeciei poſſunt eſſe medium in demonſtratione, vt volunt quidam Scotiſtæ.

Propriũ generis ſubalterni, q̃uo ẽ ipſius inq̃tum pdicatũ de dñb. numero

Aliud dubium eſt circa dicta à Doctore in litera, quomodo proprium generis ſubalterni (puta par vel impar quod eſt proprium numeri, & habere tres, quod eſt proprium trianguli) eſt ipſius numeri, ſeu trianguli inquantum prædicantur de differentibus numero; cum prædicentur de differentibus ſpecie.

Quodlibet ſuperius hẽt propria indiuidua de quib. immediatè dicitur.

Dico quodlibet ſuperius, vel ſit limitatum, vel tranſcendens, concretum, ſeu etiã vltimatè abſtractum habere propria indiuidua de quibus immediatè dicitur, & ſunt illa quæ nominant eodẽ noĩe quo ſuperius, appoſito ly hoc vel illud; vt hoc & illud

ens ſunt

ens ſunt indiuidua entis, hoc & illud animal, animalis, hic & ille numerus, numeri, hic & ille triangulus, trianguli, hæc & illa humanitas, humanitatis ſunt indiuidua, & ſic de ſingulis; illaque ſuperiora vt dicuntur de iſtis, prædicantur immediatè de differentibus numero, & non de differentibus ſpecie, & vt ſic conueniunt eis propria quæ habent: quæ equidem propria, puta par vel impar, & habere tres, conueniunt, illud, ne dum numero, ſed etiam numero ternario, & hoc, ne dum triangulo, ſed etiam Iſocheli, non ratione qua ſuperaddunt aliquid ſuis ſuperioribus, ſeu non ratione qua eſt numerus ternarius, nec ratione qua eſt Iſocheles, ſed ratione qua ternarius eſt numerus, & ratione qua Iſocheles eſt triangulus, indiuiduum enim ſuperioris habentis plura inferiora, ſaluatur, & includitur in quolibet per ſe inferiori, & ideo quod conuenit per ſe ſuperiori conuenit cuilibet per ſe inferiori, ea ratione qua eſt indiuiduum illius ſuperioris.

3. Argu. prin. Arguit vltimo principaliter oſtendendo illam particulam non conuenienter poni, in generis definitione, & hoc per duas conſequentias, quarum ſecundæ antecedens eſt conſequens primæ, & ex falſitate vltimi conſequentis, quaſi à primo ad vltimum arguendo, oſtendit illam particulam non conuenienter poni.

Et quia hoc argumentum eſt ſatis longum, & circa ipſum ſunt multæ difficultates, ideo ne confuſio contingat, ſic procedam, primo rationem formabo, deinde circa ſingulas conſequentias, ac earum probationes dubitabo.

Ratio ergo ſic diſponatur, ſi hæc particula conuenienter ponitur in generis definitione, ergo prædicari de pluribus differentibus ſpecie per ſe ineſt definito ſcilicet generi, & ſi hoc conſequens eſt verum; igitur differentia ſpecie per ſe ſubijciuntur generi, ſed hoc vltimum conſequens eſt falſum, ergo & primum antecedens, particulam ſcilicet illam conuenienter poni, in generis definitione.

Probatio primæ conſequentiæ. Primo probat has duas conſequentias, poſtremo vltimi conſequentis falſitatem.

Primum conſequentiam probat ex ratione primi modi dicendi per ſe.

Quæcunque enim inſunt in ratione dicente quod quid eſt, inſunt per ſe primo modo ex primo Poſter. cap. 4. ſi ergo prædicari de differentibus ſpecie conuenienter ponitur in definitione generis, igitur prædicari de differentibus ſpecie per ſe ineſt generi.

Deinde probat ſecundam conſequentiam dupliciter, primo a ſimili ſecundo ratione. Et quia aliquis ſuppoſita diſtinctione relatiuorum, quam ponit Philoſophus 5. met. tex. Commen. 20. (alia enim ſunt relatiua per ſe, vt pater & filius, alia per accidens, vt hoc & illud albũ, q̃ rõne ſimilitudinis aduenĩetis ipſis dicunt̃ ſimilia) poſſet negare illam ſecundam conſequentiam, & dicere verum eſſe, quod genus prædicatur per ſe de differentibus ſpecie, non tamen ſequitur, ergo differentia ſpecie per ſe ſubijciuntur generi; quoniam per accidens ſubijciuntur. Ideo conatur Doctor probare illã conſequentiam, & primo à ſimili ſic. (Probatio ſecũdæ cõſequẽtiæ.) Sicut ſe habet duplum ad dimidium, & è conuerſo, ſic ſe habet prædicari ad ſubiici, & è cõuerſo; ſed valet, duplum per ſe refertur ad dimidium, ergo dimidium per ſe refertur ad duplum, igitur à ſimili valet, genus per ſe prædicatur de differentibus ſpecie, ergo differentia ſpecie ſubiiciuntur generi. Notandum quod ſimilitudo inter duplum dimidium, prędicari ac ſubiici videtur eſſe bona, eo quod ambo ſunt relatiua, quæ mutuo referuntur, habent ergo conſimilem naturam.

Probat ſecundo ratione eandem conſequentiam ex natura relatiuorum per ſe referibilium, & ſic. (Alia ꝓbatio eiuſdẽ cõſequentiæ.) Nihil dicitur per ſe relatiuum, niſi ad ſuum per ſe correlatiuũ, ſed prædicari de differentibus ſpecie eſt per ſe correlatiuum huius; quod eſt ſubiici differentia ſpecie, ergo nihil dicitur per ſe prędicari de differentibus ſpecie, niſi differentia ſpecie per ſe, & non per accidens, ei ſubiiciãtur. Huius rationis in litera ponitur tantũ maior, quam ſic probat. Si aliquid diceretur per ſe relatiuum ad ſuum nõ per ſe correlatiuũ, ergo diceret̃ per ſe relatiuũ ad ſuũ correlatiuũ per accidens: cõſequens falſum, ergo & antecedẽs. Cõſequentia patet ex ſufficiẽti diuiſione correlatiui in ꝑ ſe & ꝑ accidens. Falſitas aũt cõſequentis ſic probatur.

Si aliquid diceretur per ſe relatiuum ad ſuum per accidens correlatiuum, cum eiuſdem relatiui contingunt eſſe multa correlatiua per accidens, vt de patre habente multos filios, ergo aliquid diceretur per ſe ad multa, quod eſt inconueniens. Huius vltimi conſequentis falſitatem tripliciter probat.

Primo auctoritate Ariſt. 5. met. tex. com. 20. vbi hoc habet pro inconuenienti, ait enim. Non eſt autem intellectus ad illud cuius intellectus eſt, idem enim profecto bis dictum eſſet.

Secundo hoc idem probat ratione, deſumpta ex relatiuorum definitione. Si aliquid per ſe diceretur ad multa haberet diuerſas eſſentias, cõſequens eſt falſum, quia aliter non eſſet vnum eſſentialiter, ergo, & antecedens. Conſequentia probatur. Habitudo eſt de eſſentia per ſe relatiui, ſed illius, quod dicitur per ſe ad diuerſa, eſt alia & alia habitudo, ergo illius, quod dicitur p ſe ad diuerſa, ſunt diuerſæ eſſentiæ. Maior probatur: nam habitudo ponitur in definitione relatiui, nam eius eſſe (ſcilicet eſſentia) eſt habere ſe ad aliud, vt cap. de aliquid in prædicamentis dicit Philoſophus, habitudo ergo eſt de eſſentia relatiui per ſe.

Habitudo relationis duplex.

Notandum ex Franciſco de May. 1. d. 4. q. 3. duplicem eſſe habitudinem relationis, vna eſt ad fundamentum, vt habitudo paternitatis, ad potentiam actiuam generandi, altera eſt, ad terminum, qualis eſt habitudo paternitatis ad abſolutum filij; habitudo ad fundamentum ſecundum eũdem Fran. d. 29. primi. q. 5. eſt paſſio relationis, fundata in eius quidditate, habitudo verò ad terminum eſt de eius quidditate, vnde non terminus, ſed habitudo ad terminum eſt de quidditate relationis.

Habitudo ad fũdamẽtũ ẽ paſſio relatiõis ad termi nũ vero eſt eius quidditas.

Tertio Doctor hoc idem probat, & non fundatur in illa relatiuorum proprietate poſita in prædicamentis, quæ eſt, relatiua ſunt ſimul natura; quo ſuppoſito deducit ad manifeſtam contradictionem, & ad oppoſitum primi principii, & ſic. Si idem refertur per ſe ad plura, ſit breuitatis cauſa quod refertur a. correlatiua autem ſint c. & b. tunc ſic arguo c. exiſtente erit a. & b. non exiſtente non erit a. patet ex ſuppoſito, ergo ſi a refertur per ſe ad plura, puta ad c. & b. ſimul erit, & non erit, quod eſt oppoſitum primi principii, ſed an idem poſſit per ſe referri ad multa, de hoc inf. q. 21. reſpondendo ad 4. principale.

Probatio falſitatis cõſequentis.

Probatis his duabus conſequentiis, probat vltimo loco falſitatem conſequentis, illius ſecundæ conſequentiæ. Quæcunque differunt tantum per materiam, cui applicantur, differunt tantum numero, ſed quæ per ſe ſubiiciuntur generi, differunt tãtum per materiam cui applicantur, ergo quæ per ſe ſubiiciuntur generi ſunt tantum numero differentia, maior patet, quia differentia ſpecifica, eſt differentia formalis, differentia materialis eſt differentia numeralis, qua vniuerſaliter differunt accidentia per ſubiectum.

Minor probatur, quæ per ſe ſubiiciuntur generi ſunt intentiones, vt hoc & illud genus, iſtæ autem intentiones differunt tantum per materiam, ſeu per ſubiectum, cui applicantur.

Maior huius proſyllogiſmi patet, nam ſubiici cum ſit intentionale ſicut & prædicari, tantum per ſe competit intentionibus, vt ex his quæ ſupra q. 14. habuimus manifeſtum eſt. His declaratis dubitandum eſt circa dicta, & primo circa primam conſequentiam.

Dubiũ.

Non enim videtur eſſe bona, nam quędam ponuntur conuenienter in definitione, quæ tamen non conueniunt per ſe definito, vt clarum eſt de ſubiecto reſpectu accidentis, & de correlatiuo reſpectu relatiui, non ergo ſequitur differentibus ſpecie conuenienter ponitur in definitione generis, ergo conuenit per ſe generi.

Reſp.

Dico breuiter Doctorem ſupponere in illa conſequentia, differentibus ſpecie non poni, vt additum in generis definitione, & tunc hoc ſubintellecto, manifeſtè ſequitur prædicati de differentibus ſpecie conueniẽter ponitur in generis definitione, & nõ vt additum, ergo per ſe, ineſt generi, & ſic inſtantia de ſubiecto & correlatiuo nulla eſt, quia illa conuenienter ponuntur in definitione vt addita.

Aliud dubium

Poſſet etiam dubitari circa ſecundam cõſequentiam ac eius probationem, an idem per ſe poſſit referri ad plura; cuius difficultatis ſpecialis ratio poſſet eſſe propter ſpeciem, quæ videtur per ſe referri ad genus, & ad indiuidua, ſed de hoc erit ſermo inf. q. 21.

in

in ſolutione vltimi principalis, aliqua etiã de hoc tetigi ſuper prædicamenta cap.de ad aliquid. Circa multa alia poſſet dubitari, quæ breuitatis cauſa relinquo.

Reſp. ad 3 prin. Huic argumento tres reſponſiones aſſignat, in quarum prima (declarata illa particula poſita in generis definitione) dicit argumentum magis eſſe ad propoſitum, quã ad oppoſitum. Exponit ergo hoc modo illam particulam, genus prædicatur de differentibus ſpecie, id eſt de ſpeciebus differentibus, ſic quod ſpecies ſe habet vt determinabile, & differens vt determinatio, quæ tamen, ſpecies non differunt inter ſe ſpecie, vt oſtendit ratio, ſcilicet ſecunda conſequẽtia, ſi enim genus prædicaretur de ſpeciebus, quæ eſſent inter ſe differentes ſpecie, tunc differentia ſpecie per ſe ſubiicerentur generi, quod eſt falſum, ſic ergo expoſita illa particula, argumentum magis eſt ad propoſitum, vt patet.

Genus ꝑdicat' de dr̃ib. ſpecie. i. de ſpẽb. dr̃ibus.

Notãdũ Notandum hanc reſponſionem conformiter eſſe ad ea, quæ habet ſecundus modus aſſignandi conuenientiam illius particulæ, qui poſitus eſt in corpore huius quæſtionis; & propter hoc fortè vtitur ly dicitur, & non dico, principalis enim intentio eius in hac. q. eſt ſaluare illam particulam in definitione generis poni cõuenienter vt differentiam.

Alia reſp. ad 3. prin. Aliter reſpondet negando ſecundam cõſequentiam, cuius negationis ratio eſt, quia ad aliud per ſe comparatur in antecedente & conſequente.

Notãdũ Notandum ly per ſe, bis poni in illa ſecunda conſequentia ſcilicet in antecedente & in conſequente, nec vtrobique determinat idem, nam in antecedente determinat inhærentiam huius, quod eſt prædicari de differentibus ſpecie, quod per ſe ineſt generi; in conſequente verò determinat inhærentiam huius, quod eſt differentia ſpecie ſubiici generi, & ita ad diuerſa comparatur & diuerſa determinat in antecedente, & conſequente, & hoc eſt cauſa quare conſequentia nulla eſt.

obiectionis dilutio. Et ſi contra hoc obiicias, nam ſequitur, animal per ſe ineſt homini, ergo animal ꝑ ſe ineſt Socrati, & tamen per ſe comparatur ad diuerſa, & diuerſas inhærentias determinat in antecedente, & conſequente; probatur, habitudo & reſpectus variatur ad variationem termini, hic eſt alius & alius terminus, nam in antecedente eſt homo, & in conſequente Socrates, ergo alia & alia inhærentia.

Dico ly per ſe in hoc antecedente, & conſequente non determinare diuerſas inhærentias, eodem enim homo & Socrates ſunt animal, quia inquantum ſunt corpus animatum ſenſibile.

Ad probationem dico habitudines, & reſpectus diuerſificari ad variationem per ſe termini totalis, ſed homo & Socrates nõ ſunt diuerſi termini totales, homo enim includitur in Socrate: non ſic autem eſt de illa ſecunda conſequentia poſita in litera, quæ erat genus per ſe prædicatur, &c. vbi ſunt diuerſæ inhærentiæ in antecedente, & conſequente, quia ſunt ibi diuerſi termini totales, imo diuerſa fundamenta, in antecedente enim fundamentum eſt genus, & terminus differentia ſpecie, in conſequente fundamentum eſt differentia ſpecie, & terminus genus, imo per ſe in antecedente determinat prædicari, & in conſequente ſubiici, & ita comparatur ad diuerſa.

In vltima reſponſione ad hoc argumentum tertium (quæ difficilis eſt propter æquiuocationẽ illius termini differentia ſpecie) tria facit, primo concedit primam cõſequentiam cum vltimo conſequente, modificato tamen eo modo quo infra dicam; ſecunda reſpondet tacitæ obiectioni. Secundum ibi. Nec eſt oppoſitio, &c. Vt hæc litera intelligatur primo notabo aliqua, deinde ſingula verba declarabo, vltimo dubia quædam remouebo. 3. reſp. ad vltimũ pri.

Primo notandum differentiam dupliciter capi poſſe, vno modo primæ intentionaliter, & ſic ſignificat principium formale quo aliqua realiter differunt, vt puta rationale, & irrationale; a qua differentia concretiuè dicitur differens, quod denominat hominem, & aſinum, cum dicimus hominẽ ab aſino differre, & differens ſeu differre, ſaltem ratione connotationis, importat hominem, vel aliud huiuſmodi, non abſolutè, ſed in comparatione ad aliud, vt cum dico, homo differt ab aſino, non ſignifico, hominem abſolutè, ſed in comparatione ad aſinum, quæ comparatio non eſt per identitatem, qualis eſt qua comparamus animal ad hominem, cum dicimus animal eſſe idẽ Dr̃ia, ergo põt capi. Cõparatio multiplr̃ fieri poteſt

homini; nec eſt per aſſimilationem, qualis eſt qua comparamus duo ſimilia, vt cum dicimus Socratē Platoni aſſimilari: ſed eſt comparatio per differentiam, hominem enim comparamus ad aſinum, cum ab ipſo differre dicimus.

Dr̄ia quotuplex.

Et quoniam alia eſt differentia numeralis, alia ſpecifica, alia generica, alia proportionis, & hoc ſecundum exigentiam principiorum formalium differendi in re ex natura rei, ideo ſpecies appoſita ad differens habet modum determinationis. Alio modo poteſt accipi differens ſpecie, ſecunde intentionaliter, & tunc ſignificat quandam ſecundam intentionem quę appellatē differens ſpecie. cuius nominis plurale eſt differentia ſpecie; & accipio ly differentia, nō vt eſt ſingulare fœminini generis, ſed vt eſt plurale neutri generis.

Secundo notandum differentia ſpecie ꝓ ſecunda intentione capi poſſe, vel vt quid, vel vt modus, quemadmodum alias dictū eſt de genere ac ſpecie.

Differēs ſpecie ē ſpēs ſub alterna ſeu gen⁹

Tertio notandum quod ſicut genus eſt ſpecies ſpecialiſſima reſpectu huius & illius generis; vel eſt genus reſpectu generis ſubalterni ac generaliſſimi: & ſpecies eſt genus reſpectu ſpeciei ſpecialiſſimæ ac ſubalternæ ita differens ſpecie, eſt ſpecies ſubalterna, ſeu genus, reſpectu differentis ſpecie ſpecialiſſima ac ſpecie ſubalterna: eſt autem ſpecies ſpecialiſſima reſpectu huius & illius differentis ſpecie ſpecialiſſima. Ex hoc ſequitur quod ſicut plurale hominis, animalis, ac generis, ſcilicet homines, & genera, ſignificat ſimul ſuppoſita ſeu inferiora hominis, animalis vel generis; ita plurale differentis ſpecie (quod eſt differentia ſpecie) ſignificat ſimul ſuppoſita ſeu inferiora differentis ſpecie.

Quantum ad ſecundum in hac reſponſione declarandum, ſingula verba exponā. Concedit ergo Doctor primam conſequentiam, ac vltimum conſequens, non curando, an ſecunda conſequentia teneat vel ne. Deinde ibi,. Cum hoc quod &c. exponit quomodo debeat intelligi, ſeu ſit verum, illud conſequens vltimum Et dicit, differentia ſpecie, quæ per ſe ſubiiciantur generi, nō differre inter ſe ſpecie, quaſi modus quo inter ſe differunt ſit dr̄ia, ſpecifica, ſed differūt tantū numero, quia differunt tantū per materiam cui applicantur.

Litera declarat

Ibi. Accipiendo differentia ſpecie, &cęt. Quoniam ly differentia ſpecie, accipi poteſt æquiuocè, vt dictum eſt in primo notando nam quandoque primæ, quandoque vero ſecundæ intentionaliter; quandoque etiam accipitur differentia vt eſt nomen ſingulare, quandoque autem vt eſt nomen plurale neutri generis: ideo Doctor ad excludendam æquiuocationem, declarat quomodo in iſta propoſitione, differentia ſpecie differunt tantum numero, debeat accipi ly differentia ſpecie. Et dicit propoſitionem illam eſſe veram, ac concedēdam, accipiendo differentia ſpecie in ſubiecto (illius propoſitionis, ſecundæ intentionaliter, & vt eſt nomē plurale neutri generis, ſic enim accipitur) pro ſuppoſitis (ſeu inferioribus) eius quod eſt differens ſpecie.

Ibi. Quæ ſunt differentia ſpecie, &c. Declarat quomodo iſtæ propoſitiones, differentia ſpecie ſunt differentia ſpecie, & differentia ſpecie ſunt tantum differentia numero, ſunt concedendæ, vel negandæ. Concedit ergo primam propoſitionem accipiēdo differētia ſpecie in prædicato vt quid, & negat eam accipiendo differentia ſpecie in prædicato vt modus: ſecunda vero propoſitio eſt falſa, accipiendo differentia numero vt quid, eſt autē vera, accipiendo illud prædicatum vt modus.

Hoc igitur eſt quod vult habere, cū ait, differentia ſpecie, quæ ſunt ſuppoſita eius quod eſt differens ſpecie, ſunt differentia ſpecie, & ita iſta concedenda, differentia ſpecie ſunt differentia ſpecie. Cuius ratio eſt quia cōmune in plurali prædicatur de ſuppoſitis multis ſimul. Et dicit notāter ſimul, quoniam ſeorſum, vel diuiſim, vel ſucceſſiue, quamuis non ſimul, commune in ſingulari de pluribus prædicari poteſt. Sicut ergo hic homo, & hic homo, & hic homo ſunt homines, & hoc animal & hoc animal ſunt animalia, ſic etiam hoc differens ſpecie & hoc differens ſpecie ſunt dr̄ia ſpecie, & ſic iſta eſt vera, dr̄ia ſpecie ſunt differētia ſpē.

Ibi. Et tunc dr̄ia ſpecie, &c. Dicit, quod quando illa propoſitio eſt vera, tūc ly dr̄ia ſpecie accipitur vt dicit quod reſpectu ſuppoſitorum, ſi. n. acciperetur vt dicit modū, tunc propoſitio illa eſt falſa. Exemplum eſt de iſta genus eſt genus, q̄ eſt vera, vt genus

dicit

dicit quid, eſt autem falſa, vt dicit modum, quia ſic eſt ſpecies, & non genus, cum prædicetur de drib. numero, puta de hoc & de illo genere, quæ nō genere, ſed numero differunt. Similiter dria non eſt dria vt modus ſed eſt ſpecies, cum prædicetur de hac & illa differentia. Sic ēt multa genera, i. hoc & illud genus, quæ ſunt multa ſuppoſita generis, non ſunt multa genera denominatiue, i. non ſunt multa qaib applicatur genus vt modus Notandum aliquid accipi vt modum, eſſe illud accipi vt ab eo aliquid denominatur; tunc n. albedo accipiť vt modus, qñ capitur vt ab ea aliquid dř album; ſimiliter intentio ſecunda capitur vt modus qñ capitur vt ab ea aliquid denominatur; & ſic cum ſpecies capitur vt ab ea hō dř, ſpecies, & genus vt ab ipſo animal denominat genus (quod tunc eſt qñ applicantur, ſpecies homini, & genus animali) tunc accipiuntur vt modus. Secundo notandum genus non poſſe applicari non habenti proprietatē a qua ſumitur genus, ſimiliter hoc idem dicatur de ſpecie: cū igitur hoc eſt illud genus non habeant proprietatē à qua ſumitur genus. ſ. cōicabilitatem differentib. ſpecie (ſunt namque ſingularia) ideo huic & illi generi non poteſt applicari genus; & ita iſta eſt falſa hoc genus eſt genus, vt genus dicit modum. Similiter iſta eſt falſa, dria ſpecie ſunt dria ſpecie, vt differentia ſpecie dicit modum; nam differentia ſpecie, puta hoc & illud differens ſpecie, non habēt talem proprietatem, quod eis poſſimus applicare dria ſpecie, & ita non poſſunt dici denominatiuè differentia ſpecie.

Accipi vt modus qd ſit.

Quare iſta ē falſa hoc genus ē genus, accipiēdo gen⁹ vt modū, optima declaratio.

Ibi. Nec eſt oppoſitio, &c. Reſpondet tacitæ obiectioni. Poſſet enim aliquis dicere differentia ſpecie, & differentia numero opponuntur, alterum verò oppoſitorum de altero prædicari nequit, ergo nec differētia numero dicitur de differentib. ſpecie. Reſpōdet negando differentia numero (accipiendo differentia numero vt modus) opponi differentibus ſpecie, nō enim eſt oppoſitio.

Obiectio.

Contra ea quæ in hac reſponſione ſunt determinata ſunt aliquæ difficultates. Prima eſt cōtra illud quod eſt dictum ſcilicet genus prædicari de differentibus ſpecie, & quod differentia ſpecie per ſe ſubijciuntur, generi. Contra quia tunc ſequeretur, quod differentia ſpecie eſſent genus, quod eſt falſum. Dico conſequentiam nullam eſſe, genus enim prædicatione ſignata dicitur de differentibus ſpecie, à prædicatione autem ſignata ad exercitam non tenet conſequentia in eiſdem terminis, vt aliàs dictum eſt. Secundo, dictum eſt differentia ſpecie, & multa genera differre tantum numero. Cōtra hoc eſt, quia generaliſſimum, & ſubalternū differunt ſpecie, vt ſupra. q. 12. diximus. Reſpondeo & dico Doctorem loqui hic de ſuppoſitis ipſius generis, & de differentia, quæ eſt ratione materiæ ſeu ſubiecti, quod notum erit ponderando hanc reſponſionē tertiam, quam Doctor dat ad vltimū principale, & ſic hoc genus generaliſſimum, & hoc genus ſubalternum differunt tantum numero; differentia namque ſpecifica non eſt ratione materiæ. Inquantum ergo hoc generaliſſimum, & hoc ſubalternum differunt ratione materiæ, differunt tantum numero; hæcque eſt differentia quam conſiderat logicus inter ea quæ vltimatè habent eundem modum prædicandi. Eſt alia difficultas, an prima ac tertia reſponſio differūt. Poſſumus dicere quod non, tertia namque eſt explicatiua, & declaratiua primæ. Aliter poſſumus dicere has reſponſiones differre, in prima namque ſpecies eſt determinabile, & differens determinatio, in tertia verò eſt e conuerſo, differens enim eſt determinabile, & ſpecies determinatio, nec hoc eſt incōueniens in intentionibus, cum hoc idem in entibus realibus contingat, vt in ſequentibus habet videri. Et ſi quæras quare Doctor ponit has reſponſiones hoc modo diuerſas? Dico Doctorem hoc ideo feciſſe, vt ſaluet ambas cauſas conuenientiæ huius particulæ, differentibus ſpecie; quæ cauſæ poſitæ ſunt in corpore huius quæſtionis: per primam namque reſponſionem ſaluat ſpeciem eſſe correlatiuum generis, ponitur enim tunc differens vt ſpeciei determinatio. At per ſecundam ſaluat differens eſſe differentiam, tuncque ponitur ſpecies, non vt generis correlatiuum, ſed vt determinatiuum differentis.

Dubitationes multæ circa iā dicta.

Hoc generaliſſimum, & hoc ſubalternū qūo differūt tm̄ numero.

Prima ac tertia reſponſio ā differant.

QVAE-

QVÆSTIO XVIII. Vniuerſalium Scoti.

An genus neceſſario requirat multas ſpecies?

CVm nec plura, nec differentia ſine multitudine eſſe queant, quoniam nec comparatiuum ſinę poſitiuo, nec relatiuum ſine extremis, nec inferius ſine ſuperiori inueniri poteſt; ideo poſtquam oſtenſum eſt genus prædicari de differentibus ſpecie (ex quo ſequitur genus habere multas ſpecies, cum differentia inferat multitudinem) hic conſequenter quærendum erat, quomodo requirit genus multas ſpecies, an ſcilicet neceſſario, & ſi neceſſario, an aptitudine, an actu.

Propter hoc igitur quærit Doctor. An genus neceſſario requirat multas ſpecies? Mauritij error. Ex hoc patet Mauritium errare, dicit enim ordinem huius quæſtionis ad præcedentē debere eſſe retrogradum, hæc namque.q. (ait ipſe) quæritur circa priorem particulā, ſcilicet circa ly pluribus; quod eſt falſum; quæritur enim circa eādem particulam, circa quam quærebatur præcedens quæſtio: nam non ponuntur iſtæ particulæ vt diuerſæ. Imo ſi ponerenē vt diuerſæ particulæ, non adhuc debet eſſe ordo retrogradus harum quæſtionum, quia non quærit Doctor hic, an genus requirat multas ſpecies ſed quærit de modo exigendi eas; an ſcilicet, neceſſario requirat, ſeu exigat multas ſpecies: hoc autem quæſitum præſupponit multitudinem ſpecierum ſub eodem genere eſſe poſſibilem; & propter hoc pręſupponit aliud quæſitum, qualis ſcilicet multitudo ſpecierum eſt poſſibilis ſub eodem genere, an multitudo ſpecierum differentium ſpecie, an differentium numero, totum autem iſtud declaratum eſt in præcedēti quæſtione, igitur non debet eſſe ordo retrogradus harum quæſtionum.

Ex his patet ordo huius quæſtionis ad præcedentem, ad ſequentem vero patet ex ordine particularum diffinitionis generis. Ordo q.

Primus terminus declarandus eſt neceſſario, qui dicitur ab hoc quod eſt, non & ceſſo ceſſas, quaſi non ceſſans eſſe: & eſt aduerbium, ſumiturque totiens quotiens neceſſarium. Neceſſarium verò, vt dicit Auerroes in Epitom. met. cap. de neceſſario, ſumitur tripliciter, primo pro illo ſine quo impoſſibile eſt vt res ſit, & hoc ratione materiæ, vt cum dicimus quod animal ſanguineum neceſſario reſpirat: & ad iſtum modum reducitur ſecundus modus neceſſarij, quem ponit Philoſophus. 5. met. cap. de neceſſario, qui eſt quando non contingit aut eſſe, aut fieri aliquod bonum, ſine aliquid mali repellere, aut eo priuari: vt in Aeginam nauigare vt pecuniam recipiat, ac bibere pharmacum vt non laboret quis. Neceſſariū vnd & quotupl. dicatur.

Secundo dicitur neceſſarium de violento, quod eſt contrarium electioni: & ideo poetæ græci referunt ipſum eſſe obnoxium & contriſtans.

Tertio dicitur neceſſarium de eo quod impoſſibile eſt aliter ſe habere, quemadmodum dicimus corpora cœleſtia eſſe æterna. Neceſſarium hoc vltimo modo diuiditur ab Auerr. 5. met. tex. Commen. 6. nam aliquod eſt neceſſarium, quod impoſſibile eſt vt ſit alio modo per ſe, & hoc eſt neceſſarium ſimpliciter, quod ab Auicen. Algazele & ab iſtorum ſequacibus appellatur ineuitabile eſſe. Aliquod verò eſt neceſſarium quod ſit propter aliud, ſecundū quē modum dicunt quidam moderni, debitum eſſe neceſſarium per aliud.

Quot modis accipiatur multum, vel multitudo patet. 5. met. tex. Commen. 12. cum enim multum vni opponatur, ideo tot modis dicitur, quot dicitur vnum, excepto quinto modo vnitatis, quę eſt vnitas indiuiſibilitatis. Multū quot modis.

Et notandum ex 5. meta. tex. Comm. 18. quod multum & magnum differunt: quia multum eſt in diſcretis, at magnum in continuis. Multū & magnum differūt.

Vnde

Vnde Dicit Commen. ibidem. Multum dicitur de rebus diuiſibilibus in vnitates numerales: magnitudo vero, quæ eſt quantitas continua, eſt quę diuiditur in continua. Diuiſio eſt communis, excepto quod ſecunda pars ſubdiuiditur, vt ſtatim dicam.

Arg. ad oppoſitum. Ad oppoſitum argumentatur vnica ratione, probando à ſimili, genus non neceſſario exigere multas ſpecies, & ratio clara eſt in litera.

Cui reſpondet, dicendo non eſſe ſimile de genere & ſpecie, quia de ratione generis eſt diuidi per differentias oppoſitas, quæ cum genere, ad minus cõſtituunt duas ſpecies: ſed ſpecies non deſcendit hoc modo in indiuidua. Contra hanc reſponſionem obijcit nã ęquè eſſentiale eſt cuiquã quod in eius definitione æqualiter ponitur, ſed differentibus numero æqualiter ponitur in definitione ſpeciei, ſicut differentibus ſpecie in definitione generis, ergo erit ſimile de genere, & ſpecie, quantum ad hoc quod eſt neceſſario exigere multas ſpecies, ac multa indiuidua. Sed an iſta ratio concludat, vel ne, de hoc infra.

Diuiſio corporis quęſt. Ad quæſtionẽ reſpondendo tria facit, primo proponit quendam modum dicendi, quem impugnat, non quia ſuſtineri nõ poſſit, ſed quia ſubtiliter ac logicè non inueſtigat veritatem huius quæſtionis. Secundo ponit ſubtiliorem modum dicendi, qui verò logicus eſt. Tertio reſpondet rationibus adductis contra primum modum dicendi, & hoc quoniam ille modus eſt probabilis. Vltimo ponit quendam modum dicendi coincidentem cum ſecundo. Secũdum ibi. Poteſt igitur dici, &c. Tertium ibi. Suſtinendo primam, &c. Vltimum ibi. Nota quod ſimpliciter, &c. Quantum ad primum tria facit, primo ponit illum modum dicendi. Secundo ex dictis reſpondet ad argumenta in oppoſitum. Tertio impugnat talem modum dicẽdi. Secundum ibi. Per hoc ad &c. Tertium ibi.

Contra hic modus, &c. Pro intellectu huius primæ poſitionis ſciendum eſt, quod cum vniuerſale ſit quoddam totum, primo Phy. tex. commen. 4. & 5. met. tex. commen. 31. multa enim comprehendit vt partes vniuerſale, vt ibidem ſcribitur; ideo quodammodo aſſimilatur toto quantitatiuo, & quodammodo ab eo differt: aſſimilatur equidem, nam ſicut totum quantitatiuum continet partes, & ſic concernit numerum; ita & vniuerſale continet partes, & ſic concernit numerum. Differunt autem, ne tantum quantum ad diuerſitatem partium (quia partes illius ſunt integrales, iſtius vero ſubiectiuæ) ac modi continendi eas (quia totum quantitatiuum in actu, vniuerſale autem poteſtate continet ſuas partes) ſed differunt etiam quoniam nec eſſe totius q̃titatiui ſaluatur in vna parte, nec ſuum poſſe ſaluatur in vno, ſed ſemper in pluribus. Eſſe autem totius vniuerſalis poteſt ſaluari in vno, deſtructis enim omnibus ſpeciebus, excepto homine, adhuc eſt animal; at ſuum poſſe neceſſario plura concernit, eſt namque vniuerſale quod eſt aptum natum de pluribus prædicari, & in multis eſſe.

Hoc prænotato dico, quod hæc prima poſitio intendit declarare, quomodo poſſe generis (quod eſt vniuerſale) neceſſario plures ſpecies concernat; & vult quod concernat neceſſario multas ſpecies, non actu, nec potentia, ſed tantum aptitudine. Hęc pro intellectu illius quod hic modus dicendi intendit declarare, dicta ſufficiant. Nunc ad literam Scoti accedamus.

Ibi. Ad quæſtionem, &c. Hæc reſponſio conſiſtit in duplici diſtinctione, ac triplici concluſione.

Prima diſtinctio eſt, quod genus poteſt accipi pro intentione ſcilicet pro formali; & pro illo cui applicatur intentio ſcilicet pro fundamento.

Secunda diſtinctio, quod genus requirere multas ſpecies, contingit tripliciter, vno modo in actu, alio modo in potentia, tertio modo in aptitudine. Genus quõ requirat multas ſpẽs.

Prima concluſio eſt, genus pro formali non requirit multas ſpecies actu vel potentia, quæ concluſio probatur ibi. Quod oſtendit, &c.

Secunda concluſio eſt, genus pro fundamento non requirit multas ſpecies actu vel potentia. Et hoc probatur ibi. Similiter, &cæt.

Tertia concluſio eſt, genus pro formali requirit multas ſpecies aptitudinaliter. Q̃d probatur ibi. Tamen ſicut vniuerſale, &c.

Ibi. Quod oſtenditur, &c. Hæc eſt ratio quę adducitur ad probandam primam concluſionem, quæ eſt per locũ à correlatiuis; & ſic

Genus nõ req- rit multas ſpẽs actu vel potẽtia.

& ſic erigatur. Intentio generis refertur ad intentionem ſpeciei, ſeu genus refertur ad ſpeciem(quod idem eſt) ergo vna ſpecie actu vel potentia exiſtente, erit genus, non igitur genus neceſſario requirit multas ſpecies.

Prima conſequentia patet, nam relatiua ſunt ſimul natura. Vltima conſequentia patet, quia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis, ſi enim genus neceſſario requirit multas ſpecies, igitur vna tãtum exiſtente non poterit eſſe. Hæc ratio poſſet confirmari, non enim magis requiritur plurificatio vnius relatiui, quam alterius, imo accidit alterum correlatiuorum plurificari inquantum refertur, cum igitur correlatiuum generis ſit ſpecies, ideo non magis requiritur plurificatio ſpeciei ad eſſe generis, quam plurificatio generis ad eſſe ſpeciei, ſed ad eſſe ſpeciei non requiruntur multa genera, ergo ad eſſe generis, non requiruntur multæ ſpecies.

Genus pro ſubſtracto nõ req- rit ſpẽs multas.

Ibi. Similiter, &c. Hęc eſt ratio quæ ponitur ad probandam ſecundam concluſionem, quæ ſic diſponatur. Impoſſibile eſt conſtitutum ac materiatum eſſe ſine materiali, ſed genus pro fundamento eſt, quod materiale in ſpecie, capta pro fundamento, ergo impoſſibile eſt ſpeciem eſſe, niſi genus ſit illo modo ideſt fundamentaliter ſumptum: igitur vna exiſtente ſpecie erit genus & ita genus, captum pro illo cui applicatur intentio, nõ neceſſario requirit multas ſpecies. Huius rationis in litera primo ponitur minor, deinde maior.

Genus requirit multas ſpẽs aptitudine.

Ibi. Tamen ſicut vniuerſale, &c. Ponitur ratio pro tertia concluſione, quæ eſt talis. Quicquid eſt de ratione ſuperioris, eſt etiã de ratione inferioris, ſed exigere multa aptitudine de quibus prædicetur, eſt de ratione vniuerſalis, quod eſt genus ad hæc quinq; ergo exigere multas ſpecies aptitudinaliter, eſt de ratione generis.

Minor patet ex definitione vniuerſalis, definitur enim per eſſe aptum natum prædicari de pluribus.

Argum. prin.

Quoniam omnes rationes ſeu auctoritates, quæ ponuntur ante oppoſitum, ſunt contra hunc modum dicendi, ideo hic declarabo illas rationes, ac modum ſoluendi illas.

Prima ratio ſic poteſt formari. De eſſentia generis eſt multitudo ſpecierũ, ſed genus neceſſario requirit quicquid eſt de eſſentia eius, ergo genus neceſſario requirit multas ſpecies.

Maior probatur: in definitione quidditatiua generis ponitur multitudo ſpecierum, vt clarum eſt ex dictis ſupra, ſed illud eſt de eſſentia generis, quod ponitur in eius definitione quidditatiua, ergo de eſſentia generis eſt multitudo ſpecierum.

2. Arg. prin.

Item poteſt hoc idem oſtendi auctoritate Porphyrij cap. de ſpecie, vbi dicit. Genere quidem vno exiſtente, ſpeciebus vero pluribus, vnum igitur genus neceſſario habet multas ſpecies. Antecedens quod eſt dictũ Porphyrii probatur ab ipſomet Porphy. ſic diuiſio generis ſemper fit in plures ſpecies, ergo exiſtente vno genere erunt plures ſpecies. Aſſumptum probatur, quia genus de ſua ratione habet vt diuidatur per differentias oppoſitas, ſed vtraque differentia adueniens generi, conſtituit ſpeciem, ergo diuiſio generis ſemper fit in plures ſpecies. Hoc fortificatur, nam ex hoc quod genus diuiditur per differentias oppoſitas, concludit Boetius in libro diuiſionum, quod ſub vno genere minus duabus ſpeciebus eſſe non poſſunt.

3. Arg. prin.

Item ſi genus non neceſſario requireret multas ſpecies, tunc ſpecies poſſet de ęqualibus prædicari cum genere, conſequens autem eſt falſum, igitur & antecedens. Conſequentia patet, nam tunc genus non contineret ſub ſe plura, quam ſpecies.

Falſitas conſequentis probatur ex 4. top. cap. 1. vbi Philoſophus dicit, quod ſi ſpecies prædicatur de æqualibus cum genere, interimitur, quod ponitur pro genere, & in eodem cap. in aliis conſiderationibus, ſeu locis, qui ſunt de genere habentur aliæ auctoritates ad hoc propoſitum, quæ in litera patent. Ad hoc idem ſunt multæ aliæ auctoritates. 7. meta. & in libris logicalibus Boetii, & Porphyrii.

Reſp. ad arg. pri. Aptitudo, & potẽtia differũt.

His rationibus, & auctoritatibus reſpondet, quod omnes intelligendæ ſunt de aptitudine, non de actu, vel potentia. Et ponit notanter differentiam inter potentiam, & aptitudinem, & hoc ne quis decipiatur, exiſtimando genus habere multas ſpecies in potentia, cum habeat multas aptitudinaliter.

Differt

Differt igitur aptitudo a potentia; nam aptitudo eſt inclinatio alicuius ſecundum ſe in aliquid, uel magis non repugnantia. Pro quo ſciendum quod aptitudo non eſt aliquod abſolutum, aliud ab eo cuius eſt, nec eſt reſpectus realis actualis, imo nec reſpectus rationis actualis, quia quilibet talis eſt ſemper inter aliqua duo extrema in actu, aut ſecundum rem, aut ſecundum conſiderationem intellectus, vt habet Trombeta in formalitatibus, art. 2. Sed eſt non repugnantia, ſeu congruentia ad aliquid; habenſque aptitudinem ad aliquid quantum eſt de ſe, ſemper eſſet in actu; niſi impedimentum adeſſet, vt patet de graui, quod ſemper eſſet in centro, niſi impediretur.

Aptitudo quid ſit.

Reſpectus actualis eſt inter extrema in actu.

Potentia autem eſt ordo ad actum, eſt enim potentia, vbi nulla eſt impoſſibilitas ex repugnantia, ſeu incompoſſibilitate terminorum, ita vt illud, quod eſt ſic potens, poſſit attingere actum.

Potētia quid.

Ibi. Poteſt igitur &c. infert potentiā poſſe eſſe ſine aptitudine, & è converſo. De potentia patet, nam poſſibile eſt graue eſſe ſurſum, non tamen eſt aptum natum ibi eſſe, quia repugnat ei ſecundum ſe; non.n. locus ſurſum congruit naturæ grauium. Similiter ſecundum Scotum. 4. diſtin. 12. quęſt. 1. reſpondendo ad primum principale. Ad formas ſupernaturales eſt potentia aliqua in ſuſceptiuo, non tamen propriè eſt aptitudo, quia illa non eſt propriè niſi ad formas, naturaliter perfectiuas. E converſo etiam dicendum eſt de aptitudine, quod ſcilicet poteſt eſſe ſine potētia, vt patet de cæco, qui eſt aptus natus ad vidēdum, & tamen non eſt poſſibile cæcum videre. Primum oſtenditur, quod ſcilicet cæcus ſit aptus natus ad videndum: nihil enī dicitur priuatum, niſi cum eſt aptum natū habere habitum, ſecundum Ariſt. in poſt prædicam. cap. de oppoſitione, & 5. metha. cap. de priuatione. Secundum etiam oſtenditur (quod ſcilicet impoſſibile ſit cæcum videre.) Quia a priuatione ad habitū non eſt naturalis regreſſus.

Potētia pōt eſſe ſine aptitudine, & è converſo.

Notandum quod cum duplex ſit potentia. 5. met. tex. com. 17. & in Epitom. Auer. cap. de potentia & actu. Quædam namque eſt potentia actiua, quę dicitur de potētiis mouentium aliud, inquantum ſunt mouētes aliud, ſiue fuerint huiuſmodi potentiæ naturales, aut intellectuales. Quædam verò eſt potentia paſſiua, quę dicitur de potentiis, quæ ab aliis ſolent moueri. Ideo cū dicimus aptitudinem poſſe eſſe ſine potentia, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, quod poſſit eſſe ſine potentia actiua. Alio modo quod poſſit eſſe ſine potentia paſſiua. Primo modo propoſitio illa eſt falſa, quod ſcilicet aptitudo poſſit eſſe ſine quacunque potentia actiua: nam tunc fruſtra eſſet illa aptitudo, quia per nullam potentiam poſſet reduci ad actum. Vide pro hoc doctorem prima q. prologi reſpondendo ad primum argumentum pro opinione Philoſophorum. & uide etiam ſcripta noſtra ibidem, & quæſtionem quam edidi de neceſſitate Theologiæ. At ſecundo modo dico, quod quamuis aptitudo non ſit formaliter potentia paſſiua: tamen quandoq. concomitantur ſe in eodem: quandoque etiam aptitudo reperitur ſine tali potētia. Primum patet, quia non repugnantia non eſt formaliter ordo. Secundum oſtenditur, nam graue exiſtens ſurſum, habet aptitudinem, & potentiam ad eſſe deorſum. Tertium declaratum fuit ſupra de cæco. Et ſi dicas, Deus poteſt facere cæcum videre, ergo non eſt impoſſibile, ſed poſſibile cæcum videre, & ex conſequenti in cæco non erit aptitudo ſine potentia. Dico aptitudinem numquam poſſe eſſe ſine potētia obedientiali, poteſt tamen eſſe ſine potentia naturali, de qua non eſt ſermo. Aliter etiā poteſt dici, ꝙ qñ dicis, Deū poſſe facere cæcū uidere, tūc cōparatur cæcus ad potentiā: & ita nihil cōtra nos, cū loquamur de poā paſſiua Ibi. Sic nulli vniuerſali, &c.

Poā du.

aptitudinem cē ſine poā quotup. pōt ītelligi.

dubium tollitur.

Applicando illā diſtinctionē ad ꝓpoſitū, declarat quō genus, & vl'iter quodlibet vniuerſale, hēt multa aptitudinaliter, nō aūt in actu vel poā, de quib. dicaẽ. Quodlibet .n. vl'e dr̃ de multis aptitudinaliter, q̃a nulli vl'i quātū eſt ex ſua forma [.i. ex ſua rōne formali] repugnat dici de multis. Non tñ vl'e requirit multa in actu vl'i in poā de quib. dicaẽ, quia hęc aptitudo impediri p̄t: impedit̃ āt qñ nō ſūt multa in actu, uel poā, de q̃b vl'e dicaẽ. Ibi. Cōtra hic modus, &c. Trib. rōnib. īpugnat p̄dictū modū dicēdi: quas ſoluit addēdo q̃ ille modus prætermittit. Prima rōne oñdit illā poſitionē nō eſſe ad propoſitum, & ratio ſic erigatur.

Tantum

Tantum ille modus dicendi, qui non ſupponit falſum, & ſoluit quæſitum iſtud, eſt ad propoſitum, ſed iſte modus dicendi ſupponit falſum, nec ſoluit quęſitum, ergo non eſt ad propoſitum. Minor probatur quoad vtramque partem, & primo q' ſupponat falſum: ſupponit enim hanc ſpeciem per ſe primo referri ad genus, q' eſt falſum, genus namque per ſe primo refertur ad ſpeciem, & non ad hanc vel illam.

Secundo probatur q' non ſoluat quæſitum, quia hęc poſitio procedit, quantum ad id quod probat in prima concluſione, de intentionibus generis, & ſpeciei, ac ſi quæſitum eſſet: An ſi eſt vna ſpecies, ſit etiam genus: quod autem procedat hoc modo patet, nam ex hoc quod relatiua ſunt ſimul natura, oſtendit quod exiſtente vna ſpecie erit genus, at hoc non eſt quęſitum noſtrum, igitur non ſoluitur ab hac poſitione.

Quantum etiam ad id quod probat in ſecunda concluſione de genere, & ſpecie pro fundamento, procedit ac ſi quæreretur. An natura generis ſit, ſi natura ſpeciei eſt. Sed hoc non eſt quæſitum noſtrum, quoniam de hoc nullus dubitat.

Quæſitum igitur noſtrum eſt, ſi ſit tantum una natura, cui applicetur intentio ſpeciei, an tunc intentio generis poſſit applicari alicui reſpectu illius naturæ, cui applicaretur, ſi eſſent multæ naturæ quibus applicaretur intentio ſpeciei. Hęc eſt ratio quæ poteſt formari ex litera: cuius doctor ponit tantum probationem minoris.

literę diuiſio, & expoſitio.

Et tria facit primo oſtendit quod ſupponit illa poſitio vnum falſum, & quod non intelligit, nec ſoluit quæſitum quantum ad primam concluſionem, quam ponit de genere, & ſpecie pro formali. Secundo oſtendit quod non intelligit nec ſoluit quæſitum quantum ad ſecundam concluſionem, quæ erat de genere, & ſpecie pro fundamento. Tertio declarat quod eſt quęſitum ſuum.

Secundum ibi. Nec quęritur, &cæt.

Tertium ibi. Sed ſi non ſint, &cæt.

Nunc expone literam hoc modo. Hic modus dicendi non videtur ad propoſitum, quia procedit de intentionibus (& hoc quantum ad id quod habet in prima concluſione) ac ſi ſupponeretur in quæſtione, intentionem ſpeciei (ideſt intentio quę eſt ſpecies, eſt enim conſtructio intranſitiua) vnam eſſe, quæ refertur ad genus eſſentialiter [i. p ſe primo, q' dicit p p relatiua per accidens, & per ſe non primo] & dubitaretur, an intentio generis ſit [quod autē ſic procedat patet, nam ex natura correlatiuorum concludit, quod exiſtente una ſpecie, erit genus.] Quod non videtur [ſcilicet verum quantum ad ſuppoſitum, nec videtur dubium quod quærit: quod pbat cum ait] quia genus per ſe primo refertur ad ſpeciem, & non ad hanc vel illam [& ita correlatiuum ad quod eſſentialiter dicitur genus, eſt ſpecies, & non hæc vel illa ſpecies] vnde accidit ſibi ſic referri ad multa. [Non eſt igitur verum, vnam ſpeciem eſſentialiter, ac per ſe primo referri ad genus; & ideo quęſitum non erat, an exiſtente vna ſpecie ſequatur ex natura eſſentialiter correlatiuorum genus eſſe.] Nec quęritur [quantum ad ſecundam cōcluſionem, quæ eſt de genere fundamentaliter capto] an ſit natura generis, ſi natura ſpeciei eſt [cum igitur illa poſitio procedat, ac ſi tale eſſet quęſitum, ideo non eſt ad propoſitum.] Sed [hoc eſt dubium quod quęritur] ſi non ſint multa [fundamenta primo intentionalia] quibus applicetur intentio ſpeciei, ſed tantum vnum, ſcilicet b. [quod exempli gratia dicatur albedo, dato quod non ſit alius color in vniuerſo, niſi albedo] an illi naturæ, ſcilicet a. [puta an colori, qui includitur in albedine] applicetur intentio generis.] Nota doctorem hic accipere naturam extenſiuè, pro quidditate, vel conceptu, ſeu realitate,] cui [ſcilicet naturæ, vel conceptui] applicaretur [intentio generis] ſi multis naturis [in quibus includeretur ille generis conceptus] vt b. c. d. [vt puta albedini, nigredini, rubedini, & ſic de aliis, doctor. n. breuitatis cauſa vtitur literis [applicetur intentio ſpeciei; reſpectu illius naturæ, [ſcilicet reſpectu illius realitatis, vel conceptus] ſcilicet a. [puta reſpectu coloris. Vult dicere doctor dubium ſuum eſſe, ſi tantum ſit albedo, vel tantum ſit homo, ſic quod nō ſit alius color, uel aliud animal in vniuerſo.

ſo,an tunc intenſio generis poſſit applicari colori, ac animali ; quæ equidem generis intenti o certum eſt quod poſſet applicari colori,& animali,ſi eſſet albedo,nigredo,rubedo,ac ſi eſſet homo,leo,bos,aſin⁹, & ſic de aliis,quibus poſſet applicari intẽtio ſpeciei,reſpectu coloris , & animalis . Sequitur in litera . Et ſic intellecta qõne neutrum membrum poſitionis eſt ad propoſitum. Quę membra poſitionis ſunt membra illius diſtinctionis de actu,& potẽtia,& de aptitudine: quæ non ſunt ad propoſitum, quia non ſoluunt difficultatem : dicendo enim genus , nec actu nec potẽtia , ſed tantum aptitudine ; exigere multas ſpecies , non ſoluit difficultatem ; cum ſemper ſit dubium, quomodo poteſt intentio generis applicari alicui conceptui, ſi intentio ſpeciei non poteſt plurib. naturis applicari,in quibus includatur ille conceptus , cum genus de differentibus ſpecie prędicetur . Poſſunt quoque hæc membra referri ad id quod probatum eſt de genere pro formali , & pro fundamento:quodque illa membra non ſint ad propoſitum iam oſtenſum eſt.

Ibi.Suſtinendo primam , &c. Ne idem nobis pluries repetere neceſſe ſit, ideo ſingulis rationibus declaratis,ſingulas reſpõſiones doctoris.

Genus qño nõ requirit multas ſpẽs actu , uel potẽtia. Suſtinendo igitur primum modum dicendi,reſpondet Scotus ad ſuum primum argumentum : & declarat quomodo illa poſitio eſt ad propoſitum quęſiti ab ipſo declarati. Et vult dicere quod ſi non eſſent multæ naturæ actu,uel potẽtia , ſed tãtum vna,cui poſſet applicari intentio ſpeciei , tunc realitati potẽtiali', incluſæ in illa natura,non minus poterit applicari intentio generis;illa namque realitas eſt prior natura ſpecifica,quia cum concipitur , habet minus de entitate,quam illa natura, & deſcendit in talem naturam per differẽtiam ſpecificam. Et ita patet quod ad hoc vt intentio generis applicetur alicui realitati , non eſt neceſſe,vt ſint multæ naturę actu, vel potẽtia , quibus applicetur intentio ſpeciei , & in quibus includatur illa realitas,& ideo genus non neceſſario requirit multas ſpecies actu , vel potẽtia .

Hæc declaratio. Nunc legas literam hoc modo.Suſtinẽdo primam poſitionem dici poteſt ad primum argumentum contra illam ; quod ſi huic naturæ [puta homini]tantum applicatur intentio ſpeciei,quod illi naturę[ſeu realitati,puta animali]quę eſt in hac natura[ſcilicet in homine]adhuc applicatur intentio generis,ut prius. Hoc ultimum poteſt exponi dupliciter vno modo, ut exponitur a Mauritio,& ſic. Illa realitas incluſa in illa natura , in tali caſu , eſſet genus vt prius, ideſt ſicut fuiſſet ſi habuiſſet ſub ſe plures naturas ſpecificas . Aliter ſic exponatur.Si eſſet tantum vna natura ſpecifica alicuius generis,tunc realitati potẽtiali illius naturę poſſet adhuc applicari intẽtio generis,vt prius,ideſt vt eſt aliqd prius illa natura : quamuis enim eſſet tantum homo in vniuerſo, & non eſſet aliud aĩal , adhuc tamen animal eſſet prius ipſo homine,& vt potentiali priori poſſet ſibi applicari intentio generis.

Ibi.Quia adhuc cum concipitur , &cęt. Vult oſtendere quod illa realitas , vt puta animal,eſſet adhuc prior homine. Pro cuius literæ intellectu notanda ſunt tria .

Genus hẽt minorem entitatẽ ac intelligibilitatẽ quã ſpecies. Primo genus habere minorem entitatẽ quam ſpecies ; eſt enim ſpecies tenuis ſimilitudo ſingularium,& genus magis tenuis ſpecierum,ut quęſt.4.declarauimus. Quod etiam clarum eſt ex Porph. cap.de differentia,dicente , differentiam eſſe, qua ſpecies ſuperabundat a genere .

Secundo notandum(& ſequitur ex primo)genus habere minorem intelligibilitatem quam ſpecies,& loquor de genere , & ſpecie pro ſubſtracto.Conſequentia probatur,nam ſecundo metaphy.tex.Comment. quarto , ſicut res ſe habet ad eſſe , ſic ſe habet ad veritatem , ſeu cognoſcibilitatem.

Intellectus 2. Tertio notandum quod ſicut cõceptus, & intentio, ita etiam intellectus poteſt accipi , vel formaliter,vel obiectiuè, & ideo habere minus de intellectu contingit dupliciter , ſcilicet formaliter , & obiectiuè ; in propoſito noſtro dictum doctoris intelligitur ſecundo modo, realitas enim cui applicatur genus habet minus de intellectu obiectiue,cum habeat minus de entitate , q̃ natura cui applicatur ſpecies . His notatis patet litera doctoris. Ex qua poſſumus talem formare rationem. Illud quod cum concipitur , minus habet de entitate , qu

illudã

illud quod eſt ſpécies, & deſcendit in illud quod eſt ſpecies per differentiam ſpecificã, eſt prius illo quod eſt ſpecies, ſed realitas cui applicatur genus eſt huiuſmodi, ergo, &cęt.

Vel dicamus doctorem in hac litera oſtendere, quod ſtante caſu iam poſito, tſic realitati incluſæ ĩ illa natura poteſt adhuc applicari intentio generis, & tunc ratio ſic formetur. Realitati, quæ cum concipitur habet minus de entitate, quam illud quod eſt ſpecies, & deſcendit in illud per differentiam ſpecificam, poteſt applicari intentio generis; ſed ſtante illo caſu, realitas incluſa in illa natura, cui applicatur ſpecies, eſt talis realitas, ergo &c.

2. Ratio cõtra 1. modum dicendi.

Ibi. Item non videtur vera, &c. Arguit ſecundo contra eandem primam poſitionem, oſtendendo illam non eſſe ueram, ex hoc quod ſe ipſam deſtruit, nam tertia concluſio infert oppoſitum primæ; Si enim genus requirit multas ſpecies aptitudine, ſeq̃ ꝙ rq̃rat multas in actu. Et ſic arguit. Impoſſibile eſt aliquid eſſe aptum natum dici de pluribus, niſi illa plura ab intellectu per diuerſas ſpecies apprehẽdi poſſint: ſed per te, genus eſt aptum natum dici de multis ſpeciebus, ergo illę multæ ſpecies natæ ſunt ſic concipi ab intellectu; Tunc vltra, illę multæ ſpecies ſic poſſunt concipi, ergo plures ſpecies generis ſunt in actu. Hæc ultima conſequentia probatur, quia iſte eſt actus naturæ inquantum dicitur ſpecies, ꝙ actu concipiatur ab intellectu per ſpeciem intelligibilem, uel per aliquam proprietatem, quia ſecundum hoc ſibi attribuitur intentio ſpeciei, ut ſupra quæſtione nona, dictum fuit.

Aliquid eẽ aptũ natũ dici de plurib. cõtĩgit duplicit̃er.

Pro huius lr̃æ intellũ tria ſunt notãda. Primo, aliquid eſſe aptum natum dici de pluribus, poſſe dupliciter intelligi, vno modo actu alio modo potentia, & hoc vel propinqua, vel remota. Illa propoſitio doctoris, ſcilicet impoſſibile eſt aliquid, &c. eſt vera de actu, vel de potentia propinqua, non autem de potentia remota; nam natura, vel quidditas animalis, ut habet unitatem minorem unitate numerali, ſecluſa omni operatione intellectus, quantum eſt ex ſe eſt communicabilis ac prædicabilis de pluribus potentia remota, non autem actu, vel potentia propinqua.

Notitia dup.

Secundo notandum duplicem eſſe notitiam, quędam eſt intuitiua, quæ eſt rei exiſtentis, vt exiſtens eſt, ac præſentis in propria exiſtentia, quædam vero eſt abſtractiua, quæ fit per aliquod repreſentatiuum: & ſi obiecta abſtractiuè cognita ſint oppoſita, uel diſparata, tunc repreſentatiuum vnius, non poteſt eſſe formaliter alterius repreſentatiuum, quicquid ſit de obiectis nõ diſparatis, ſed ſe habentibus tanquam inferius, & ſuperius, quia illa, vt multi uolunt, per eandem ſpeciem intelligi queunt.

Diſparata, & oppoſita ꝑ eandem ſpẽm intelligi ñ poſſunt.

Quod autem eadem ſpecies non ſit repreſentatiua diſparatorum, poſſet ſic pro nunc perſuaderi.

Idẽ act⁹ finitus ñ põt eſſe obiectorum diſparatorum.

Idem actus intellectus noſtri non poteſt eſſe plurium obiectorum diſparatorum, ergo nec eadem ſpecies intelligibilis erit diſparatorum repreſentatiua; conſequentia patet a fortiori, intellectio enim eſt perfectior ſpecie intelligibili; Antecedens eſt Scoti in quarto diſtinct. prima, queſtio. 1. Propter hoc igitur notanter dicit doctor, per diuerſas ſpecies.

Relatio duplex.

Tertio notandum duplicem eſſe relationem actualem, & aptitudinalem; actualis requirit extrema, quæ ſint in actuali exiſtentia: aptitudinalis verò quamuis non requirat extrema ſimul actu exiſtere, tamen requirit illa eſſe ſimul quantum ad intelligentiam, ſic quod ſi vnum eſt actu cognitum, & reliquum erit actu cognitum, omnia namque relatiua dicuntur eſſe ſimul natura, id eſt naturali intelligentia. Ex quo uidetur ſequi, quod propriè loquendo, nulla eſt relatio rationis aptitudinalis: ſed quælibet eſt actualis.

Non datur relatio rationis aptitudinalis.

Probatur, nam quęlibet relatio rationis, cuius extrema ſunt in actu per conſiderationem eſt relatio naturalis, ſed non poteſt aliqua relatio rationis etiam aptitudinalis, ſi daretur eſſe in altero extremorum, niſi ambo extrema concipiantur, & ex conſequente niſi ambo ſint actu per conſiderationem: ergo quęlibet relatio rationis eſt actualis.

Maior communiter conceditur ab oĩb. Minor verò probatur, relatio rationis non poteſt cauſari niſi extrema comparentur, ſed extrema non poſſunt comparari, niſi concipiantur, actus enim comparatiuus p̃ſupponit apprehenſiuum: igitur, &c.

Sciendum

Sciendum tamen, aliquas relationes rationis vocari aptitudinales non quia alterum extremum earum non ſit in actu, & eo modo quo extrema relationis rationis ſunt in actu, ſed ſic uocantur vt dentur intelligi naturæ eorum quibus applicantur, ac proprietates a quib. ſumuntur; ſunt.n.intentiones ſecundæ modi intelligendi primarum. Exemplum eſt de genere, quod dicimus eſſe aptum natum prædicari de differentibus ſpecie, non quia genus ſit propriè relatio aptitudinalis, quaſi alterũ eius extremum non ſit in actu: ſed ideo ſic dicimus, vt demus intelligere proprietatem eius a quo ſumitur, puta aĩalis: quæ ꝓprietas eſt, eſſe aptum natum cõicari plurib. differentib. ſpecie; ſeu eſſe aptum participari a ſic dfibus. Niſi fortè dicas relationem rõnis actualem requirere ambo eius extrema ꝓpinqua eſſe in actu ne dum per conſiderõnem, ſed ẽt per comparõnem, ita ut ambo extrema eius propinqua ſint actu cognita, & actu ad ſe inuicem comparata: relationem uerò aptitudinalem requirere alterũ eius extremum propinquum, ſ. fundamentum, eſſe in actu per conſiderõnem, & per comparationem, alterum autem ſ. terminũ non eſſe in actu per comparõnem, ſed tm̃ per conſiderationem i. eſſe actu cognitum, & non comparatum: Tuncque concedendum eſt intellectum poſſe comparare a. ad b. puta animal ad hominem, non comparãdo b. ad a. ſcilicet hominem ad animal. Vel niſi dicas, cuiuslibet relatiui (quod actu refertur) terminum, eſſe fundamentum proximũ ſui correlatiui: at fundamentum proximum correlatiui generis, ut genus actu refertur ad ſpeciem, non eſt quodlibet actu cognitum, ſed eſt aliquid actu cognitum exiſtentis in rerum natura, vel ſi non eſt, ſaltem debet eſſe actu cognitum per eandẽ ſpeciem intelligibilem, per quam concipiebatur quando erat, in cuius intellectu includitur fundamentum generis: quando igitur terminus ad quem refertur genus, habet iſtas tres conditiones, tunc genus eſt relatio actualis: quando verò terminus eius habet tantum vnam, vel tantum duas conditiones, & poteſt habere alias, tunc genus eſt relatio aptitudinalis: & ita nõ quælibet relatio rationis erit actualis.

Relõnis rõnis actualis extrema quõo ſũt in actu.

Alius modus dicendi.

Ibi. Ad ſecundum dicitur, &c. Reſpõdet ad ſecundam rationem adductam contra primum modum dicendi. Et reſponſio eſt negando illam ultimam conſequentiam, q̃ ſubſumitur. ſ. multæ ſpẽs poſſunt concipi ab intellectu, ergo multæ ſpẽs generis ſunt in actu: Ad eius probationem dicit, quod non ſufficit ad hoc ut ſpecies ſit in actu, ſeu ad hoc ut actu applicẽt alicui, ꝙ illud poſſit concipi, vel cõcipiatur ab intellectu, ſed requirunt aliæ duæ condões, primo ꝙ in intellectu eius cui applicatur ſpecies includat fundamentum generis, vltimo ꝙ ſi illa quib. applicatur ſpẽs, non exiſtunt actu, ꝙ concipiantur ab intellectu ꝑ eãdẽ ſpẽm, ꝑ q̃ cum erant concipiebantur. Lege literam. Ad ſm dr̃, ꝙ nõ ſufficit ad eſſe ſpẽi alicuius [.i. ad hoc vt ſpẽs actu poſſit applicari alicui, hoc.n.eſt eſſe ſpẽi, vt conſideratẽ a logico, nam conſideratio logica eſt de ſecundis intentionib. applicatis primis] poſſe concipi ab intellectu [.i. qd̃ fundamentum eius poſſit concipi] ſed [vltra hoc requirũtur aliæ tres conditiones, prima] quod in eius intellectu [.i. in eſſentia, ſeu conceptu quidditatiuo illius cui applicaẽ ſpẽs] ſit genus [.i. includaẽ fũdm̃ gñis] reſpũ cuius [generis] dici [ſeu denoĩari] dẽt ſpẽs [.i. fundm̃ illius ſpẽi.] Q̃d nõ eſt verũ [.ſ. illud ſm ad ditũ, ſeu iſta ſcd̃a condõ] de illis multis ad q̃ eſt aptitudo gñis [non.n. in cõceptu q̃dditatiuo illorũ multorũ includit fundamẽtum gñis, vt p̃dicaẽ de illis ſtm̃ aptitudinaliter, tamen ſi ſic [hæc eſt ſcd̃a condõ, quæ requiriẽ ad hoc vt ſpẽs actu alicui applicari poſſit] genus ſit aptũ dici de illis], quod aliqñ dicebaẽ. [Vult dicere, ꝙ q̃uis illa multa ad q̃ eſt aptitudo gñis nõ ſint in actu, tñ ſi qñq. fuerũt in actu, ſic ꝙ genus ſit ſic aptũ dici de illis, ꝙ aliqñ dicebaẽ de illis, qñ.ſ. actu erãt Et ita hæc eſt ſcd̃a cõdõ requiſita ad hoc, vt genus actu hẽat multas ſpẽs: ꝙ.ſ. illa multa exiſtãt, uel ſaltẽ fuerint.] Et illa [multa] cõcipiunẽ [hæc eſt vlt. condõ] ab intellectu, ꝑ eandẽ ſpẽm [intelligibilẽ] ꝑ q̃ ẽt cũ eſſẽnt [concipiebanẽ] tũc ſũt multæ ſpẽs actu [i. multa quib. actu põt applicari ſpẽs] qui actus [.ſ. cõcipi ꝑ eandẽ ſpẽm, &c.] requiriẽ ad ſpẽm in actu [.i. ad hoc ut aliquid actu denoĩetur ſpẽs] quia tunc in eorum intellectu [.ſ. eorum quibus applicatur ſpecies] cadit genus [ideſt fundamentũ generis] ſicut & quando erant.

Condões req̃ſitæ ad hoc, vt ſpẽs ſit in actu, ſeu actu poſſit applicari alicui.

Rões Io.Ang. Io. Anglicus notat vnum, quod qñ dicit doctor. Qui actus requiritur ad ſpeciem in actu &c. non vult habere ꝙ actualis conſideratio requiratur ad eſſe ſpeciei. Nam ex hoc ſequerentur duo falſa, primum eſt, ꝙ nũquam aliqua natura eſſet ſpẽi, niſi actu conciperetur, & tunc qñ oẽs hoĩes dormirent nulla natura eſſet ſpẽs, nec homo, nec leo, nec hmõi, & ſic ſcĩa de ſpecie, periret, vel nulla eſſet ſcĩa de ea, quia ſemper eſſet contingens, quia nunc eſſet, & non eſſet. Secundum falſum eſt, quod ſola actualis conceptio alicuius naturæ, faceret illam ſpẽm in actu, quod non eſt verum, qa tũc toties metaph. naturalis, ac mathematicus cārent intentiones ſecundas, quoties conſiderarent, aut actualiter intelligerent quidditates naturarum ſpecificatum, & ſic ſemper adderent ad logicam, qñ conſiderarẽt; & tollerent ab ea qñ ceſſarent a conſideratione. Igitur doctor per actualem conſiderationem non intelligit aliquam ſpãlem, & diſtinctam, ſeu ſingularem conſiderõnem, quia ſine tua, & ſine mea ſunt oẽs intẽtiones ſecundæ in actu habituali, ſiue ſciẽtiali: nec intelligit ſolum preteritas conſiderationes actuales, nec ſolum præſentes, aut ſolum futuras. Sed intelligit ſolum actualem conſiderõnem in cõi, q̃ habuit, hẽt, & habebit multa ſingularia in actu exiſtẽtiæ, ſ. hunc actum conſiderandi actualiter exiſtentem, & illum, &c. in ſuis periodis, aut menſuris durationis. ſ. tam in p̃terito tpe, q̃ in præſenti, & futuro: & per illum actũ, vel actualem conſiderationem in cõi, mediantib. ſuis ſingularib. cãtur ſpẽs in cõi intentionalis in ſuis ſingularibus. ſ. in hac ſpẽ ſingulari applicata actualiter homini, & in hac ſpecie ſingulari applicata actualiter leoni, & ſic de aliis. Contra doctor hic loquiẽ de illa actuali conſideratione, quæ requiriẽ ad hoc vt aliq̃d actu dicaẽ ſpẽs; ſed ad hoc vt aliquid actu denominetur ſpẽs non ſufficit actualis conſiderõ in cõi, vt ſ. cõis eſt ad conſiderõnẽ q̃ fuit, eſt, ac erit, ergo doctor nõ loq̃tur de conſiderõne ſic in cõi. Minor ꝓbaẽ, nã ad hoc vt aliq̃d dicaẽ actu ſpẽs req̃riẽ actualis comparõ, ſed ad actualẽ comparõnẽ non ſufficit conſiderõ ſic in cõi, ergo nec ad hoc ut aliq̃d actu dicatur ſpẽs. Niſi fortè dicas ꝙ ſicut daẽ actualis conſiderõ in cõi, ita daẽ actualis cõparõ in

actualis conſiderõ dupl. capitur.

Contra Io. Ang.

Modus rñdẽdi Io. Ang.

communi, & ſimiliter aliquid poteſt dici actu ſpecies ſic in communi: vnde proportionalr̃ loquẽdũ eſt de conſiderõne, cõparõne, & de ſpẽ, ſicut. n. actualis cõſiderõ, & comparõ, ita ẽt hoc ꝙ eſt aliq̃d actu denoĩari ſpẽm, cõe eſt ad fuiſſe, eſſe, & fore. Sed q̃uis hoc ſit bene dictũ, non tñ rõnes eius nos cogũt ad hoc ponẽdũ: nõ prima, nã nullũ incõueniẽs vẽ eſſe, ponẽdo nullã naturã eſſe actu ſpẽm, niſi actu cõcipiatur. Et cũ probaẽ hoc eſſe falſũ, q̃a tũc, qñ oẽs hoĩes dormirẽt nulla natura eſſet ſpẽs; hoc concedo: Et qñ vlterius inferẽ, ergo ſcĩa de ſpecie periret, vel nulla eſt ſciẽtia de ea, q̃a ſꝑ eſſet cõtingẽs, q̃a nũc eſſet, & nũc nõ ẽ. Nego cõſequẽtiã; ſicut nec ẽt ſeq̃ẽ, roſa nõ eſt hyeme, ergo ſcĩa de roſa in hyeme ꝑit, vel de ea non eſt ſcĩa, q̃a eſt cõtingens: ſcĩa nãq. nõ p̃ſupponit eſſe actualis exiſtentiæ ſui ſubiecti, ſed eſſe obiectiuũ, ac poſſe. Nec ſcĩa dr̃ eſſe neceſſariorũ, quia ſit alicuius incomplexi neceſſarii, quaſi nõ poſſit eſſe incõplexi contingentis: ſed iõ dr̃ eſſe neceſſariorũ, quia eſt complexionis neceſſariæ, qualis complexio eſt inter ſubiectũ, & propriã paſſionẽ. Ad aliud Io. Ang. ꝙ inferẽ tanq̃ falſũ, negãda eſt cõſequẽtia. Imo illa ꝓbõ (qua oñdiẽ illud cõſequẽs eſſe falſũ, q̃d. ſ. ſola actualis cõceptio alicuius naturæ faceret illã ſpẽm in actu) nulla eſt, dato. n. met. naturalẽ, ac mathe. totiẽs cãre intẽtiones ſecũdas quotiẽs cõſiderãt, aut actualr̃ intelligũt quidditates naturarum, ſpecificarũ: falſũ tñ eſt q̃d ſꝑ addãt ad logicã qñ cõſiderãt, & tollãt ab ea, qñ ceſſãt a cõſiderõne; ſicut nec ẽt ex hoc ꝙ gñaẽ aliquis hõ, quicquã addiẽ ad ſcĩam, q̃ ẽ de hoĩe, nec ex hoc q̃d Plato moriẽ, aliq̃d auferẽ a ſcĩa hoĩs: non. n. ꝓp hoc addiẽ, uel auferẽ aliq̃d nouũ ſcibile, de quo primo poſſit eſſe ſcĩa, quę ẽ de hoĩe. Ibi. Itẽ ſi aliquid, &c. Arguit vltimo cõtra eũdẽ modũ dicẽdi & ſic. Impoſſibile eſt aliquid eſſe aptũ natũ dici de pluribus dr̃ib. ſpẽ, niſi plura dr̃ia ſpẽ ſint apta nata recipere p̃dicationẽ illius, ſed ꝑ vltimã cõcluſionẽ illius poſitionis ſufficit illa aptitudo ad hoc ut aliquid dicaẽ actu genus, ergo iſta aptitudo, q̃ eſt eſſe aptũ natũ participare genus, ſufficit ad hoc vt aliqua ſint actu ſpẽs; cũ igiẽ genus requirat multa aptitudinaliter, de quib. dicaẽ, ſequiẽ q̃d req̃rit multa actualiter. Quod aũt conſimilis aptitudo

Ad primã rõnẽ Io. Ang.

Scĩa q̃d eſſe ſui ſubi p̃ſupponit.

Scĩa quõ eſt neceſſariorũ.

Ad 2. rationem Io. Ang.

3. rõ cõtra 1. modũ dicẽdi.

tudo ſufficiat ad hoc vt aliqua ſint actu ſpẽs,probaẽ;nam æquale eſſe ſufficit vtriq. correlatiuo,cum ſint ſimul natura : ergo ſi aptitudo prædicandi ſufficiat ad hoc ut aliquid ſit actu genus ; conſimilis aptitudo participandi genus ſufficit ad hoc vt aliquid ſit actu ſpẽs.

Eſſe æquale ã ſufficit vtriq. correlatiuo

Contra illud dictum quod d.ſ. æquale eſſe ſufficit vtrique correlatiuo inſtatur,nam creator,& creatura ſũt correlatiua , ergo habent eſſe æquale , ſed eſſe creatoris eſt infinitum,ergo eſſe creaturæ eſt infinitum.

Reſpõſ.

Dicendum doctorem nõ dicere,relatiua ſemper habere uniformiter eſſe;ſed dicit quod ſufficit æquale eſſe. Loquitur ẽt de relatiuis mutuis:qualia relatiua non ſunt Deus , & creatura: ſunt enim relatiua tertii modi, inter quæ non eſt mutua relatio realis .

Alia reſponſio.

Aliter etiam dico doctorem hic tantum loqui de eſſe in actu , uel in potentia , ſeu in aptitudine , & ita vult ęquale eſſe ſufficere vtrique correlatiuo,ſi enim unum eſt in potẽtia, ſufficit reliquũ eſſe in poã;vt patet de cauſa & effectu:nam ſufficit cãm eſſe in poã,ſi effectus eſt ĩ poã.

Reſp.ad vlt.harũ rõnum.

Ibi. Ad tertiũ,&c.Reſpondet ad iſtã ultimã rõnem, negando conſequentiam primã; & hoc formando rationem,ut in litera:ſi uero formetur vt nos illam creximus,negandum eſt illud aſſumptum.ſ.impoſſibile eſt aliquid,&c.Nam forma ſolis nata eſt eſſe ĩ alia materia , q̃ in qua eſt , q̃tum eſt de ſe ; nec tamen eſt aliqua materia alia nata recipere talem formam.

Non ſp eſt aptitudo in utroque extremorum.

Et dat regulam vniuerſalem,q̃ eſt,quod ſi eſt aptitudo in vno extremorum,non ſequitur ſemper , quod ſit aptitudo in altero extremorum, quia tunc ſemper vbi eſſet aptitudo , ibi eſſet potentia;quod ſupra impugnatum eſt.Conſequẽtia probatur,quia aptitudo ĩ uno extremo, non impeditur a potentia, niſi ꝓp defectũ aptitudinis in alio extremo .

Aptitudo quaĩ impedĩ a poã.

Alia reſpon.auctoris ad illam tertiam rationem.

Poſſumus ẽt ad hanc eandem rõnem ultimam aliter reſpondere , negando hanc conſequentiam : aptitudo prędicandi de differentibus ſpecie ſufficit ad hoc vt aliquid ſit actu gen⁹, ergo aptitudo recipiendi prædicationem generis , ſufficit ad hoc ut aliqua ſint ſpẽs actu : quia cum genus contineat ſpecies in potentia , ideo ad eſſe eius ſufficit, ut ſint multę ſpecies aptitudinaliter : cum verò ſpecies contineant genus in actu , ideo ad earum eſſe non ſufficit ut aptitudinaliter participent genus.

2.mod⁹ reſpõdẽdi ad iſtã qõnẽ

Ibi.Poteſt igitur dici ad quæſtionẽ , &c. Hic eſt ſecundus modus reſpondendi ad iſtam quæſtionem,qui eſt ſubtilior,*ac uerior primo, logicè loquendo , ac magis ſapit , conformiſque eſt ad ea quæ diximus in arguendo contra primam poſitionem , ac in reſpondendo ad illas rõnes,& præcipuè ad ſecundam. Litera clara eſt.

Genus qũo hẽt multas ſpẽs actu.

Vult.n. ad rõnẽ generis requiri,quod habeat multas ſpẽs actu:non quæ exiſtant actu,uel potentia naturali,quemadmodum aliqui dñt de Phenice,quod.ſ.quamuis ſit vnica in actu,ſunt tñ plures in potentia naturali, cũ vna poſt aliã generetur: nec ẽt quæ exiſtãt in potentia obiectiuali,quemadmodũ non nulli aſſerunt de ſole,luna,ac aliis hmõi in corruptibilib.dicunt.n.multa talia eſſe, nõ in actu,nec in poã naturali,ſed bene in poã obiectiuali.

Qũo ſm aliquos ſũt multę phęnices , & multi ſoles.

Non igitur genus neceſſario requirit multa quæ ſint in actu, uel in potẽtia naturali,ſeu obiectiua.Sed requirit multas ſpecies , quę ſint in actu per conſiderationem:ideſt ad rationem generis non requiruntur multa quibus applicetur intentio ſpeciei,quæ multa exiſtant actu, uel potentia:ſed requiruntur multa, quæ ſint in actu per conſiderõnem; quæ multa concipiuntur per ſpẽm intelligibilem ab indiuiduis quandoq. exiſtentib. acceptam, & habent actu aptitudinem participandi genus; quia talis eſt actualitas illorum quibus applicatur ſpẽs , inq̃tum dñr ſpecies generis .

Ibi. Ad argumentum in oppoſitum, &c. Per hæc reſpondet ad argm̃ in oppoſitũ, ꝙ concludit contra hunc ſecundum modum dicendi . Et clarum eſt quid dicendum ſit .

3.mod⁹ dicendi.

Ibi. Nota quod ſimpliciter,&c. Iſte poſſet poni tertius modus reſpondendi ad hãc qõnem,qui non vr̃ diſtingui a ſecũdo mõ dicendi,niſi quia ſecundus ponit tres conditiones requiri ad hoc, ut aliqua poſſint dici ſpecies actu;hic uerò ultimus modus ponit tantum duas , prima quod illa concipiantur ab intellectu , ſecunda quod in eorum intellectu includatur genus:hocque modo genus poteſt habere multas ſpecies actu, imo ſic de ratione eius eſt multas actu habere ſpecies, & hoc ſiue exiſtant , ſiue poſſint exiſtere , uel non.

Condõnes req. ſitæ ad hoc , ut genus actu hẽat multas ſpecies.

QVÆSTIO XIX.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum hęc particula definitionis generis, ideſt in quid, conuenienter ponatur?

ORdo huius quæſtionis ad præcedentem patet, ne dum ex ordine particularum dẽſõnis generis. Sed etiam quoniam prius inquirendum eſt de termino relatiui, q̃ de modo referendi, quæſtioque præcedens de termino generis, hæc uerò de modo referendi, ſeu prædicandi quærit. Ordo autẽ ad ſequentem quæſtionem patet, tum quia prius determinandum eſt de aliquo definitiuè, quam comparatiuè. Tum quia quod eſt de rõne alicuius, eſt prius eo, quod non non eſt de rõne ipſius: ſed prædicari in quid, eſt de rõne generis, ꝙ non eſt poſtea verum de eſſe principiũ ſpeciei. Tum etiã qm̃ prius determinandum eſt de eo quod conuenit generi pro formali rõne ſui, quã de illo quod ſibi conuenit ratione ſui fundamenti. Seu vt rectius dicam, qm̃ prius determinandum eſt in logica de illo quod conuenit generi pro formali: ſicut eſt prædicari in quid; quam de illo quod conuenit generi pro ſubſtracto, ſicut eſt eſſe principiũ ſpẽrum. Termini non indigent expoſitione, cum manifeſti ſint ex his quæ diximus in ſuperiorib. qõnib. ac præcipue duodecima, ubi innotuit quid ſit in quid, de quo ẽt in ſolutione huius q.

Ordo huius q.

Diuiſio corporis quæſt.

Ibi. Dicendum ꝙ, &c. Rñdendo ad q. tria facit. Primo oñdit, declaratq. affirmatiuam eſſe verã. Secundo ne difficultas remaneat obiicit contra dicta, & ſoluit. Sm̃ ibi Contra ſolõnẽ, &c. Prima pars ſubdiuiditur in duas. Primo facit ꝙ dictũ eſt. Secũdo ponit duo notabilia. Primum quorũ eſt declaratiuum terminorũ Secundũ verò eſt remotiuũ erroris, q ex dictis oriri poſſet. Suſtinet igiẽ concluſionẽ affirmatiuã, hãc. ſ particulã in quid, conuenienter poni in generis dẽſõne. Qđ ſic ꝓbat. Illa particula p q̃ vl'e deſcendit in genus, cõueniẽter ponĩ i ipſius generis dẽſõne, ſed p illã particulã i q̃d vl'e deſcẽdit in genus, ergo illa particula in quid cõueniẽter ponĩ in gñis dẽſõne. Minor ꝓbaẽ, nam p̃dicari diuidiẽ in p̃dicari in quid, & in quale, tanq̃ p primos modos p̃dicandi, igitur p illa deſcendit vl'e in ſpẽs, puta in hæc quinq. vl'ia; ſed nõ deſcendit in genus p in quale, cũ genus nõ prædicetur in quale, ergo per locũ ab immediate oppoſitis ſequitur, ꝙ deſcendat in genus per in quid. Huius rõnis in litera habes tantum probationem minoris.

In quid quaẽ cõ ueniẽter ponitur in definitione generis.

Ibi. Intelligendum, &c. Hoc eſt primum notandum in quo declarat quid ſit p̃dicari in quid, & in quale: de quib. multa diximus, q. 12. Vide omnino ibi, & iſta intelliges. Quod autem genus accipiatur a parte materiali, & dr̃ia a parte formali, declaratum eſt, quæſt. decimaſexta.

Ibi. Nota quod, &c. Quoniam ex his, q̃ dixit, differentiam. ſ prædicari in quale, aliquis exiſtimare poſſet dr̃iã eſſe qualitatem, iõ ponit, quoddã notabile declaratiuũ dr̃ię, q̃ eſt inter modũ p̃dicãdi qualitatis, & modum prædicandi dr̃ię. Dicit igitur quod qualitas, quæ eſt prędicamentum prædicatur in quale abſolutè, ideſt abſque vlla determinatione contrahente, uel diminuẽte. Et ſi dicas quod etiam alia prędicamenta accidentium prædicantur in quale Reſpõdet Mauritius, quod doctor hic intendit oſtendere, non ſequi dr̃iam eſſe qualitatẽ prædicamentalem ex hoc quod prędicatur in quale, & non vult excludere alia prędicamenta ab hoc quod eſt prædicari in quale. Aliter poteſt dici: alia prędicamenta accidentium prædicari in quale extenſiuè, qualitatem uerò propriè, ac uerè. Aliter ẽt dico, quod alia prędicamenta accidentium propriè prædicantur in quale, quia prædicantur per modum denominantis, ac informantis: ſed qualitas prædicatur in quale appropriatè, habent enim diuerſa prædicamenta diuerſas quæſtiones, & reſponſiones, ac diuerſos modos prędicandi.

Qualitas p̃dicaẽ ĩ quale abſolutè.

Alia p̃dicamẽta a qualitate, an p̃dicenẽ ĩ quale?

Aliter

Aliter etiam dico prædicamenta accidẽtium poſſe dupliciter conſiderari, vno modo inquantum ſunt accidentia, ſeu inquãtum ſunt formæ (poteſt enim accipi forma tranſcendenter ſicut & accidens) & ſic conuenit eis prædicari in quale.

Alio modo poſſunt conſiderari inquantum ſunt talia entia, & ſic non conuenit eis prędicari in quale, ſed alii modi prædicandi ſpeciales. Quod videtur Philoſophũ velle. 5. metaph. tex. Comment. 14. vbi dicit. Quotiens enim dicitur, totiens eſſe ſignificat. Ideſt quot modis aliquid prędicatur, tot modis dicitur ens: ſcilicet tot ſunt prędicamenta, quod ſunt modi prædicandi principales. Exemplo de quantitate hoc exponi poteſt, quę ut eſt tale prædicamentũ, non in quale, ſed in quantum prędicatur; interroganti enim quantus eſt paries, tricubitalem eſſe reſpondebimus.

Ibi. Sed differentia ſubſtantialis, &cæt. Subdit modum prędicandi differentię: & dicit quod differentia ſubſtantialis prædicatur in quale non abſolutè, ſed in quale quid. Quod prædicetur in quale, patet, nã cum importet formam, ideo prædicatur per modum informantis, & ex conſequenti prædicatur in quale. Quod etiam prædicet quid, ſeu prædicetur in quid, patet: nã quod importat ſubſtantiam, ſeu eſſentiam prędicat quid, ſeu prædicatur in quid. Quod modo prędicetur in quale quid, ſequitur ex dictis, nam ratione totius, ideſt ex hoc quod importat formam eſſentialẽ, dicitur prædicari in quale quid, ideſt in quale eſſentiale. Ex his poſtea infert diuerſitatem modorum prædicandi qualitatis, & differentiæ, tanquam probatam ſufficiẽter. Et deinde ſubdit cauſam huius diuerſitatis, & ait. Quod diuerſitas prędicandi ſumitur à diuerſis modis eſſendi qualitatis, & differentiæ ſubſtantialis: de quo magis infra quęſt. 28. & in grammatica huius, vbi vult modos intelligendi a modis eſſendi accipi. Pro intellectu huius literæ tria notanda ſunt. *Diuerſitas modorum pdicãdi unde ſumitur.*

Primo quod hic accipitur differentia ſubſtantialis, non pro differentia, quę eſt in prædicamento ſubſtantiæ, ſed pro dña eſſentiali, quemadmodũ eam accipit Phil. 5. met. text. com. 19. cũ ait. Quale uno quidẽ modo dr dña ſubſtantiæ. Quo etiã mõ accipit ſubam in defõne ęquiuocorum, ac alibi ſępe.

Secundo notandum pdicari in quid dupliciter poſſe capi, vno modo propriè ut definitũ fuit ſupra; alio modo impropriè, vt idem eſt qp pdicari quid, de quo infr. q. 28. Qñ doctor dicit, dñam pdicari in qd, accipit ly in quid, ſecundo mõ; quamuis. n. dña prędicet eſſentiam, non tñ illam prędicat per modũ eſſentiæ. Vel dicas lrãm erratam eſſe, & iõ ſic eam leges. Sed ex hoc qđ importat ſubam pdicat quid &c. Et qđ ſic legenda ſit hęc litera, uide iſtum ubi ſupra ſoluendo primum principale. *pdicari in quid dupl.*

Tertio notandum doctorem hic nõ velle differentiam habere duos modos prædicandi diſparatos vt diffinitio, nam per quale quid? intendit quale eſſentiale, vt ſupra diximus.

Ibi. Contra ſolutionem, &c. Obiicit dupliciter contra primum notabile poſitum pro ſolutione quęſtionis. Et primo ſic. Si prędicari in quid eſt pdicare eſſentiam p modum eſſentiæ, ergo hęc eſt prædicatio in quid, homo eſt lapis. Sed conſequens eſt falſum, igitur & añs. Conſequentia probatur, nã lapis non prędicat de hoĩe eſſẽtiam per modum informantis, igitur p modum eſſentiæ, & ex conſequenti in quid. Huic rationi reſpondet negando conſequẽtiam: ad eius probationem dicit, qđ lapis nõ pdicatur, i. non eſt aptum prędicari verè, & quidditatiuè de hoĩe, & iõ non prędicatur in quid. Non ualet hęc conſequentia lapis non pdicatur in quale de hoĩe, ergo prædicatur in qd; ſicut nec ẽt ſequit, lapis nõ eſt cęcus, ergo eſt uidẽs; q̃ tñ conſequentię ualerent, ſi lapis eſſet aptus natus uidere: & ſi poſſet quidditatiuè prędicari de homine. litera patet. *An pdicari i qd ſit pdicare eſſentiam p modum eſſentię.* *Reſpon.*

Ibi. Item prędicari, &c. Arguit ſecundo contra idem notabile. Si prędicari in quid eſt prædicare eſſentiam per modum eſſentię, ergo genus non eſſet uniuocum omnibus generibus: conſequens falſum, ut patet ſupra q. 14. igitur & antecedens.

Conſequentia probatur. Si prędicari in quid non eſt uniuocum rebus diuerſorum generum, nec genus erit uniuocum illis, ſed ſi prędicari in quid eſt prædicare eſſentiam per modum eſſentię, prędicari in qd non erit uniuocũ reb. diuerſorũ gñum,

ergo ſi prædicari in quid eſt prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ, genus non erit vniuocum omnibus generibus. Maior patet, quia prædicari in quid eſt pars eſſentialis, & per ſe definitionis ipſius generis. Minor probatur. Eſſentia non eſt vniuoca omnibus generibus, ergo nec prædicari per modum eſſentiæ, nec ex conſequenti prædicari in quid.

Reſpon. Huic rationi reſpondet negando conſequentiam: ad cuius probationem negatur minor; & cum probatur dicendum, quod quamuis eſſentiæ, ſuper quas mediatè, & remotè fundantur intentiones, non ſint vniuocæ, tamen prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ,& ex conſequenti prædiri in quid erit vniuocum.

Ibi quia ſufficit, &c. Intendit declarare duo. Primo quomodo poteſt eſſe quod eſſentia non ſit vniuoca, & prædicari in quid ſit vniuocum. Secundo quomodo poteſt eſſe quod eſſentia non ſit vniuoca, & tamen prædicare eſſentiam per modum eſſentię ſit vniuocum.

p̄dicari ī quid, & p̄dicare eſſētiam ꝑ modū eſſentiæ ſunt vniuoca. Primum declarat dicendo, quod ad prædicari vniuocè, (ideſt ad hoc vt prædicari in quid ſit vniuocum) ſufficit eſſentiam ſimiliter ſe habere hic,& ibi,(ideſt ſufficit eſſentiam habere vnitatem proportionis.)

Secundum declarat cum dicit, quia p̄dicari dicit habitudinem. Vult dicere q̄d quamuis eſſentia in ſe, & abſolutè non ſit vniuoca, tamen ratione habitudinis non inconuenit illam eſſe vniuocam; modo cum prædicari dicat habitudinem prædicati ad ſubiectum, ideo nullum erit inconueniens ponere, prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ eſſe vniuocum, quamuis eſſentia non ſit vniuoca.

Poſſumus etiam dicere doctorem in illis verbis(quia prædicari dicit habitudinē) reddere rationem, quare ſufficiat vnitatē proportionis in eſſentia, ad hoc ut prædicari ſit vniuocum: & dicit, hoc ideo eſſe, quia prædicari dicit habitudinem. i. cātur ab habitudine, ſeu proprietate eſſentiæ, & non ab eſſentia; quæ habitudo eſt uniuoca omnibus, quibus prædicari deſumptum ab ipſa eſt vniuocum. Et ita erit hic locutio cauſalis, qualis eſt etiam dicendo, delectationem eſſe fruitionem, vt habet ille. 1. diſtinct. prima, quęſt. 3. Vult igitur dicere vnitatem proportionis ſufficere in eſſentia ad prædicari vniuocè, quia prædicari cauſatur, ſeu ſumitur non ab eſſentia, ſed ab habitudine, ſeu proprietate eſſentiæ, quæ eſt vniuoca, ſicut & prædicari. Exemplum eſt de hac proprietate, ſeu habitudine fundamentali, communicabilitas differentib. ſpecie(quæ fortè eſt proprietas a qua ſumitur genus) quæ eſt vniuoca animali, & colori.

Hic notanda eſſent aliqua, quæ ſupra ſunt declarata: quid enim ſit unitas proportionis dictum fuit. quæſt. 14. quomodo etiam maior vnitas poſſit accipi a minori; & multa ad propoſitum huius reſponſionis, tacta ſunt. quæſt. 15. in reſpon. ad primum principale.

Tribus rationibus argumentatur pro parte falſa. Et primo ſic. Illud prædicatur in quid per quod conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quid: ſed per genus pro formali, vt hic definitur, non conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quid de ſpecie, ergo genus non prædicatur in quid, & ex conſequenti illa particula non conuenienter ponitur in eius definitione. Maior patet ex probatione Porphy. quam facit, ad probandum genus prædicari in quid. Minor probatur, quia ſiue quæratur de re, ſiue de intentione ſpeciei, non conuenienter reſpondetur per genus, vt denotat intentionem: quærenti enim quid eſt homo, non reſpondemus quod eſt genus: ſimiliter quærenti quid eſt ſpecies, non dicimus ipſam eſſe genus.

Ibi. Ad primum argumentum, &c. Reſponſio ad primum principale eſt, negando minorem; ad eius probationem diſtinguendum eſt de quæſtione quæ poteſt fieri de ſpecie ſumpta pro intentione; quæ in propoſito duplex eſſe poteſt, ſcilicet q̄d eſt, & quid prædicatur; quæſtio quid prædicatur eſt propria quæſtio in intentionib. ſicut dictum eſt quęſtio. decimaquarta, de prædicari, & dici: & ſic quęrenti quid prædicatur de ſpecie, conuenienter reſpondetur per genus, vt hic definitur. Quæſtio verò quid eſt quamuis poſſit fieri (impropriè tamen) de ſpecie pro intentione, ſicut etiā eſſet impropriè & per accidens illi conuenire diximus: attamen propriè, & per ſe fit de

Reſp. ad 1. princ.

Q̄ōnes de ſpē ꝑ formali ſūt duę.

de fundamentis, ac in prædicatione exercita: vt quęrenti quid eſt homo, reſpondemus quod eſt animal. Hæc reſponſio clara eſt ex his quæ alias diximus de prędicari, & eſſe.

2. Argũ princip. Ibi. Item hęc, &c. Arguit ſecundo principaliter ſic. Quælibet particula poſita in definitione ad diſtinguendum definitum ab aliquo, a quo tamen per illam non diſtinguitur, fruſtra ponitur, ſed hæc particula in quid, ponitur in definitione generis, ad diſtinguendum ipſum a differentia, a qua tamen per illam non diſtinguitur, ergo in quid fruſtra ponitur. Maior patet ex ſecundo Phy. text. Commen. 62. vbi dicit Philoſophus. Fruſtra dicitur, cum non fiat quod propter aliud eſt, illius gratia. Et parum infra dicit. Fruſtra fit quod natum eſt alterius gratia, cum non perficitur illud, cuius gratia erat, natumque erat.

Fruſtra quid.

Minor probatur quoad vtramque partem. Quoad primam patet ex Porphy. cap. de genere, dicente, genus per prędicari in quid differre a differẽtia. Quoad aliam partem probatur auctoritate Philoſoph. ſeptimo metaph. tex. Commen. 43. vbi videtur velle, quod differentia ſuperior prædicatur de inferiori per ſe primo modo, ait enim. Fiſſio namque pedum aliqua pedalitas eſt. Nec valet dicere quod differentia ſuperior prędicatur de inferiori, ut differentia, & ex conſequenti in quale, & non in quid; quia tunc ſuperius, ſeu ſuperior differentia deſcenderet in hanc differentiam inferiorem per ſe ipſam: conſequens falſum (quia aliter idem reſpectu eiuſdem eſſet contrahẽs, & contractum) igitur & antecedens. Conſequentia probatur, quia ſuperius contrahitur per id quod prædicatur in quale de inferiori, quod eſt conſtitutiuum ipſius, ſicut patet de rationalitate, quæ prędicatur in quale de homine, & ipſum conſtituit in eſſe, & ideo contrahit animal: idem enĩ eſt conſtitutiuum inferioris, & diuiſiuum ſuperioris: ſi igitur differentia ſuperior prædicatur in quale de inferiori, quam intrinſecè conſtituit, ſequitur differentiam ſuperiorem per ſe ipſam deſcendere in inferiorem.

Reſp. ad 2. princ. Ibi. Ad ſecundum dicitur, &cæt. Ad hoc argumentum neganda eſt ſecunda pars minoris. Et cum probatur quia differentia ſuperior prædicatur in quid de inferiori.

Dicendum eſt differentiam ad duo poſſe comparari, vel ſcilicet ad id reſpectu cuius eſt differentia, uel ad id reſpectu cuius eſt genus: primo modo conuenit ei prædicari in quale: ſecundo modo conuenit ei prædicari in quid. Quando igitur Porphyr. dicit genus differre a differentia per prædicari in quid, loquitur de differentia conſiderata primo modo: argumentum verò, ac eius probationes procedunt de differentia conſiderata ſecundo modo.

Contra obiicit.

Contra hanc reſponſionem dupliciter inſtat, oſtendendo differentiam ſuperiorem non eſſe genus inferioris, vt prętendit hæc reſponſio. Et primo ſic, ſi differentia ſuperior eſſet genus inferioris, ergo in quolibet genere eſſent tria generaliſſima, vnum ſcilicet ſpecierum, & eorum quæ ordinantur in recta linea: aliaque duo ambarum differentiarum: quod tamen videtur eſſe falſum, quia tunc ſubſtãtia non eſſet unum prædicamentum, & ſic de aliis: & ita eſſent triginta prædicamenta, decem ſpecierum, & uiginti differentiarum.

Item arguit ſic, ſi differentia ſuperior eſſet genus inferioris, & inferior eſſet eius ſpecies, ergo infinitæ eſſent differentię, conſequens falſum igitur, & antecedens.

Conſequentia probatur, quia ſi differentia inferior, quæ breuitatis cauſa uocetũ a. eſſet ſpecies, ergo haberet in ſe differentiam ſuperiorem, vt genus, & cum hoc aliam differentiam ſuperadditam illi ſuperiori; per quam illa ſuperior deſcenderet in inferiorem, quę uocetur b. Tunc quęro de ipſo b. an ſit ſpecies ſuperioris differentiæ, vel non; ſi dicas quod non, ergo pari ratione ipſum a. non erit ſpecies: patet quia nõ eſt maior ratio de una differentia, quam de alia. Si autem dicas quod b. eſt ſpecies, ergo habet aliam differentiam ſuperadditam ſuperiori, per quam ipſum b. conſtituitur in eſſe, quæ dicatur c. Et tunc vlterius quæro de ipſo c. an ſit ſpecies, uel non; ſi non, ergo pari ratione nec ipſum b. ſi ſic, ergo erit proceſſus in infinitum. Et quia aliquis poſſet reſpondendo dicere, ipſum b. non eſſe ſpeciem ſuperioris differentiæ: & quod non eſt par ratio de ipſo a. & de ip-

ſo b. nam a. eſt in prædicamento ſubſtantiæ, b. verò eſt in alio prędicamento. Ideo doctor excludendo hanc reſponſionem arguit ſic. Si ipſum b. eſſet in alio prędicamento ab eo in quo eſt a, ergo non ſubſtantia eſſet prior ſubſtantia, quod eſt contra Philoſophum 7. metaph. tex. Commen. quarto, etiam ſubſtantia eſſet ex non ſubſtantiis, quod Philoſophus primo phyſic. text. Comment. 26. & 27. negat eſſe poſſibile.

Hæc conſequentia probatur, nam differentia diuidens ſuperius, eſt conſtitutiua inferioris, & ex conſequenti prior illo. Falſitas primi conſequentis probatur ſic. Si eſſent infinitæ differentię ſpecierum in genere ſubſtantiæ ergo nulla ſpecies in genere ſubſtantię erit cognoſcibilis, quod eſt falſum.

Conſequentia patet ex ſecundo metha. tex. Commen. 11. & primo poſter. vbi vult Philoſophus quod ponentes infinitatem deſtruant ipſum ſcire. Patet etiam quoniā cum non contingat infinita pertranſiri. 8. metaph. text. Commen. 68. & alibi ſæpe, ergo non erit deuenire in primam illarum differentiarum.

Reſp. ad iſtas rōnes. Ibi. Ad hoc arguitur dicendum, &c. Reſpondet ad iſtas rationes, & præcipue ad primam, negando conſequentiam, nam tota coordinatio differentiarum reducitur ad coordinationem ſpecierum, ut dicam ſtatim infra.

Ad aliam rationem non reſpondet doctor, quia ille modus dicendi non eſt imitandus. Poſſet tamen ſuſtinendo ipſum adhuc dici, quod conſequentia non ualet; ad eius probationem dicendum eſt, quod nō eſt procedere in infinitum, ſed ſtandum eſt in ipſo b. nec eſt ſimile de a. & b. quia b. eſt ſimpliciter ſimplex, quod non eſt uerū de ipſo a. hanc reſponſionem habes a Scoto primo Poſter. quęſt. 24. reſpondendo ad principalia.

Dña inferior ā includat ſuꝑiorē. Dña dupliciter. Hic eſt difficultas quam. q. 12 propoſui. Vtrum ſcilicet differentia inferior includat ſuperiorem, ita vt ſuperior vniuoce dicatur de inferiori, & inferior ſit ſpecies ſuperioris. Ad hanc difficultatem dico, quod differentia pro prima intentione poteſt dupliciter accipi, vno modo pro illo cui imponitur, alio modo pro illo a quo imponitur: quæ diſtinctio eſt eadem cum illa quam quidam dant dicentes, differentiam accipi poſſe, vel pro illo quo ſupponit, vel pro illo quod importat de ſuo ſignificato formali; quam etiam diſtinctionem dant nonnulli Thomiſtæ dicentes, differentiam dupliciter poſſe conſiderari, vno modo materialiter, quantum ad id, quod eſt, ſiue ſecundum rem; alio modo formaliter, ſiue ſecundum rationem.

Differentia inferior capta primo modo includit quidditatiuè ſuperiorem, probo homo includit quidditatiuè ſenſibile, ergo & rationale quidditatiuè includit ſenſibile: probatur conſequentia, nam rationale ſupponit pro homine, ergo &c. probo hoc antecedens, quia terminus dicitur ſupponere pro illo, quod dat primo intelligere, ſed rationale dat primo intelligere hominē, nam cum dicitur rationale eſt ſenſibile, intellectus immediatè intelligit, quod habēs rationem eſt ſenſibile, ergo rationale ſupponit pro homine.

Hanc concluſionem tenent Thomiſtę, vt refert Zerbus, 7. met. quæſt. 16. Imo videtur D. Thomam huius fuiſſe ſententiæ in prima ſecundæ. quæſt. 67 artic. quinto. vbi dicit quod differentia, ſimiliter & genus ſignificant totum compoſitum, ſicut & ſpecies; differunt tamen: nam genus denominat totum ab eo, quod eſt ſicut materia: differentia uerò ab eo quod eſt ſicut forma, ſpecies verò ab vtroque: unde animal dicitur quod habet animam ſenſitiuā rationale quod habet intellectiuam. homo autem quod habet vtramque. Si igitur differentia ſecundum D. Thomam ſignificat totum compoſitum (quod uerum eſt accipiendo materialiter differentiam, ut dicunt Thomiſtæ) compoſitumque includat differentiam ſuperiorem quidditatiuè, ergo differentia inferior, hoc modo capta, ſecundū Thomam includit quidditatiuè ſuperiorē. Differentia verò ſecundo modo capta (ſ. pro illo a quo imponitur, ſeu pro illo qđ importat de ſuo ſignificato formali, quæ a Thomiſtis appellatur differentia formaliter, ſiue ſecundum rationem conſiderata) eſt duplex: quædam imponitur ab ultimo gradu perfectionis ipſius formæ: quædam imponitur a tota forma, ſeu a tota perfectione, quę perficit genus generaliſſimū.

Diffe-

In pdi. camẽto ſubſtã sũt tria generaliſſima.

D'fferentia inferior ſecundo modo conſiderata, vt ſcilicet imponitur a tota pfectione, includit ſuperiorem, & eſt ſpecies reſpectu eius, vt dicit Scotus primo Poſter. q. 24. Et tunc in prædicamento ſubſtantiæ ſunt tria generaliſſima, duo ſcilicet differentiarum, & vnum intermediorum, non tamen ſequitur quod ſint tria prædicaméta, quia generaliſſima differentiarum reducũtur ad generaliſſimum intermediorum tanquam aliquid intrinſecum, ſicut ſcilicet eius eſſentialis perfectio, vide ad hoc Doctorem vbi ſupra. Niſi dicas in prædicamento ſubſtantiæ vnicum tantum eſſe generaliſſimum, quia differentiæ ſupremæ, puta corporeũ & incorporeum, non ſunt generaliſſima, quamuis includantur quidditatiuè in inferioribus differentiis, & de illis in quid prædicentur; nam de ratione generaliſſimi eſt nullo modo eſſe in genere, differentia autẽ ſuprema eſt aliquo modo in genere.

Quõ in prædicamento, ſubſtã eſt tm̃ vnũ genus generaliſſimũ.

Eſſe in genere duplr.

Pro quo notandum, quod eſſe in genere contingit dupliciter, vno modo formaliter & directè, alio modo denominatiuè, & indirectè; generaliſſimum nullo modo eſt in genere, ſed differentia ſuprema, videlicet corporeum, quamuis non ſit in genere primo modo, ſola enim ſpecies eſt in genere illo modo: tamen eſt in genere ſecundo modo. Loquendo vero de differentia vt imponitur ab vltimo gradu perfectionis, ſeu ab vltima realitate formæ: ſic dico, quod differentia inferior nõ includit ſuperiorem, ſed eſt primo diuerſa ab ipſa, quod Thomiſtæ quoque tenent vt refert Zerbus vbi ſupra. Quod probatur: nam quod eſt ſimpliciter ſimplex nihil quidditatiue includit, at differentia ſumpta ab vltima realitate formæ eſt ſimpliciter ſimplex, velut etiam illa realitas, ergo, &c.

Species duplex.

Et ex hoc ſequitur quod differentia inferior ſumpta ab vltima realitate non eſt ſpecies. Niſi diſtinguas de ſpecie ſubiicibili, & prædicabili, quemadmodum diſtinguunt Pariſienſes in libro prædicabilium cap. de differentia, q. vnica. art. 2. dubio. 3. vbi dicũt quod ſpecies ſubiicibilis eſt quæ ponitur directè ſub aliquo determinato genere, cuiuſmodi eſt homo, & quælibet talis eſt compoſita ex duabus realitatibus ſcilicet ex realitate generis, & differentię: ſpecies vero prędicabilis eſt quæ prædicatur de plurib. numero differentibus in quid. Materia & forma non ſunt ſpecies ſubiicibiles, cum non reponantur ſub aliquo determinato genere, ſunt tamen ſpecies prædicabiles, cũ materia de hac & illa materia, & anima de hac & illa anima prædicetur in quid. Ita ſimiliter differentia ſumpta ab vltima realitate quamuis ſit ſimpliciter ſimplex, & ideo ſub nullo determinato genere poſſit reponi, & propter hoc nequeat dici ſpecies ſubiicibilis, cum tamen de hac & illa differentia prędicetur, ideo poteſt vocari ſpecies prædicabilis. Sed an iſta diſtinctio de ſpecie ſit bona, & an differentia poſſit hoc modo dici ſpecies de hoc alias.

Species ſubiicibilis q̃d.

Dr̃ia ſũpta ab vltima realitate q̃uo põt vocari ſpecies.

Ibi. Item ponitur, &c. Hæc eſt vltima ratio, quæ poteſt formari vt prior ratio. Quælibet particula poſita in definitione ad diſtinguendum definitum ab aliquo, à quo tamen per ipſam non diſtinguitur, fruſtra ponitur, ſed hæc particula in quid ponitur ad ſeparandum genus ab accidente, vt dicit Porphy. cap. de genere, quod tamen non contingit, ergo fruſtra ponitur. Minor probatur: accidens enim prędicatur in quid quia in omni genere eſt reperire quid, per Ariſt. primo Top. cap. 7. *3. Arg. prin.*

Ibi. Ad tertium, &c. Reſpondet ad tertium principale, conformiter ad ea quę habet Philoſophus vbi ſupra. Et dicit quod quantitas, qualitas, & alia huiuſmodi prædicamenta poſſunt comparari vel ad ſubiectum, vel ad ſuppoſitum proprium: ſi comparentur ad ſubiectum ſic ſunt accidentia, & genus diſtinguitur ab eis per prædicari in quid: ſi autem comparentur ad propriũ ſuppoſitum ſic ſunt genera, & non accidentia: exemplum eſt de colore vt patet in litera. Hæc reſponſio eſt Philo primo Top. c. 7. vbi dicit. Vnumquodque talium, ſiue idem de eodem dicatur, ſiue genus de hoc, quod eſt ſignificat: quando autem de alio, non quod eſt ſignificat, ſed quantum, aut quale, aut aliquod aliorum prædicamentorum.

QVAE-

QVÆSTIO XX.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum genus ſit principium ſpecies?

QVæritur hæc quæſtio vigeſima de genere, & ſpecie pro fundamento. Cuius ordo ad præcedentem q patet ex dictis ad ſequētem etiam clarum eſt, cum hæc circa genus, ſequens vero circa ſpeciem quæratur. Vnicus terminus relinquitur declarandus, de quo aliqua diximus, q. 13. & eſt principium, quod ſecundum Philoſophum 5. met. tex. comm. 1. & ſecundum Fran. de Mayr. quæſt. 10. dicitur de principijs in re exiſtentibus, vt ſunt materia, & forma, & de principijs extrinſecus, quæ ſunt cauſa finalis, & efficiens.

Princi-piũ cõi⁹ quã cã. Notandum tamen ſecundum Auerr. 5. met. com. 4 & D. Tho. 1. parte. q. 33. art. 1. & Duran. 1. d. 29. q 1. & Scotum principiũ communius eſſe quam cauſa. Cuius duplex aſſignari poteſt ratio, vna eſt Auerr. vbi ſupra dicentis, principium dici de principiis tranſmutationis, & de quatuor cauſis, vnde priuatio eſt principium, & non cauſa, aliter eſſent quinque genera cauſarum. Latini dicunt principium conſiſtere in quodam ordine vnius ad aliud, ſiue illud aliud ſumat eſſe ab illo, ſiue non. Et ſi ſumit eſſe: vel importet diuerſitatem ſubſtantiæ, & dependentiam, vel non: punctus enim eſt principium lineæ, & fundamentum domus & tamen neque linea à puncto, neque domus à fundamento ſumit eſſe. Similiter pater in diuinis eſt principium filij, non tamen ab ipſo eſſentialiter diſtinguitur. Hoc que modo ſumitur à Philoſopho. 5. meta. tex. Commen. 1. vbi dicit, quod communis eſt omnibus principiis eſſe primum. Cauſa autem quamuis conſiſtat in quodam ordine ad aliud, tamen illud aliud ſumit eſſe ab illo, & diſtinguitur eſſentialiter ab ipſo.

Ibi. Ad oppoſitum, &c. Auctoritate Porphy. oſtēdit genus eſſe principium ſpeciei. Comparando enim tertiam ſignificationē generis ad ſecundam (quæ eſt cum accipitur genus vt eſt principium vniuſcuiuſq; generationis) dicit, quod ſic genus tertio modo dictum eſt principium ſpecierum, ſicut genus ſecundo modo dictum eſt principium multitudinis.

Notandum, quod hæc ſimilitudo non attenditur quantum ad genus principii, quia genus ſecundo modo eſt principium effectiuum, vel conſeruatiuum, vt patet de patre, ac de loco, genus autem tertio modo potius eſt principium materiale, & propter hoc Porphy. dixit. Ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum, &c. Notãdũ

Aliter poſſumus dicere principium ſumi dupliciter, vno modo pro quocunque priori à quo aliud ſumit eſſe; & ſic pater eſt principium filii, & genus ſpeciei; alio modo pro quocunq; priori à quo id quod dicitur poſterius non ſumit eſſe, & ſic punctus dicitur principium lineæ, & fundamentum domus. Hæc ſimilitudo attenditur quantum ad principium primo modo; propter quod dicit Porphy. Etenim principium quoddam, &c. Princi-piũ 2.

Ibi. Ad quæſtionem, &c. Duo facit reſpondendo ad hanc quæſtionem, primo ponit concluſionem affirmatiuam, ac ipſam probat. Secundo ponit duo notabilia. Secundum ibi. Sed ſciendum, &c. Secunda pars ſubdiuiditur in duas, in prima ponit quoddam notabile ad declarandum quomodo genus eſt principium eſſentiale ſpeciei. In ſecunda ponit quoddam notabile pro ſolutione rationum ante oppoſitũ. Secunda ibi. Et propter rationes, &c. Diuiſio corp. q.

Dicit igitur quod ſumendo genus pro natura in qua fundatur ipſa intentio, & non pro intentione dicendum eſt, quod genus eſt principium ſpeciei. Notandum genus, & ſpeciem pro ſecunda intentione eſſe ſimul natura, & eſſe ſpecies diſparatas vniuerſalis, & ideo genus non poteſt dici principium intrinſecum ſpeciei, ſi ſcilicet accipiatur pro formali. Genus quõ' prĩcipium ſpeciei. Genus ꝑ formali quõ põt dici prĩcipium ſpeciei.

Niſi

Niſi recurras ad intentiones vt ſupponunt pro fundamentis, ſic enim facilime ſuſtineri poteſt genus pro formali eſſe principium ſpeciei.

Ibi. Genus eſt eſſentiale, &c. Probat illam concluſionem affirmatiuam tali ratione. Genus eſt eſſentiale principium cognoſcendi ſpeciem, ergo eſt eſſentiale principiũ ſpeciei. Conſequentia probatur. Definitio faciens ſcire definitum exprimit eſſentialia principia definiti, primo Top.cap 4.ſed talis definitio datur per genus & differentiã. 6. Top. definitumque tale eſt ſola ſpecies propriè, loquendo.7. meta. & 6.Top. ergo genus quod eſt eſſentiale principium cognoſcendi ſpeciem, eſt eſſentiale principiũ ſpeciei. Antecedens probatur per Philoſophum. 6. Top.cap. 1.vbi dicit. Nam maximè eorum, quæ ſunt in definitione, genus videtur definiti ſubſtantiam ſignificare. Poſſet etiam probari hæc conſequentia, vt dicit Mauritius; per propoſitionem illam. 2.met.tex.com.4 vbi dicit Philoſophus, qđ ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad veritatem, ſeu cognoſcibilitatem. Hæc tamen probatio poſſet calumniari, quia multa sũt principia quantum ad cognitionem, quæ non ſunt principia quantum ad eſſe. Niſi intelligas hanc probationem de principiis eſſẽtialibus, ſic enim euaderes hanc inſtantiam.

principia doctrinę, & eſſe differũt. Notandum, quod cum ſecundum Auer. 5.met. tex. Comm.1.& alibi, quædam ſint principia in doctrina, quæ in ſcientiis ſunt alia, ab illis quæ in rei veritate ſunt principia, ac quædam ſint principia in eſſe, in quibuſdam doctrinis accidat vt principium eſſendi ſit idem cum principiis doctrinæ, in quibuſdam autem doctrinis hoc non accidat, vt quando principia ſunt poſteriora ſecundum naturam, & notiora quo ad nos. Ideo Doctor vt denotaret quod loquitur de principiis eſſendi ac doctrinæ ſimul, notanter addidit in hac ratione ly eſſentiale. Vel dicas, quod dicit eſſentiale propter ea, quæ extrinſecè, & per additamentum notificant aliquid, vt eſt de accidentibus reſpectu ſubſtantiæ, & è contra. Vel propter id de quo ſtatim infra dicam.

Ibi. Sed ſciendum, &c. Hæc eſt prima pars ſecundæ partis, in qua ponit primum notabile: & tria facit, primo ponit quandã diſtinctionem. Secundo eam applicat ad ꝓpoſitum. Tertio declarat, quod conceptus generis, & differentiæ extraneantur. Secundum ibi. Nunc autem genus &c. Tertium ibi. Et ſicut in re, &c. Pro intellectu illius diſtinctionis duo ſunt notanda.

Primo, quod ſicut duplices ſunt partes, vt habetur.7.met.cap. de partibus definitionis; quædam enim ſunt eſſentiales, ſine quibus res eſſe nequit, & competunt rei ſecundum ſuum eſſe quidditatiuum, & ſpecificum: quædam ſunt materiales, ſine quibus res eſſe poteſt, quæ accidunt rei, vt eſt ęs reſpectu ſtatuæ, & digitus reſpectu hominis. Ita principia quoque ſunt in duplici differentia, quædam ſunt eſſentialia, ſine quib. res eſſe non poteſt; quædam ſunt accidentalia, ſine quibus res ipſa eſſe poteſt, & hoc modo æs dicitur principium ſtatuæ. partes ac principia rei ſunt in duplici drīa.

Secundo notandum, quod cum definitio vocetur ratio, vt patet. 5. & 7 met. ideo partes definitionis (quæ ſunt genus & differentia) rationis partes vocantur, vt patet. 5.met.tex.Commen.30. rationis autẽ partes ſpeciei ſolum ſunt. 7.met.tex. Com.35. igitur partes ſpeciei, quæ ſunt partes definitionis, appellantur partes rationis, ſuntque principia eſſentialia ſecundum rationem. His prænotatis clara eſt litera Doctoris, in qua diſtinguit de principio eſſentiali ſpeciei: quod eſt duplex, ſicut dictum fuit quęſtio.16. partes defõnis quare vocanť partes rationis

Quoddam ſecundum rem, quod eſt pars rei (ſubſtantialis ac corporeæ quia accidentia non ſunt compoſita ex materia, & forma neque Angeli) in exiſtentia (id eſt exiſtentis) cuiuſmodi ſunt materia, & forma (quæ ſunt principia phyſicalia.) prĩcipiũ eſſentiale ſpẽi ẽ duplex.

Ibi. Aliud ſecundum rationem, &c. Ponit ſecundum membrum huius diſtinctionis. Pro cuius intellectu duo ſunt notanda. Primo genus ratione modi ſignificandi denominare totum ab eo quod eſt ſicut materia, differentiam verò ab eo quod eſt ſicut forma, ſpeciem vero ab vtroque. Sicut in homine animal dicitur, quod habet naturam ſenſitiuam, rationale quod habet naturam intellectiuam, homo vero, quod habet vtrumque, & ita idem totum importatur per hæc tria, ſed non ab eodem. Secundo notandum, quod quando dicit Doctor, Principium eſſentiale ſecundum rationem Genus drīa, & ſpẽs denoĩant totũ, ſed non ab eodem. Notãdũ

impor-

importare eandem rem ſub modo indeterminato, quam ſpecies importat modo determinato, loquitur de differentia non vltimata, vel tantum de genere, genus enim, & differentia non vltimata, important indeterminate ac indifferenter eandem rem, q̄ ſpecies determinatè importat. Vel dicas per modum indeterminatum Doctorem non intelligere modum, indifferentis, ſed inadæquationem, genus enim, & differētia etiam vltimata inadæquatè important totum definitū, & hoc ſi ſeorſum ſumantur; eſt enim quædam indeterminatio, quæ eſt per indifferentiam, quædam quæ eſt per inadæquationem.

Indeterminatio duplex.

Cōtradictio tollitur.

Et per hæc ſolues contradictionem, quę videtur eſſe in dictis Doctoris: infra enim dicit differentiam determinate importare; idem quod genus importat, hic verò videtur velle oppoſitum Dicas igitur, quod hic loquitur tantum de genere. Vel dicas quod hic loquitur de indeterminatione quæ eſt per inadæquationem, infra autem de determinatione quæ opponitur indifferentiæ. Vel dicas, quod hic loquitur de differentia non vltimata, infra autem de differentia, vltimata Ex his patet litera.

Ibi. Nunc autem, &c. Hæc eſt ſecunda particula huius partis, in qua applicat ad propoſitum diſtinctionem iam poſitam. Pro cuius intellectu tria ſunt notanda. Primo, quod ſicut principia eſſentialia hominis ſunt in duplici differētia, ita homo quoque dupliciter conſiderari poteſt; vno modo ſecundum eſſe reale, & phyſicum, quod hic vocatur eſſe exiſtentiæ, alio modo ſecū dum rationem, & eſſe metaphy Eo modo quo loquimur de eſſe hominis, eodem modo proportionaliter loquendum eſt de principijs; ita vt hominis ſecundum eſſe phyſicum aſſignemus principia phyſica: hominis verò ſecundum eſſe meta. aſſignemus principia meta. Ex hoc notando patet litera vſque ibi. Quia ſi ſic, tunc non verè, &c. Secundo notandum, quod partes ſeu principia phyſica non prędicantur ex prima impoſitione de homine, iſta enim eſt falſa homo eſt anima, vt ſtatim dicam.

Homo dupliciter conſiderari poteſt.

Cum igitur genus (puta animal) verè prę dicetur de homine, non ergo erit principium hominis ſecundum eſſe phyſicum. Ex hoc notato patet litera vſque ibi. Cum definire ſit &c. Tertio notandum triplicē eſſe definitionem ſcilicet logicam, meta. & phyſicam. Phyſica datur per cauſas phyſicas, qualis eſt definiendo ſic hominem: homo eſt animal compoſitum ex corpore perfectiſſimo omnium mixtorum, & ex anima intellectiua, perfectiſſima omnium formarum materiam informantium.

Dēfinitio triplex.

Hō qd.

Quod autem in definitione phyſica debeat poni materia patet. 2. phy. tex. Comm. vltimi. Vbi dicit Auer. Quia ex quibuſdam definitionibus non ſolummodo apparet conſecutio materiæ, ſed etiam in eis intrat materia, &c. Hæc etiam eſt expreſſa ſententia Philo. primo de anima tex Com. 16. ac alibi. Vbi dicit. Naturalis igitur dat materiam, ſermocinalis autem dat formam, & intentionem. Vide Commen. ibidem. Definitio autem logica datur per genus, & differentiam. Metaphy. verò definitionem quādoque ingreditur aliquid quod non eſt de quidditate definiti, & hoc quia eſt quietatiua, vt alibi diximus. Hic Doctor loquitur de definitione logica, ſeu meta. & ſic patet litera.

In definitione phyſica ponitur materia

Ibi. Et ſicut, &c. Hæc eſt ſecunda particula huius partis, in qua declarat conceptū generis, & differentiæ eſſe ſibi inuicem extraneos. Et hoc facit, vt ex hoc manifeſtum ſit, quod non ſufficit in definitione poneſe tantum genus, vel tantum differentiam. Quod manifeſtè habemus ab Ariſt. primo de anima. tex. commen. 16. vbi dicit Auerr. Qui accipit materiam in definitione, & dimittit formam, diminutè accipit, qui autē accipit formam & dimittit materiam, exiſtimatur, quod dimittit aliquid non neceſſarium, ſed non eſt ita.

Definitio conſtat ex materia & forma, ſeu ex gñe, & dña.

Vide etiam 6. Top. cap. 1. vbi dicit Philoſophus. Oportet enim eum qui definit in genere ponentem differentias adiungere.

Vide etiam. 7. meta. Vel dicas quod hoc ideo facit Doctor, vt declaret nullam eſſe nugationem in definitione ponendo genus & differentiam, quamuis genus, & differentia importent eandem rem, quam ſpecies importat, vt dixit ſupra. Vel dicas, quod hoc ideo facit, vt remoueat falſum intellectum eorum quæ dixit.

Poſſet enim quis exiſtimare genus & differentiam importare eandem rem, quia conceptus generis non eſt alius à cōceptu differentiæ,

ferentiæ. Hoc igitur excludendo dicit Doctor,quod ſicut materia & forma, ita conceptus generis, & differentiæ extraneantur.

Materia & forma extraneantur phy. & log.

Notandum,quod materia, & forma extraneantur phyſicè & logicè: phyſicè extraneantur, quia non conueniunt in aliqua realitate phyſica, neque in modo principiādi, ſunt enim primo diuerſa phyſice, vt dicit Doctor. 2.d.12.q.1. Extraneantur autem logicè,quia ſunt entia diſparata, quæ de ſe inuicem formaliter dici nequeunt.

Genus & dfia extraneatur logicè, non phyſicè.

Quando dicit Doctor. Sicut in re natura materiæ extraneatur naturæ formæ loquitur de extraneari formaliter, & logicè, & propter hoc ſubdit. Ita quod neutrum eſt dicibile de altero.

Et ſic quantum ad hoc tenet ſimilitudo quam ponit Doctor ſcilicet, quantum ad extraneitatem,quæ eſt inter materiam, & formam,ex vna parte,& inter genus & differentiam ex alia,nam genus, & differentia extraneantur formaliter quidditatiuè,cum vnum de altero nequeat quidditatiuè prædicari:non tamen extraneantur realiter, & phyſic è.

Genus & dfia an ſint idē formaliter.

Contra iſta iam determinata eſt difficultas quam proponit Mauritius:videtur enim genus, & differentia non extraneari, ſed eſſe idem formaliter. Nam quæcunque vni & idem ſunt eadem formaliter, ſunt inter ſe eadem formaliter ,ſed genus & differentia ſunt idem formaliter ſpeciei, ergo ſunt eadem formaliter inter ſe.

Maior patet per Doctorem. 1.d 2.q.4.reſpondendo ad primum principale, vbi dicit. Quod quæcunque aliqua identitate ſūt eadem alicui,illa tali idētitate inter ſe ſunt ſic eadem. Et per hoc vlterius oſtendere poſſumus materiam,& formam realiter inter ſe identificari, nam realiter identificantur compoſito.

Reſpon. Mauritii

Reſpondet Mauritius negando minorem, nam ſuperius non eſt idem formaliter inferiori,ſed è conuerſo, ſimiliter materia, & forma non eſt eadem realiter vel formaliter compoſito,ſed è conuerſo.

Contra.

Contra Mauritium ſunt rationes & auctoritates quas ponit Trombeta in art. de diſtinctione formali, vbi oſtendit inferius non eſſe idem formaliter ſuperiori.

Eſt etiam contra Mauritium id,quod habet Doctor in ſecunda probatione minoris primi argumenti principalis

Ad hanc eandem rationem reſpondet Magiſter Anton.Sirectus in fine art.de diſtinctione formali.

Reſpōſ. Sirecti.

Et dicit, quod licet ex neceſſariis nunquam ſequatur niſi neceſſarium, tamen ex propoſitionibus per ſe non ſequuntur propoſitiones per ſe, nec ex propoſitionibus formalibus,& quidditatiuis ſequuntur propoſitiones formales, & quidditatiuæ; & ideo non ſequitur, omnis homo formaliter eſt animal, omnis homo formaliter eſt rationalis,ergo omne rationale formaliter eſt animal.

Contra.

Sed per hoc non ſoluitur illa ratio,quia ſemper remanet difficultas,quam tangit illa maior. Quæcunque vni & eidem ſunt eadem formaliter,&c.

Propria reſpon. Quæcunque vni & eidem ſūt &c.

Dico igitur (quod etiam innuit Sirectus vbi ſupra)quod quæcunque vni, & eidem ſunt eadem formaliter, illa ſunt eadem inter ſe formaliter,ſi ab illo tertio ad vnam de omni valet conſequentia, ſi autem non eſt bona conſequentia, non eſt vera illa propoſitio: vnde non valet animal eſt idem formaliter homini,ergo quicquid eſt idem formaliter homini eſt animal, ſicut nec etiam valet, hic Deus eſt pater, ergo quicquid eſt hic Deus eſt pater,& ideo non ſequitur ergo filius eſt pater, quamuis hic Deus ſit filius,ſic nec etiam ſequitur, animal, & rationale eſſe idem formaliter, quamuis ſint idem formaliter homini. Vel dicas illam propoſitionem.

Alia reſponſio

Quæcunque vni &c. eſſe veram, ſi illa ſunt formaliter eadem tertio, vnica identitate formali, tunc enim erunt eadem inter ſe formaliter,ſed genus, & differentia non ſunt idem formaliter ſpeciei, vnica identitate,quia cum importent diuerſas formalitates, ex conſequenti important diuerſas identitates.

Alia reſponſio.

Vel dicas illam maiorem eſſe veram, ſi illa ſint eadem tertio identitate mutua fundamentaliter, ſi autem ſint eadem tantum mutua terminatiuè,non eſt vera, & ita eſt in propoſito noſtro,nam inter ſuperius, & inferius non eſt mutua identitas formalis fundamentaliter.

Per hoc idem patet, quod dicendum eſt ad illud de materia,& forma.

Ibi.

Ibi. Licet eadem res, &c. Reſpondet tacitæ obiectioni, poſſet enim quis obijcere, cōtra dicta, nam genus & differentia important eandem rem, ergo vnum alteri non extraneatur. Reſpondet Doctor, quod licet eadem res importetur per vtrumque, tamen vnum alteri extraneatur, quoniam genus importat ſeu ſignificat illam rem indeterminatè, & hoc per modum quid, & per ſe ſtantis: quam differentia ſignificat determinatè, & hoc per modum qualis ac denominantis: eſt enim eadem res realiter, licet nō eadem realitas à qua accipitur genus & differentia, vt ſupra diximus.

obiectio tacita remouet.

Genus & dria diuerſimodè īportant eandem rem.

Notandum, quod ly præter non accipitur hic excluſiue, ſed diminutiuè, ſicut etiā capitur dicendo, decem præter duo ſunt octo. Et ſic dicit Doctor, quod animal ſignificat idem quod homo, præter determinationem id eſt remota determinatione vltimæ formæ id eſt, quæ cauſatur per vltimam formam. Hoc eſt dicere, animal indeterminatè indeterminatione quæ eſt per indifferentiam (hæc enim opponitur determinationi. quæ eſt per vltimam formam) importat idem quod homo: animal enim ſignificat idem, quod homo ſub forma communiori, vt quidam dicunt.

Præter dupliciter.

Et vlterius dicit Doctor, quod animal hoc idem ſignificat per modum quod, & per ſe dictum id eſt per modum per ſe ſtantis: & ideo ſecundum Porphy. prædicatur in quid, nam prædicari in quid eſt prædicare eſſentiam per modum per ſe ſtantis. Sequitur Doctor, rationale autem idem ſignificat, quod homo cum determinatione vltimæ formæ.

Non vult dicere quod rationale adęquatè ſignificet idem quod homo. Sed vult dicere, quod ſignificat ſeu importat idem quod homo cum determinatione vltimæ formæ id eſt cum determinatione quæ opponitur indeterminationi per indifferentiam: hæc enim eſt determinatio quæ cauſatur ab vltima forma, ſeu ab vltima realitate formæ vltimæ, pro vtroque namque hic poteſt accipi forma; imo magis pro vltima realitate, quam pro forma.

Ibi. Et propter rationes, &c. Ponit ſecūdum notabile, pro ſolutione rationū principalium, quod eſt manifeſtum ex his quæ diximus quæſtione. 16.

Vnum notabis, quod ſcilicet genus & materia differunt, nam materia, non prædicatur nomine principali, neque ex ſua prima impoſitione de re materiata, quamuis de ea dicatur nomine denominatiuo; genus autem ex prima impoſitione prædicatur de ſpecie cuius eſt genus, vt dicitur. 1. met. Commen. 17. & 7. met. tex. Commen. 24. & 53. & 9. met. Com. 12. ac alibi. Vide Alex. Aphro. libro ſecundo naturalium quæſtionum cap. 26. vbi ponit multas differentias inter materiam, & genus.

Genus & materia differunt.

materia quō prędicatur de materiato.

Duabus rationibus arguit pro parte falſa. Et primo ſic. Idem non poteſt eſſe principium, & principiatum, ſed genus eſt idem ſpeciei, ergo non poteſt eſſe principium ſpeciei.

Arg. 1. prin.

Maior probatˀ quia principium & principiatum diſtinguuntur, ſicut patet de generante & genito: ſunt etiam oppoſita relatiua, quæ inferunt contradictoria.

Minor probatˀ dupliciter primo per Philoſophum dicentem. 7 met. tex. Comm. 43. genus nihil aliud eſſe præter eas quę ſunt generis ſpecies. Secundo, quia quod prædicatur per ſe de aliquo non eſt diſtinctum ab illo, ſed genus prædicatur per ſe de ſpecie, ergo eſt idem illi.

Reſpondet Doctor negando maiorem, ſicut enim non eſt inconueniens concedere genus eſſe totum ac partem diuerſimodè tamen (ideo dicit Boetius libro diuiſionum, quod genus in prædicatione eſt totum, in definitione vero eſt pars, vt ſupra. q. 16. declaratum eſt) ita non inconuenit cōcedere idem diuerſimodè eſſe principium ac principiatum, genus enim in definiendo erit principium, at in prædicando erit totū ac principiatum, ſaltem ex modo ſignificandi, & ex identitate reali.

Reſp. ad 1. prin.

Genus ē prīcipiū ac principiatū.

Aliter poſſumus dicere ad hanc eandem rationem, maiorem eſſe veram de principiis extrinſecus, quia illa diſtinguuntur realiter à principiato, non eſt autem verum de principiis intrinſecus, ſaltem rationis, quæ ſunt eadem formaliter, ſaltem terminatiue, principiato. Nec ſequitur contradictio, quia illa eſt de eodem, ad idem, ſecundum idem, & eodem modo vt habetur primo Elenchorum. Et ſi dicas cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud. Cōcedo de cauſis extrinſecus, quæ non ſunt cauſæ vniuocæ cū

Alia reſpon.

Qūo idē pōt eſſe prīcipiū & principiatū.

ex-

Alia reſponſio

extrinſecus. Aliter etiam dico (& in idem incidit) quod idem formaliter non poteſt eſſe principium, & principiatum reſpectu eiuſdem, & eodem modo: quod tamen eſt ideo realiter, ac formaliter diſtinctum, poteſt eſſe principium, & principiatum reſpectu diuerſorum, quia non eodem modo ſumitur.

Alia reſpon. pricipiũ intrinſecũ habet duplex eſſe.

Aliter etiam dico, quod principium intrinſecum habet duplex eſſe, vnum ſibi proprium, aliud participatum, quod habet in toto, quod eſſe eſt perfectius illo eſſe quod habeat tale principium in ſe: vt patet de materia cuius eſſe participatum eſt perfectius eo eſſe quod habet in ſe: & ſicut totum diſtinguitur à partibus, ſeu à principiis intrinſecis, nam totum metaphy. ex natura rei, & totum phyſicum realiter diſtinguitur à partibus, vt 3. diſt. 2. q. 2. habet videri, ita etiam eſſe participatum, quod habent partes ſeu principia intrinſeca in toto, diſtinguitur, vel ex natura rei, vel realiter ab eſſe quod habent in ſe. Et ita ſecundum hoc nõ eſt inconueniens vt idem ſecundum vnum eſſe ſit principium ſui ſecundum aliud eſſe.

Alia reſpon.

Si autem volumus tenere quod totum nõ includit partes, ſed qñ ad ipſas ſequitur vt tertia entitas, facile eſſet ſaluare quod idem non eſſet cauſa, ſeu principium ſui ipſius, ſed tunc eſſent aliæ difficultates, quia videtur doctorem velle genus includi in ſpecie.

Pro his quæ dicuntur à Doctore in hac ratione, ac eius reſponſione tria ſunt notanda.

Notãdũ

Primo, quod Doctor adducit illam auctoritatem Ariſt. 7. met. ad probandam minorem, vt communiter exponitur: nam vt dicit Doctor in ſua meta. tex. Commen. 43. & in 4. d. 11. q. 3. reſpondendo ad rationem D. Thomæ illa auctoritas cum adducitur ad probandum genus nihil eſſe præter generis ſpecies, truncatè adducitur; ſubdit enim Philoſophus. Aut ſi eſt quidem vt materia eſt. Et dicit Doctor hanc ſecundam partem huius diſiunctiuæ eſſe veram; de qua ibidem ſubdit Philoſophus exemplum dicens, vox quidem vt genus eſt.

Eſſe idẽ formaliter alicui duplicitèr.

Secundo notandum pro ſecunda probatione minoris, quod eſſe idem formaliter alicui accipitur dupliciter, vno modo actiuè pro includere aliud in ſua ratione formali, & ſic debet intelligi Doctor in 1. diſt. 2. quæſt. 4. ac aliis in locis, vbi vult inferius eſſe idem formaliter ſuperiori.

Alio modo paſſiuè pro includi in ratione formali alterius, & ſic debet intelligi doctor hic, ac aliis in locis, vbi vult ſuperius eſſe idem formaliter inferiori. Vel aliter dicas, quod eſſe idem formaliter alicui contingit dupliciter vno modo fundamentaliter, alio modo terminatiuè: primo modo inferius eſt idem formaliter ſuperiori, ſecundo modo ſuperius inferiori. Et per hoc cõciliabis dicta Scoti, ac Doctores Scotiſtas, qui videntur inter ſe contrariari.

Genus quõ eſt totũ, & pars, prĩcipiũ, & principiatum.

Tertio notandum, pro his quæ habet doctor reſpondendo ad primum principale, quod genus conſideratum vt genus, non eſt aliud à ſpecie, dicitque idem totum, qđ ſpecies, ſub forma tamen communiori, & hoc modo poſſumus dicere genus habere rationem totius, ac principiati, & ſic ſumitur in prædicatione.

Si autem genus conſideretur vt materia ſic non eſt ſpecies ipſa, ſed eſt aliquid imperfectum expectans perfici à differentia, & hoc modo habet rationem partis ac principij, & ſic ſumitur in definitione. Sed quia hic modus dicendi non eſt conformis his quæ diximus. q. 16. Ideo poſſumus dicere genus, tam in prædicando, quam in definiendo, eſſe principium, verum tamen eſt, quod appropriatè habet rationem principiati vt prædicatur, quia ratione modi ſignificandi importat totum, totum vero eſt principiatum: vt aũt definit appropriatè habet rationem principii, quia definitio debet exprimere ſaltem intrinſeca definiti.

2. Arg. prin.

Arguit vltimo principaliter ſic. Genus eſt totum reſpectu ſpeciei, ergo non eſt principium eius. Conſequentia probatur, quia principium (ſcilicet intrinſecum, de quo hic loquitur Doctor) eſt ſimplicius principiato ſed totum eſt compoſitius eo cuius eſt. Antecedens patet per Porphy. cap. de ſpecie, in fine, vbi dicit, genus eſt totum reſpectu ſpecierum. Imo hoc eſt Ariſto. primo phy. tex. Commen. 4. vbi dicit (loquendo ne dum de genere, ſed etiam de ſpecie) Vniuerſale autẽ totum quoddam eſt.

Reſp. ad 2. prin.

Huic rationi non reſpõdet Doctor, quia reſponſio patet ex iam dictis. Neganda eſt enim conſequentia; ad cuius probationem dicendum, quod id quod eſt propriè totũ, eſt

eſt compoſitius ſuo principio intrinſeco, non autem hoc eſt poſtea verum de eo q𝔡 dicitur totum appropriatè ratione modi ſignificandi, quale totum eſt genus.

Genus quare vocatur totum.

Vel dicas Doctorem non reſpondere, quoniam reſponſio patet ex Porphy. Genus enim vocatur totum ſimilitudinariè, vt dicit Auer. exponendo illud Porphy. dictum, aſſimilatur namque toti, eo quod cõtinet ſpecies.

Alia reſpon.

Propter, quod dicit Philoſophus vbi ſupra. Multa enim comprehendit vt partes vniuerſale. Notandum ſecundum Auer. primo phy. Com. 5. Tres eſſe modos compoſitionis ſcilicet compoſitio ſpeciei ex ſuis cauſis, & compoſitio generis ex ſpeciebus, & compoſitio indiuidui ex ſuis partibus, quæ ſunt ſecundum ſui qualitatem: ſunt autem partes ſecundum qualitatem, materia, & forma, vt habet Auer. 4. phy. Comm. 20. & 3. cœli. com. 12.

Tres modi cõpoſitionis.

Partes ſm qualitatẽ q.

Pro intellectu autem huius diſtinctionis pono aliam, quæ eſt quod quædam eſt cõpoſitio actualis; quæ eſt cum compoſitum actu, & copulatiuè continet omnes ſuas partes, quomodo domus dicitur compoſita, continet enim ſuas partes in actu, ac ſimul copulatiuè: hoc etiam modo ſpecies eſt compoſita ex ſuis cauſis, & indiuiduũ ex ſuis partibus ſecundum qualitatem.

Cõpoſitio actualis quæ.

Alia eſt compoſitio potentialis, quæ eſt vbi compoſitum non continet ſuas partes in actu, ſed ſolum ſub diſiunctione: & hoc modo genus componitur ex ſuis partibus ſubiectiuis, ſcilicet ex ſpeciebus, & ſpecies ex indiuiduis. Totumque hoc modo compoſitum eſt ſimplicius, quam ſint partes componentes.

Cõpoſitio potẽtialis q.

Totum autem primo modo compoſitum non eſt ſimplicius.

Totum ſcũo eſt ſimplicius partibus.

QVÆSTIO XXI.

Vniuerſalium Scoti.

An hæc definitio ſpeciei ſcilicet ſpecies eſt, quæ prædicatur de pluribus numero differentibus in eo quod quid, ſit conuenienter data?

Hæc eſt ſecunda pars, in qua quærit quæſtiones attinentes ad tractatum. Et tantum quærit duo, quia aliæ dubitationes quæ poſſent fieri de ſpecie, manifeſtæ ſunt ex his quæ diximus de genere quærit igitur primo circa definitionem ſpeciei iam propoſitam, an ſit conuenienter data. Ordo huius quæſtionis ad ſequentem patet, nam prius de ſpecie definitiuè agendum erat. Vnicus terminus eſt declarandus, qui eſt ſpecies, cæteri enim ex ſupra dictis patent.

Ordo.

Species igitur eſt nomen æquiuocum ad multa. Nam quandoque ſumitur in numero plurali pro aromatibus. Quandoq; etiam ſumitur pro forma partis, & pro forma totius, vt patet in phyſica, & metaphy. Quandoque etiam ſumitur pro idea, vnde dicit D. Aug. & Cicero, quod græci ideas vocant, latini formas vel ſpecies appellant. Sumitur etiam aliquando pro ſpecie intelligibili ac ſenſibili. Sumitur etiam quandoq; pro aſpectu, eſtque vocabulum medium ſeu indifferens, quod modo cum laude, modo cum vituperio dicitur, pro ratione adiuncti. Cum vituperio vt Virg. 2. Aen. Non tulit hãc ſpeciem furiata mente Choræbus. Cum laude vt cum dicimus, ſpecies Priami digna eſt imperio. Quandoque etiam tantum ſumitur pro pulchritudine, ſicut

Species multipliciter ſumitur.

eam

Spẽi nomẽ tria impor-tat. eam accipit Hilarius teſte Diuo Auguſtino, 6. de Trinit. cap. decimo, cum ait ſpeciem eſſe in imagine. Vnde ſecundum Diuum Bonauenturam, 1. diſ. 3. artic. primo, quæſt. 3. ſpeciei nomen tria importat, ſcilicet ſimilitudinem, rationem cognoſcendi, & pulchritudinem. Sumitur etiam

Spẽs grãmatica liter q̃d quandoque pro quodam modo ſignificandi accidentali ipſius nominis, qui ſic definitur a Doctore in ſua grammatica. Species eſt modus ſignificandi accidentalis nominis, mediante quo modum ſignificandi primarium, vel ſecundarium ſignificat. Et a quibuſdam ſic definitur, ut dicit Mauritius, ſpecies eſt originalis diſpoſitio dictionis, per quam fit primitiui, & deriuatiui diſcretio. Quandoque etiam ſumitur Logicè, & dicitur a ſpecio ſpecis, quod eſt videre; ob eam rationem, ita appellata, quòd multorũ collectio vna quaſi viſione comprehendatur. Vel ſic appellatur, vt dicit Tartaretus, & Mauritius propter ſimilitudinem, quam habet cum ſpecie ciuili, vel naturali, quia ſicut ſpecies ciuilis, ſeu naturalis eſt forma, pulchritudo, vel actus corporis remouẽs turpitudinem; ita ſpecies Logica attribuitur naturæ completæ, a qua remota eſt potentialitas generis per differentias. Vel dicas, quod ſicut ſpecies ciuilis eſt aliquid ſpeciale, ac determinatum, diſtinguiturque contra genus, ideſt contra indeterminatum, vnde dicimus ſpeciem derogare generi, ideſt ſpeciale dictum derogare indeterminato, vel generaliter dicto, ita ſpecies Logica, vt homo ſignificat determinatam naturam, genus autem non ſignificat aliquam vnam naturam, propter quod dicitur 7. Phy. quod in genere latent multæ æquiuocationes. Et nota, quod non accipio hic ciuile eo modo quo ſupra accipiebatur.

Spẽs vñ & quare ſic dicatẽ

Poſſumus etiam dicere, quod ideo vocatur ſpecies; quia eſt actus, & forma indiuiduorum, vnde dicit Boetius, ſpecies eſt tenuis ſimilitudo ſingularium. Species Logicè, quandoq; ſumitur primo, quandoq; ſecundo intentionaliter Logicus. n. per accidens conſiderat primas intentiones. Species prime intentionaliter eſt natura cõis, ſeu indifferens ad multa ſolo numero differẽtia, quorum dicit totam quidditatem, quibuſq; immediatè eſt communicabilis.

Spẽs prime intẽtionalr quid.

Species pro formali eſt reſpectus rõnis fundatus in tali natura, ac cauſatus ab intellectu eiuſmodi naturam comparante ad genus, vel ad indiuidua. Et dico ad genus ꝑ ſpeciem ſubijcibilem, dicoq; ad indiuidua ꝑ ſpeciem prædicabilem, de qua duplici ſpecie, vide Pariſienſes c. de differentia. Ex his patet definitionem, quam dat Tartar. in ſummulis tract. 2. de ſpecie, ſecundo intentionaliter capta eſſe mancam, nam ſic ſpecies ſubiicibilis, non eſſet ſecunda intentio, quia non cauſatur ab intellectu comparante ſignificatũ adæquatum alicuius termini cõis, &cæ. in ordine ad inferiora, ſed in ordine ad ſuperiora, vt ipſemet dicit ſit per Porphy. c. de differentia. Diminuta eſt etiam definitio, quam hic dat Mauritius, vt intuenti patet.

Spẽs ꝑ formali

Spẽs duplex.

Tartar.

Ibi. Ad oppoſitum, &cæt. Notandum ꝙ hic poſſumus quærere de ſpecie, an definiatẽ intentio, vel res, & an hæc ſit definitio, vel deſcriptio, & an hæc ſit vera, ſortès, vel hic homo eſt homo, & an differentib. numero conuenienter ponatur, & an ſpecies neceſſario requirat multa indiuidua, & an hæc particula in quid cõuenienter ponatur in definitione ſpeciei, & an ſpecies principietur a genere. Conſimiliterq; poſſet hic argui pro, & contra, & obijci ſicut ſupra, vbi quæſitum eſt de definitione generis.

Ibi. Dicendum quod &c. breuiter ſe expedit a corpore huius qõnis. Dicitq; definitionem ſpeciei eſſe conuenienter datam, ſicut ſupra dictum eſt, de definitione generis. Illa. n. definitio eſt cõuenienter aſſignata, in qua ponitur genus, & dria definiti, talis eſt iſta, ergo &cæ. Minor probatur, nam prędicari de plurib. ponitur loco generis, & differentib. numero, & in quid ponuntur, vt drię cõſtitutiuę ſpeciei, ac diuiſiuę vl'is.

Arguit ſex rõnib. pro parte falſa, & primo ſic. Per Porph. genus, & ſpẽs ſunt duo correlatiua, & ꝑ hoc neceſſe eſt ĩ vtrorũq; rõnib. vtriſq; vti, ſed in hac ſpẽi definitione nihil ponitur per quod hẽatur correlatiuum. ſ. genus, ergo ſpecies male definitur.

Argũ 1. princ.

Huic rationi reſpõdendo dicit, ſpeciem habere duas habitudines, & ex conſequenti duas definitiones, in quarum vna ponitur genus, & eſt iſta, ſpecies eſt, quæ ponitur ab aſſignato genere, in alia autem ponuntur indiuidua.

Sẽs hẽt duas habitudi-nes.

Et quia aliquis poſſet dicere, extrema ſ.gña liſſimum, & ſpecialiſſimum vnicam tantum habere habitudinem, ſecundum Porphyr. non igitur ſpecies habet duas habitudines. Ideo remouendo hanc inſtantiam dicit, ſpeciem non habere duas habitudines, ſecundum vnam quarum dicatur ſpecies, ſecundū aliam verò dicatur genus; nam ſecundum vtranque habitudinem vocatur ſpecies, ſi arguas cōtra hoc, quia tunc ſequeretur, quod ſpecies bis eſſet ſpecies, quod eſt falſum. Conſequentia probatur, nam eſſet ſpecies, ſecundum habitudinem ad genus, & ſecundum habitudinem ad indiuidua. Falſitas conſequentis patet, quia tunc ſpecies eſſet ſpecies aliquo, quo non exiſtente adhuc eſſet ſpecies. Dicit Fran. de May. ſuper vniuerſalia paſſu. 3. & 4. quòd ſi ſpecies ſpecialiſſima accipiatur, ſecundum habitudinem, quam habet ad inferiora, ſic ſpecies æquiuocè dicitur de ſpecie ſpecialiſſima, & ſubalterna, & ſic ſpecies non dicitur bis ſpecies, ſed dicitur ſpecies, ſecundum duplicem acceptionem ſpeciei æquiuocam, ſed quia hæc reſponſio non multū ſapit, ideo aliter dico, quod ſpecies non dicitur bis ſpecies ſubiicibilis, vel bis ſpecies prædicabilis, ratione. n. habitudinis ad genus dicitur ſpecies ſubiicibilis, at reſpectu habitudinis ad indiuidua dicitur ſpecies prædicabilis: vel dicas, quod ratione habitudinis ad indiuidua vocatur vniuerſale. Pro quo ſciendum ſecundum Scotum infra, & q. 29. prędicam. quòd ſpecies primo refertur ad genus, ſed per rationem ſui generis, (quod eſt vniuerſale) refertur ad indiuidua, ſicut omne, vniuerſale dicitur ad illa de quibus prædicatur, & ita ſpecies non refertur primo ad vtrūq;, & ideo ratione habitudinis ad indiuidua non vocatur ſpecies, ſecundum argum. principale, ac eius reſponſio patet, ſup. q. 17.

Species quō nō ſit duas habitudines. *Obiectio.* *Reſpō. Fran.* *Alia reſponſio* *Alia reſponſio* *Spēs nō primo refertur ad indiuidua.* *Spēs nō uocatur ſpēs rōe habitudinis ad indiuidua.*

Tertio arguit ſic eiuſdem nō ſunt multæ diffinitiones, 6. Topic. cum igitur ſpecies conuenienter definiatur ſic, eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere, non ergo conuenienter definitur hac definitione, eſt quæ prædicatur de pluribus, &c. Antecedens probatur dupliciter primo ex litera ſic. Eiuſdem non multæ eſſentiæ, quia aliter eſſet multiplex, & non definibile, ergo nec multæ definitiones.

Secundo probatur idem antecedens extra literam ſic, nam aliter idem poſſet eſſe ignotum, & cognitum, quia eſſet notum, ſecundum vnam definitionem, & ignotum, ſecundum aliam, quod videtur inconueniēs, eo quod vnius incomplexi eſt vna tantum cognitio.

Reſpondet diſtinguendo de abſoluto & reſpectiuo, abſolutum enim non poteſt habere multas definitiones indicantes eius eſſe in ſe: reſpectiuum vero poteſt habere multas definitiones indicantes eius eſſe ad aliud, ſi ad multa per ſe refertur, cum igitur ſpecies per ſe referatur ad duo, ideo poteſt habere duas definitiones. Aliter poſſumus reſpondere ex his, quæ habet iſte, infra, & quæſtio vigeſima nona, prædicament. dicendo, ſpeciem habere vnam tantum definitionem conuenientem, ſibi ſecundum eius propriam rationem, quæ eſt illa. ſpecies eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere, & de qua genus in eo, quod quid prædicatur, aliam habet, quæ conuenit ſibi ratione ſui generis, idest vniuerſalis, quæ eſt illa, ſpecies eſt, quæ prædicatur, &c. nec iſta proprie debet vocari definitio, quia eſt pars definitionis, quæ eſt eius, ſecundum propriam rationem ſuam, & ita iſtæ non ſunt ſimpliciter dicendæ duæ definitiones.

Reſp. ad tertium princip. *Spēs ſm vnam ꝓpriā rōnē hēt, tm̄ vnā definitionem.*

Contra ea quæ dicta ſunt, difficultates duæ ſunt. Prima contra id, quod dictum eſt abſoluti, ſcilicet non eſſe plures definitiones. Contra. nam Philoſophus ſecundo de anima, dat duas definitiones de anima, quæ tamen eſt ens abſolutum. Dico, quod duplex eſt definitio, quædam eſt cauſalis, quædam effectualis, cauſalis eſt duplex, quædam datur per unum genus cauſæ, quædam per omnia genera cauſarum. Abſoluti poſſunt eſſe plures definitiones quarum vna ſit cauſalis, & alia effectualis, & ſic demonſtrationem, & animam habere plures definitiones non eſt inconueniens, vna enim definitio demonſtrationis eſt effectualis, ſcilicet eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, nam ſcire eſt effectus demonſtrationis, hoc idem dicatur de ſecunda definitione animæ, in qua dicitur animam eſſe principium viuendi. Etiam eiuſdem abſoluti poſſet eſſe plures definitiones cauſales, quæ dantur per vnum genus cauſæ, &

Abſoluti an ſint plures definitiones. *Definitio quo tuplex.*

& hoc modo dicunt, quidam demonſtrationem, & animam habere plures definitiones, quarum vna eſt materialis, alia vero formalis. Inconueniens tamen eſt aſſerere, quod eiuſdem abſoluti poſſint eſſe plures definitiones materiales, vel plures formales, vel plures, quæ ſint per omnia genera cauſarum.

Alia rñſio. Poſſumus etiam dicere illas definitiones animæ non eſſe primo eiuſdem definiti, nam prima definitio conuenit animæ, vt communis eſt animæ rationali, ſenſitiuæ, & vegetatiuæ, at ſecunda propriè, tantum conuenit rationali, vidi Tatar. 2. de anima. Aliter dicit Mauritius animam definiri a Philoſopho, vt quodammodo reſpectiui, quia in quantum actus, vel principium.

Alia rñſio. Alia difficultas eſt, contra illud, quod dictum eſt, reſpectiui ſcilicet poſſe eſſe plures definitiones. Nam ſi habet plures definitiones, ergo & plures eſſentias, quod eſt falſum, quia tunc non eſſet vnum definibile, nec ex conſequenti definibile. Præterea eſſentia relatiui eſt a relatione formaliter, ſed relatio eſt abſoluta, igitur & eſſentia relatiui erit abſoluta, ergo ſicut abſoluti non poſſunt eſſe plures definitiones, ita nec relatiui. Minor probatur: nam quodlibet eſt abſolutum in ſuo genere, cum habeat modum quid, & modus quid ſit modus abſoluti.

Reſpectiue, an poſſint eſſe plures definitiones.

Reſpondeo ad primum, & dico, quòd ſi relatiuum haberet plures definitiones, quæ per ſe primo eſſent ipſius ſecundum ſuam propriam rationem ſpecificam, ſic non haberet vnam eſſentiam, ſi autem habet plures definitiones, quarum una ſit ipſius, ſecundum ſuam propriam rationem, & alia ſecundum rationem ſui generis, non ſequitur, quòd habeat plures eſſentias, immo illæ non ſunt ſimpliciter dicendæ duæ definitiones, quia illa, quæ eſt eius, ſecundum rationem ſui generis, eſt pars definitionis, quæ eſt eius ſecũdum propriam rationem ſuam. Ad aliud reſpondeo dupliciter, & primo dico, eſſentiam relatiui non eſſe abſolutam niſi reſpectu ſui generis, quia eius genus prædicatur de eo abſolutè, & in quid; ſimpliciter autem eſſentia eius eſt ad aliud ſe habere. ſimiliter relatio eſt abſoluta in ſuo genere, hoc eſt in comparatione ad ſuum genus, quia ſuum genus dicitur de ipſo abſolutè, non eſt autem, ita abſoluta, quòd ad nihil aliud in genere dependeat, & licet habeat modum quid, quia genus eius prædicatur de ea in quid, & ita abſolutè, non tamen ſequitur ipſam eſſe omnino abſolutam. Aliter poſſumus dicere, quòd non ſequitur eſſentiam relatiui eſſe abſolutam, etiam ſi relatio eſſet abſoluta, quia quod ineſt principio formali, non oportet ineſſe compoſito cuius illud eſt, ſicut ſi forma eſt ſimplex, non ſequitur eſſentiam compoſiti eſſe ſimplicem.

Relatiuũ, & relõ quõ eſt abſoluta.

Ibi. Contra ſaltem, &cæt. Arguit contra reſponſionem iam allatam, inferendo ſaltem Porphyr. eſſe ſuperfluum, quia ſicut ſpecies habet, tantum duas habitudines, vnam in comparatione ad indiuidua, aliam in comparatione ad genus, ita debet habere tantum duas definitiones: Porphyr. autem aſſignat tres, quarum duæ ſunt in comparatione ad genus.

Dicit enim hæc aſſignatio, ſcilicet prædicari de pluribus &cæt. ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt, quæ ſolum eſt ſpecies, aliæ verò erunt ſpecierum non ſpecialiſſimarum, ergo ad minus erunt aliæ duæ præter iſtam. Patet conſequentia, nam plurale æquiualet ſingulari geminato, igitur ly aliæ ad minus ſupponit pro duabus definitionibus.

Ibi. Hoc conceditur, &cæt. Dupliciter reſpondet huic Inſtantiæ. Secunda ibi. Hoc poteſt concedi, &cę. Prima reſponſio, quæ eſt iuxta mentem aliorum impugnatur a Doctore.

Ibi. Contra liber, &cæt. Concedit ergo hæc reſponſio ſpeciem habere duas definitiones in comparatione ad genus, quia etiam habet duas comparationes ad genus, vnam ut ordinatur ſub ipſo in recta linea prædicamentali, aliam verò ut genus enunciatur de ſpecię, tanquam de ſubiecto in propoſitione. De ſpecie primo modo conſiderata datur hæc definitio, eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere. De ſpecie verò ſecundo modo conſiderata datur hęc definitio, ſpecies eſt de qua genus in eo, quod quid eſt prædicatur.

Ibi. Contra liber, &cęt. Impugnat Do-

ctor hanc reſponſionem quantum ad illud, quod dicit ſpeciem, ſcilicet hic definiri, vt genus enunciatur de ipſa in propoſitione, & arguit a maiori ad minus negatiue, & ſic liber prædicamentorum immediatius ordinatur ad librum periher. quam iſtæ, ergo potius ibi deberet determinari de incomplexis inquantum vnum enunciatur de alio, ſed hoc eſt falſum, igitur falſum erit Porphyr. definire ſpeciem, vt de ea enunciatur genus. Falſitas conſequentis probatur, quia tunc in libro periher. ſuperflueret determinare de nomine, & verbo, quæ ſignificant incomplexa ſub ea ratione, qua vnum enunciatur de alio.

Spẽs hẽt unicam defin. in compa- tõne ad genus. Ibi. Hoc poteſt concedi, &cæt. Hæc eſt propria reſponſio Scoti, in qua concedit ſpeciem habere vnicam definitionem in comparatione ad genus, & tũc dicit, quod illæ definitiones, quæ dantur de ſpecie in comparatione ad genus, non ſunt duæ definitiones, ſed vnica, quia vna eſt expoſitio alterius. Et quia duo ſunt, quæ faciunt difficultatem circa hoc, vnum quoniam Porphyr. ponit copulam inter illas definitiones, quæ non copulat niſi inter diuerſa, vt dictum fuit ſupra quæſt. prima, (ait enim Porphyr. ſpecies eſt, quæ ponitur ſub genere, & de qua genus in eo, quod quid eſt prædicatur.) Aliud quod facit difficultatem eſt, quia Porphyr. nominat in numero plurali has definitiones, dicit enim. Aliæ uero erunt etiam non ſpecialiſſimarum.

Ideo reſpondendo ad primum dicit, ꝙ hæc ratio (ſcilicet ſpecies eſt, quæ ponitur ſub genere) exponitur per ea quæ ſequuntur, & idcirco ly, &, debet accipi pro, id eſt, & non accipitur copulatiuè. Ad aliud dicit, quòd per ly aliæ debemus intelligere, aliæ notificationes, non aliæ definitiones, non enim eſt ibi alietas, ſeu diuerſitas eſſentialis, ſed tantum eſt diuerſitas, ſecundum quid, ſeu uocis, & ideo ſecundum quandam diuerſitatem tantum, ſecundum quid, notificant ſpeciem, idem enim eſſentialiter eſt ſpeciem per ſe, & directè poni ſub genere, ac genus in quid de ſpecie prędicari, & ita non conſtituuntur per hoc diuerſæ definitiones.

Hoc probat: nam conſimilis diuerſitas poteſt inueniri comparãdo ſpeciem ad indiuidua, ſpecies enim eſt ſub qua ponũtur indiuidua, & quæ prædicatur in quid de indiuiduis, & tamen ſecundum iſtam comparationem, (quæ eſt ſpeciei ad indiuidua) ponitur tantum una definitio ſpeciei. Mauritius tangit tres difficultates, prima eſt contra id quod dixit Doctor ſupra. Porphyr. ſcilicet non determinare hic de ſpecie ſub ea ratione, qua genus enuntiatur de ipſa, contra quia determinat hic de genere ſub ea ratione, qua prædicatur de ſpecie, ergo, & de ſpecie ſub ea ratione qua ſubiicitur generi. Antecedens probatur: nam ſupra qõ. 12. poſuit numerum, ac ſufficientiam vniuerſalium penes prædicari. Reſpondet Mauritius diſtinguendo de prædicari, & ſubiici aptitudinaliter (vt. ſic eſt modus ipſius incomplexi in ſe ſeorſum, & in potentia remota, ſiue propinqua) & actuali, ſeu de facto, & in compoſitione actuali. Vel ſub alijs verbis prædicari, uel prædicare, ſimiliter, & ſubiici conſiderantur, vel in primo actu intellectus, vel in ſecundo: primo modo determinatur hic de genere, & ſpecie, & in prædicamentis de incomplexis, ſub ea ſcilicet ratione qua aptitudinaliter prædicantur, & ſubiiciuntur. In libro autem Periher. determinatur de incomplexis ſub ea ratione, qua de facto, & actualiter prædicantur, & ſubiiciuntur.

Porphy. an determinet d̃ gñe ſub ea tõne qua p̃dicatur de ſpẽ, & d̃ ſpẽ ſub ea tõne qua ſubiicitur generi?

Dubiũ. Alia difficultas eſt circa id, quod dicit Doctor exponendo Porphyr. vbi vult, quod per ly aliæ, debeat intelligi aliæ notificationes, ſupra autem quæſt. quarta, expoſuit illud verbum aſſignauerunt, id eſt definierunt, igitur etiam hic debemus exponere illud dictum Porphyr. aliæ, ſcilicet definitiones. Mauritius dat quatuor reſponſiones, quarum melior eſt, quod Porphyr. æquiuocat de aſſignatione, ſupra enim accipit aſſignationem pro definitione, hic uero pro notificatione. Vel dicas Doctorem dicere Porphy. per ly aliæ, non intelligere alietatẽ aſſignationum, ſeu definitionum, ſed alietatem notificationum, non enim ſunt diuerſæ deſcriptiones, quia non ſunt deſcriptiones, nec ſunt diuerſæ definitiones, ſed eſt eadem met defi-

Mauritii reſp.

Auctoris reſp.

definitio, cuius pars poſterior eſt expoſitio præcedentis: vocantur tamen diuerſæ notificationes propter diuerſitatem ſecundum quid, vt dictum eſt. Nec valet ſunt diuerſæ notificationes, ergo ſunt diuerſæ deſcriptiones, igitur ſunt deſcriptiones. Nam non quælibet notificatio eſt deſcriptio propriè accipiendo deſcriptionem.

Aliud dubium. Tertia difficultas eſt, quia cum ſubiici, & prædicari ſint oppoſitæ intentiones, igitur diuerſificant ſimpliciter, & non ſolum ſecundum quid, illas duas definitiones in ordine ad genus.

Reſpon. Maur. Dicit Mauritius, quod licet ſint diuerſæ intentiones, vna tamen infertur ex alia per modum ſequelæ, quod enim ſubijcitur, de neceſſitate alicui ſubiicitur: & ideo ad maiorem expreſſionem & declarationem loquitur.

Auctoris reſp. Aliter dico & melius, quod licet prædicari, & ſubiici opponantur, quando ſunt eiuſdem & reſpectu eiuſdem; ſpecies enim non poteſt ſubiici indiuiduis, cum de illis prædicetur. Non tamen ſunt oppoſita, quando ſunt diuerſorum, vel reſpectu diuerſorum; vnde ſubiici ſpeciei, & prædicari generis non opponuntur, ſimiliter nec prædicari ſpeciei de indiuiduis, & ſubiici ſpeciei reſpectu generis opponuntur; quia oppoſita debent eſſe eiuſdem, & reſpectu eiuſdem: modo in illis notificationibus ſubiici eſt ſpeciei, & prædicari generis, & ideo nec ſunt oppoſita, nec ſequitur quod diuerſificent ſimpliciter illas notificationes.

Imo dico, quod vtraque notificatio datur per ſubiici: in prima enim dicitur ſpecies eſt quæ ponitur ſub genere ideſt, ſubiicitur generi: & in ſecunda, ſpecies eſt de qua genus, &c. vbi denotatur ſubiectio ſpeciei reſpectu generis, quod prædicatur de illa in eo quod quid eſt.

Arg. 4. prin. Quarto principaliter arguit ſic. Oppoſita non inſunt per ſe idem, ſed ſpecies eſt per ſe ſubiicibilis, ergo non eſt per ſe prædicabilis, falſa igitur eſt hæc definitio, ſpecies eſt quæ prædicatur, &c. vel ſaltem alia erit faſa ſcilicet ſpecies eſt quæ ponitur ſub genere.

Minor probatur: nam ſubiici ponitur in definitione ſpeciei, ergo ſpecies eſt per ſe ſubiicibilis.

Irenei Braſ.

Reſpon. Reſponſio patet ſupra, ſubijci enim & prædicari non opponuntur cum accipiantur reſpectu diuerſorum: & hoc dictum fuit ſupra reſpondendo ad primum principale, vbi diximus ſpeciem habere duas comparationes, & ſecundum vnam conuenire ſibi prædicari, ſecundum aliam vero ſubijci.

Contra. Contra inſtat Doctor ſupponendo, quod id quod conuenienter definitur per aliud, per ſe refertur ad aliud; & tunc arguit ſic; ſi ſpecies conuenienter definiatur per genus, quia ad ipſum refertur, ergo ſpecies per ſe refertur ad genus.

Cum etiam definiatur per indiuidua, ergo per ſe refertur ad illa: igitur ſpecies bis diceretur relatiue, quod eſt contra Philoſophum 5. meta. tex. Com. 20. non igitur ſpecies poteſt definiri per genus, ſi conuenienter definitur per indiuidua.

Reſp. ad 4. argu. prin. Reſpondet Doctor concedendo ſubiici & prædicari in propoſito non eſſe relatiuè oppoſita, vt ſupra dictum fuit. Et cum obiicitur, quod ſi ſpecies definitur per indiuidua, quod non poſſet definiri per genus, quia aliter idem bis diceretur relatiuè. Reſpondet, & duo facit.

Primo declarat quare ſpecies per ſe refertur ad indiuidua, & ad genus. Deinde dupliciter reſpondet ad auctoritatem Ariſt. Pro intellectu primi notandum ex Philoſopho. 5. meta. tex. Commento. 20. tres eſſe modos relatiuorum per accidens.

modi relatiuorū per accidens. Primus eſt cum aliquid refertur ratione ſui generis; vt eſt de medicina, quæ refertur ad aliud ratione ſui generis ſcilicet ſciētiæ: & iſte vocatur impropriè modus per accidens, propriè enim eſt modus per ſe; dicitur autem per accidens inquantum non eſt per ſe primo tale.

Secundus modus eſt cum aliquid dicitur referri in abſtracto, quia refertur in concreto, vt eſt de ſimilitudine.

Tertius modus (qui eſt propriè per accidens) eſt cum ſubiectum dicitur referri ratione accidentis ſibi inhærentis, vt homo dicitur duplus, vel ſimilis ratione quantitatis, vel qualitatis, quæ ſibi inſunt; & de relatiuo per accidens hoc vltimo modo loquitur hic Doctor, cum ait.

Quod ſpecies non tantum ſecundum

diuerſa ſibi accidentia refertur ad genus, & indiuidua, quia tunc per neutrum definiretur, nam correlatiuum per accidens non ponitur in definitione; ſicut nec etiã vnus homo definitur per alium hominem, licet referatur ad ipſum ratione quantitatis, ratione cuius ſibi accidit vt ſit duplus, ſeu duplę magnitudinis ad alium hominem. Eſſentialiter igitur, & per ſe ſpecies refertur, & comparatur ad vtrumque ſcilicet ad genus, & ad indiuidua.

Idẽ quõ bis non refertur.

Ibi. Et quod dicitur, &c. Hæc eſt prima reſponſio quam dat ad dictum Philo. 5. met. in qua dicit. Quod Ariſto. intellexit, quod accidens (quod eſt actus intelligendi) non refertur ad ſubiectum (ideſt ad potentiam intellectiuam) & terminum [ideſt ad obiectum] ſicut inuit [Philoſophus] in litera ibi. Non eſt autem intellectus [ideſt actus intelligendi] ad intelligentẽ [ideſt ad potentiam intellectiuam] & intelligibile [id eſt ad obiectum] ſicut ſcilicet menſurabile ad menſuram completam, quia aliter idẽ vt menſurabile eſſet bis dictum.

Notandum Doctorem hic non loqui de quocunque accidente, ſed tantum de actu intelligendi, vt dixi exponendo literam. Nec etiam vult Doctor, accidens nullo modo poſſe referri ad ſubiectum, nam alibi vult accidens depẽdere ad ſubiectum in ratione effectus; & in 3. d. 1. dicit, quod dependet in ratione ſuſtentabilis, vel inhęrentis, ſeu informantis, ad ſuſtentificans, vel ad id cui inhęret, ſeu ad informabile. Vide hanc eandẽ reſpõſionẽ in quol. q. 13. art. 2. in fi.

Idẽ quõ põt bis dici, alia expoſitio.

Ibi. Vel oportet dicere, &c. Aliter exponit illud Ariſt. dictum ſcilicet idem non refertur bis: & ait, quod idem non refertur primo ad diuerſa, hoc enim modo inconueniens eſt idem bis dici: relatio enim habens extrema differentia ſpecie, eſt variata ſecundum ſpeciem, ſeu eſſe quidditatiuum vt probatum fuit ſupra. q. 17. Patet etiam nam cum in relatiuo includantur duo ſcilicet ipſum aliud, quod eſt ipſum extremũ, & ipſum ad aliud, quod eſt habitudo media inter extrema; propter, quod dicit D. Aug. 7. de trin. cap. 1. vol. 6. omnis eſſentia, quæ relatiuè dicitur, eſt aliquid excepto relatiuo: ideo vbi ipſum aliud, ſeu ipſum extremum eſt diuerſum, & ipſum ad aliud erit diuerſum.

In relatiuo includunt duo.

Ibi. Per ſe tamen, &c. Dicit idem poſſe referri per ſe ad diuerſa, quia refertur primo ad vnum per ſuam rationem formalem, & propriam, ad aliud vero refertur per ſe ſecundum rationem ſui generis. Hoc probat, deinde applicat ad propoſitum exemplificando. Primum ibi. Relatiui enim, &c. Secundum ibi. Sic ſpecies, &c. Ratio ſic erigatur: quicquid includit in ſua eſſentia id per quod refertur, eſt relatiuum per ſe; ſed relatiuum ſecundum genus includit in eſſentia ſua id per quod refertur, ergo relatiuum ſecundum genus eſt relatiuum per ſe. Minor patet, quia genus includitur in ratione eius cuius eſt genus. Maior probatur quia impoſſibile eſt abſolutum in ſua eſſentia includere eſſentialiter relatiuum.

Relatiuum ſm genus ẽ relatiuũ per ſe.

Ad propoſitum applicando dicit, quod ſpecies ſecundum ſuam propriam rationẽ formalem dicitur ad genus; ſecundum autem rationem ſui generis ſcilicet vniuerſalis dicitur relatiue ad illa de quibus prædicatur, vniuerſale enim refertur ad ſubiicibile, & ideo cum ſpecies includat vniuerſale, refertur ad ſubiicibile, nam dici de conuenit ſibi inquantum eſt vniuerſale.

Ibi. Verbi gratia, &c. Exemplo hoc, qđ dictum eſt declarat. Pro cuius intellectu notandũ et ex Mauritio & Io. Anglico, multiplex eſſe quoddam genus propoſitionis maioris inęqualitatis, cuius ſpecies ſunt duplum, triplũ, quadruplum, & aliæ huiuſmodi. Submultiplex vero [quod eſt correlatiuum multiplicis] eſt genus propoſitionis minoris inæqualitatis; cuius ſpecies sũt ſubduplum, ſubtriplum, & aliæ huiuſmodi, addendo enim ly ſub, ſpeciebus multiplicis, fiunt ſpecies ſubmultiplicis. Dicit igitur Doctor, quod duplum ſecundum ſe referẽ ad dimidium, ſed ſecundum ſuum genus [quod eſt multiplex, refertur] ad ſubmultiplex.

Multiplex & ſubmultiplex quid.

Ibi. Nõ eſt tamen, &c. Vult declarare hoc exemplum non eſſe omnino ſimile: eſt. n. ſimile quantum ad hoc, quia ſicut duplum habet correlatiuum, ad quod primo refert, & correlatiuum ad quod per ſe referẽ, ita etiam ſpecies. Eſt autem diſſimile, quia ibi [ſcilicet in illo exemplo] correlatiuum generis [ideſt, ſubmultiplex] continet correlatiuum ſpeciei [ideſt dimidium] hic non, quia correlatiuum vniuerſalis [.ſ. indiuiduum]

non continet genus. Duo ſunt notanda, primo, quod multiplex eſt genus dupli, & ſubmultiplex eſt genus dimidii. Dicit igi͂, quod correlatiuum generis[dupli, quod eſt ſubmultiplex] continet[potentialiter ſicut ſuperius ſuum inferius] correlatiuum ſpeciei[id eſt dimidium, quod eſt correlatiuum dupli]quod duplum eſt ſpecies multiplicis. Et breuiter vult dicere, quod ſub multiplex continet potentialiter dimidium, quod eſt correlatiuum dupli. Indiuiduum vero, ſeu ſubiicibile, quod eſt correlatiui generis[.i. ipſius vniuerſalis] non continet ſub ſe genus, quod genus eſt correlatiuum ſpeciei: & ideo exemplum non eſt omnino ſimile.

Idē non pōt referri ad duo oī no diuerſa.

Notandum ſecundo ex Scoto.q.29.præ dicam.quod licet idem non poſſit referri ad duo omnino diuerſa: poteſt tamen referri ad duo non omnino diuerſa, quorum ſcilicet vnum includat alterum aliquo modo: vniuerſaliter enim primum correlatiuum ad non primum, ſed per ſe, vel dependet, vel ipſum includit, vel aliquid includit, quod ad ipſum dependet. Dicit etiam ibidem vlterius Doctor. Primum correlatiuum nunquam eſſe poſſe reliquo non exiſtente. Vnde nunquam poteſt eſſe multiplex, non exiſtente ſubmultiplici. Loquendo vero de relatiuo per ſe non primo, ſecus eſt dicēdum: quia poſitio correllatiui per ſe, & non primi, non neceſſario includit poſitionem reliqui: poſito enim ſubmultiplici. non ſequitur, quod neceſſario ponatur duplum; nam ponēdo ſubtriplum ponitur ſubmultiplex, & tamen non neceſſario ponitur duplum: poſito verò duplo neceſſario ponitur ſubmultiplex, quia neceſſario ponitur multiplex, & ex conſequenti, ſubmultiplex, quod eſt correlatiuum per ſe primum ipſius multiplicis.

Ibi. Ideo prima definitio, &c. Ex his declarat, quæ nam definitio ſpeciei eſt magis propria, & quę eſt magis ad propoſitum, & dicit, quod prima definitio [ſcilicet ſpecies eſt quæ ponitur ſub genere] eſt ſpeciei propria ſecundum ſe, quia datur per eius primum correlatiuum. Secunda vero[ſcilicet ſpecies eſt quæ prædicatur, &c.] datur per poſterius correlatiuum ſcilicet per indiuidua: quæ magis eſt ad propoſitum, eſt enim propria ſpeciei inquantum eſt vniuerſale: & hoc modo hic conſideratur ſpecies.

Notandum, quod indiuiduum vocatur poſterius correlatiuum, vel in ordine ad primum correlatiuum, quod eſt genus: correlatiuum enim per ſe non primum, videtur poſterius correlatiuo per ſe primo. Vel vocatur poſterius correlatiuum in ordine ad ſpeciem: nam propter ordinem eoru͂, quæ reponuntur in prædicamento, ſuperiora dicuntur priora, & inferiora poſteriora, cum igitur genus ſit ſuperius ad ſpeciem, ideo vocatur correlatiuum prius; cum autem indiuiduum ſit inferius ad ſpeciem, ideo indiuiduum appellatur poſterius correlatiuum.

Indiuiduū gñe vocatur poſteri' correlatiuum.

Quinto principaliter arguit ſic. Definitio debet diſtinguere definitum a quocunque alio, hæc non eſt huiuſmodi, ergo, &c. minor probatur: nam hæc definitio nō diſtinguit ſpeciem à definitione, cum & ipſa definitio prædicetur de differentibus numero in quid.

Arg.5. prin.

Reſpondet concedendo definitionē non eſſe diſtinctum vniuerſale à ſpecie, ſecundū quod hic de vniuerſalibus agitur; determinatur autem hic de vniuerſalibus ſecundū, quod prædicantur in quid vel in quale, vt ſupra.q.12.dictum fuit.

Notandum hanc reſponſionem velle, definitionem non eſſe diſtinctum vniuerſale à ſpecie, vel quia reducitur ad ſpeciem, cū ſit eius proprium, vt dixit Doctor ſupra.q. 12. Vel quia cum definitio non ſit vniuerſale, vt hic agitur de vniuerſali, ideo nec erit vniuerſale diſtinctum a ſpecie, ſicut nec etiam lapis eſt animal diſtinctum ab homine, quia non eſt animal.

Reſp.ad 5.prin.

Notandum etiam quòd definitio dicitur diſtinguere definitum, à quolibet alio: quia cum includat genus & differentiā, ideo ratione generis, vel differentiæ incluſæ in genere, diſtinguit definitum a quolibet alio, quod non eſt eius generis. Ratione verò differentiæ diſtinguit definitum à quolibet alio, quod eſt eiuſdem generis.

Definitio ē diſtinctū vl'e à ſpecie.

Aliter reſpondet negando, quod definitio non diſtinguatur à ſpecie per hanc definitionem: diſtinguitur enim per hoc quod eſt prædicari in quid, nam ſpecies prædicatur in quid tantum, definitio autem non in quid tantum, ſed in quid & in quale, quia non habet ſimpliciter vnū modum prædicandi, ſed duos, ſicut genus & differentia ex quibus eſt.

Alia reſpon.

Dubiũ. Et ſi dicas, igitur ſpecies, cũ conſtet ex genere, & differentia, non habet vnum modum

mauritii reſpon. prædicandi. Dicit Mauritius non eſſe ſimile de ſpecie, & definitione, quia ſpecies dicit tertiam entitatem diſtinctam à partib. per ſe vnam, cuius eſt per ſe vnus modus prædicandi, ſecus eſt de definitione. Sed ſi teneretur definitionem [dicit ipſe] dicere tertiam entitatem difficile eſſet euadere argumentum.

Contra Maurit. Sed certè iſta non eſt præciſa, & propria ratio, quare aliquid habeat vnicum modũ prædicandi, quia quicquid diceret tertiam entitatem haberet vnum modum prædicandi, & ita totum phyſicum cum dicat tertiã entitatem, & definitio ſi diceret tertiam entitatem, haberent vnum modum prædicandi proprium, quod eſt falſum. Concedo tamen. quod dicere tertiam entitatem, vel potius dicere entitatem per ſe vnam, eſt ratio prærequiſita ad habendum vnum modum prædicandi.

Reſpon. auctoris. Aliter igitur dico, quod ſicut totum, vt tale non poteſt habere rationem potentiæ vel actus, quia hoc non conuenit toto, ſed parti: pars tamen eſſentialis metaphy. vt talis habet vel rationem potentiæ, vel rationem actus, & nulla eadem pars poteſt ſimul ac reſpectu eiuſdem habere rationem potentiæ, & actus.

Quare ſpẽs hẽt unũ modũ pdicãdi, nõ aũt definitio. Ita totum vt tale reſpectu nullius poteſt habere, modum ſubſtantis vel denominantis, nec ex conſequenti poteſt habere aliquẽ vnum modum prædicandi: cum autem quælibet pars eſſentialis vt talis pars habeat modum ſubſtantis, vel modum denominantis, & nulla eadem pars reſpectu eiuſdem ſe habeat per modum ſubſtantis, ac per modum denominantis: ideo nulla eadem pars poteſt prædicari in quid & in quale, ſed quælibet habet vnum tantum modum prædicandi: prædicari enim in quid eſt prædicari per modum ſubſtantis, ſeu per ſe ſtantis, & prædicari in quale eſt prædicari per modum denominantis, ſpecies igitur cum dicat partem indiuiduorum quæ habet modum per ſe ſtantis: ideo habet vnum modum prædicandi, qui eſt, prædicari in quid: definitio autem, vel dicat tertiam entitatem, vel non, cum non importet partem ſpeciei, ſed totam ſpeciem, ideo reſpectu ſpeciei non poteſt habere aliquem vnum modum prædicandi. Ratione tamen partium habet duos modos prædicandi, ſcilicet in quid & in quale.

Sexto & vltimo argumentat̃, quæ ratio cum ſua reſponſione manifeſta eſt ſupra, quæſtio. 12.

QVÆSTIO XXII Vniuerſalium Scoti.

Vtrum iſta ſit vera, Plures homines ſunt vnus homo?

QVoniam Porphyrius ex his quæ dicit capitulo de ſpecie de coordinatione ac numero prædicamentorum, ſpecierum ſpecialiſſimarum, indiuiduorumque, infert duo corrolaria: in quorum ſecundo, declarando quare aſcendentibus ad generaliſſima neceſſe eſt colligere multitudinem, ait: ſpeciem eſſe collectiuam multorum in vnã naturam, & magis id quod genus eſt: propter quod infert participatione ſpeciei plures homines eſſe vnum hominem.

Ideo ne veritas hæc nos lateat, quærit Doctor notanter de veritate illius propoſitionis ſic abſolutè, quæ eſt plures homines ſunt vnus homo.

Ex his patet ordo huius quæſtionis ad præcedentem, prius enim inquirendum ac dilucidandum erat id quod per ſe, poſtea id quod per accidens dicitur in hoc capitulo de ſpecie. Quid nam ſit homo patet ſupra. quæſt. 16.

Vnitas ſic deſcribitur à Boetio de vnitate, & vno, eſt qua vnaquæque res eſt vna. Vnitas quid. Quæ deſcriptio datur per effectum, vt cõis eſt effectui cãæ formalis, finalis, & efficiẽtis. cõuenit. n. hęc deſcriptio vnitati intrinſecę ac ex-

ac extrinſecæ: ſciẽtia enim eſt una ratione obiecti, vnitate extrinſeca, vt ſtatim dicam, obiectum namque eſt quo, vt in ratione ef ficientis, vel in ratione finis, ſcientia eſt vna. Et hoc bene ponderabis, quia Mauritius vult hanc deſcriptionem eſſe ab effectu formali, & ly qua, tunc importaret tãtum cauſam formalem, & non efficiẽtem, vel finalem, quod non uidetur verum.

Maur. error.

Vnum quid.

Definitur etiam ſic communiter. Vnum eſt quod eſt indiuiſum a ſe, & diuiſum a quocunque alio. Vel melius ſic deſcriberetur, vnum eſt quod eſt indiſtinctum a ſe, & diſtinctum a quocunque alio. Nam vnitas conuenit Deo, & Angelis, quibus tamen non competit diuiſio (niſi large accipias diuiſionem, prout eſt eadem quod diſtinctio) eſt enim diuiſio propriè tãtum in corporalibus, diſtinctio verò tam in cor palibus, quam in ſpiritualibus. Propter quod dicit Henr. a Gandauo. quodlib. primo. quæſt. 1. Vnitatem in Deo de formali ſignificato dicere indiſtinctionem, & in creaturis indiuiſionem. Quod tamen dictum non reputo verum, quantum ad omnia.

Ex his igitur patet, vnitatem importare duplicem negationem, ſcilicet diſtinctionis a ſe, & identitatis cum alio, & in hoc cõueniunt communiter omnes. An verò formaliter, uel tantum conſecutiue unitas importet hanc duplicem negationem? In hoc Thomiſtæ diſcrepant a Scotiſtis. D. Thomas primæ prima parte. quæſt. 11. artic. 1. ait vnitatem non addere ſupra eſſe rẽ aliquam, ſed tantum duplicem negationẽ. Oppoſitum tamen huius habet videri. 4. meta. Vnitas enim importat indiuiſionem tantum conſecutiuè, & non formaliter, nam formaliter importat entitatem poſitiuam, in qua fundatur indiuiſio. Et ſic debemus intelligere Fran. de Mayr. 1. d. 8. q. 7. cum ait, vnitatem eſſe carentiam pluralitatis. Et Phil 4. met. tex. commẽ. 3. & 4. & 10. met. tex. com. 8. ac alibi, vbi uidetur uelle, vnum eſſe negationem, & priuationem diuiſionis. Vide iſtum 4. met. in expoſitione tex. 4 Iuxtaque hoc exponenda eſt hoc modo deſcriptio quæ communiter datur de vno. Vnum eſt quod intrinſecè, & formaliter, vel extrinſeca denominatione, dicitur indiſtinctum a ſe, & diſtinctum ab alio, ratione entitatis poſitiuę, ad quam ſequitẽ hæc duplex negatio, per quam circũloquimur illam entitatem poſitiuam. Et ideo bene dicit Mauritius quod hęc deſcriptio eſt circumlocutiua, & accidentalis, qa negationes illæ præſupponunt poſitiua.

Vnitas an formaliter importet duplicẽ negationẽ.

Exponitur Frã. & Phil.

Declaratur deſcõ vnius.

Vnum eſt duplex quoddam eſt vnum vnitate extrinſeca, quoddam eſt vnum vnitate intrinſeca. Vnum primo modo eſt id in quo non eſt illud quo dicitur ſic vnum. Vnum verò ſecundo modo eſt id in quo eſt illud quo dicitur ſic vnum. Vnitas extrinſeca eſt duplex, quædam eſt obiectiua, & illa ſunt vnum hac vnitate quæ habent idem obiectum, vnde eo modo quo obiectum eſt vnum, eodem modo ſcientia dr̃ vna, quia ſi obiectum eſt vnũ genere, ſciã erit una genere, ſi ſpecie, ſpecie, ſi numero, numero. Quædã eſt vnitiua. Illa verò dicũtur vnum vnitiuè, quorum uoluntates in idem concurrunt. Et ſic poteſt fortè intelligi illud Pauli primæ ad Corin. cap. 6. Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur. Vnitas intrinſeca eſt duplex, quædam per ſe, quædam per accidens. Vnitas per ſe poteſt ſubdiuidi in phyſicam mathe. meta, & logicam. Illud eſt vnum phyſicè cuius motus eſt vnus: & quia motus poteſt eſſe vnus, vel genere, vel ſpecie, vel numero: ideo aliquid poteſt dici vnum phyſicè, vel genere, vel ſpecie, vel numero: id cuius motus eſt vnus numero eſt per ſe, & ſimpliciter vnũ, vt dicit Philoſophus 5. Phy. tex. comm. 35. dicit Auerroes, quod ad hoc, vt motus ſit vnus numero, neceſſe eſt vt res mota ſit vna numero per ſe, non per accidens, quoniam ſi eſſet una per accidens, tunc poſſet moueri duobus motibus ſimul in eodem tempore, vt ſortes albus poteſt nigreſieri ſecundum quod albus, & ambulare ſecundum quod ſortes. Vnum mathe. eſt principium numeri de genere quantitatis, & ſic deſcribitur. Eſt ens alteri non aggregatum. Vnum metaphy. eſt principium numeri tranſcendentis, & hoc conuertitur cum ente, quodlibet enim vnum eſt principium alicuius numeri. Vnum quod conuertitur cum ente eſt duplex, nam quoddam eſt ſimpliciter conuertibile cum ente, & hoc eſt paſſio ſimplex entis: & hoc modo multitudo eſt vnum, ſicut eſt ens.

Vnum quotup.

Vnitas extrinſeca dupl.

vnitas p ſe tripl. vnũ phyſicè q̃d.

vnũ q̃d conuertitur cũ ente duplex.

Quod-

ſignificatur per iſtas dictiones, ergo iſta ꝓpoſitio plures homines, &c. eſt falſa. Maior patet ſup. q. 16.

Similiter minor patet, nam homo, & homines idem ſignificant; differunt tamē quantum ad modum ſignificandi grammaticalem, qui modi ſignificandi ſunt plurale, & ſingulare: ſicut enim iſta eſt falſa homo albus eſt homo niger propter oppoſitionem illorum modorum, ſcilicet albi, & nigri, ita iſta uidetur falſa, homo eſt homines, & è conuerſo propter oppoſitionē modorum ſignificandi.

Doctor reſpondendo ad quęſtionem ponit quandam diuiſionem de vno, iuxta, cu us diuiſionis, ac ſubdiuiſionis membra ponit tres concluſiones reſponſiuas ad hāc quæſtionem. Pro cuius diuiſionis intellectu duo ſunt notanda.

Primo quod terminorum, quidam eſt categorematicus, quidam ſyncategorematicus, & quidam mixtus. Terminus categorematicus eſt qui tam per ſe, quam cum alio poſitus aliquid, vel aliqua, naturaliter propriè, vel ex impoſitione præciſe ſignificat.

Dicitur aliquid propter nomina propriæ qualitatis, & aliqua propter nomina collectiua, quæ præcisè ſignificant aliqua, vt ſunt turba, gens, populus, & ſimilia. Dicebatur naturaliter propriè, &c. propter terminos mentales, qui ſignificant naturaliter: termini autem uocales, & ſcripti ſignificant ex impoſitione.

Terminus ſyncategorematus eſt, q̄ nec per ſe, nec cum alio ſignificat aliquid, uel aliqua, ſed aliqualiter ſolum. Significare autem aliqualiter eſt denotare categorema cui additur, vel categoremata inter q̄ ponitur, taliter, vel taliter accipi, taliter, vel taliter ſe habere. Sunt enim ſyncategoremata diſpoſitiones ſubiecti in comparatione ad prędicatum, uel è conuerſo.

Terminus ſyncategorematicus q̄d. Significare aliqualiter quid.

Terminus mixtus eſt, qui in ſua totali ſignificatione includit terminum categorematicum, & ſyncategorimaticum; vel eſt qui ſignificat aliquid, uel aliqua ratione vnius partis, & aliqualiter ratione alterius, vt nihil, nemo, & ſimiles termini.

Terminus mixtus q̄d.

Quomodo vlterius aliqua vox poteſt dici categorematica, vel ſyncategorematica tripliciter, vide Tataretum primo Perih q. de definitione nominis & verbi, articu. 1. ſciendo. 2.

Secundo notandum, quod vnus poteſt accipi, vel ſubſtantiuè, & ſic eſt purū categorema, vel aduerbialiter, & ſic eſt purū ſyncategorema, uel adiectiuè, & ſic partim eſt categorema, & partim ſyncategorema.

Ibi. Ad quęſtionem, &c. Reſpondet ad quęſtionem, & dicit, quod unus poteſt accipi categorematicè, & ſic ſignificat differentiam (ideſt paſſionem diſiunctam) entis; & ſic de eo loquitur Ariſt. 5. meta. cap. de uno, & 4. metaphyſi. tex. Commen. 3. & inde.

Et tunc diuiditur ab Ariſt. ibidem quinto metaph. in multos modos. Vltimo autē in capitulo de vno. tex. Comment. 12. ponuntur quatuor modi, ad quos omnes prę cedentes reducuntur, ſ. vnum numero, vnū ſpecie, vnum genere, & unum proportione.

Vnum dupliciter.

Notanda ſunt duo Primo quod doctor hic ſpecialiter loquitur de vno, vt eſt paſſio diſiuncta entis, & non vt eſt paſſio ſimplex: quod patet ex eo quod dicit, vnum ſ. ſignificare differentiam entis. Et de hoc ēt vno videtur Philoſophum loqui. 4. meta. tex. Commen. 4 quia vnum, cui opponitur pluralitas: eſt paſſio diſiuncta.

Vnum ſp importat priuationem: nō multitudinis, ſꝫ diuiſionis.

Notandum ſecundo quodlibet vnum ſemper importare priuationem, non multitudinis, quia cum priuatio ſit poſterior habitu, vnum eſſet poſterius multitudine, quod eſt falſum, quia vnum eſt principium multitudinis: importat igitur priuationē diuiſionis, non quidem quantitatiuę, cum iſta ſit determinati generis, ſed diuiſionis formalis, ſeu diſtinctionis.

Prima concluſio huius q.

Ibi Si vnum categorematicum, &c. Reſpondet ad q. ponendo primam concluſionem, quæ eſt, quod ſi vnum categorematicum ſe habet æquiuoce ad hæc quatuor. ſ ad vnum numero, ſpecie, genere, & proportione, tunc diſtinguenda eſt propoſitio penes æquiuocationem vnius. Aequiuocē. n. interrogationes ſunt diſtinguendæ, quando datur reſponſio talibus interrogationibus. ſe primo metaphyſic. Comment. 36. & primo cœli. text. Commen. 100. & in libro Elenchorum.

Loquendo igitur de uno ſpecie, genere, & proportione, propoſitio eſt vera, quod ſcilicet plures homines ſunt vnus homo: loquendo verò de vno numero, propoſitio eſt falſa, ut probant rationes ad oppoſitum.

Ibi. Si autem ſicut, &c. Declarat quod dicendum eſt ad quęſtionem, tenendo vnũ categorematicum ſe habere ad hæc quatuor, vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid. Et duo facit. Primo oſtendit, potius tenendum eſſe, ipſum vnum ſe habere ad hæc quatuor vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid, quam eſſe ęquiuocum. Secundo facit quod dictum eſt.

Primum ergo oſtendit ex dictis Ariſt. 5. metaph. tex. Commen. 12. vbi ponendo ordinem, & habitudinem inter iſtos modos vnius dicit, quod ad vnum numero ſequitur vnum ſpecie, & vlterius genere, & proportione, & non è conuerſo, quia non ſequitur, ſunt vnum genere, ergo unum ſpecie, nam homo, & aſinus ſunt vnum genere, non tamen ſunt vnum ſpecie, cũ ſint diuerſarum ſpecierum.

Ibi. Quaſi ſit minor, &c. Doctor reddit rationem huius ordinis, quem ponit Philoſophus inter has vnitates. Dicitque quod hoc ideo vult Philoſophus (quod ſ. vnitas naturalis inferat alias unitates, & non e conuerſo) quaſi ſit minor ratio vnitatis in uno ſpecie, quam numero: & genere, quam ſpecie. Et ſi hoc eſt uerum, ſequitur vnum eſſe analogum ad iſta, quia per prius dicitur de uno numero, quam de vno ſpecie: vnde vnum ſe habet ad iſta, vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid. Vlterius etiam ſequitur, vnum non eſſe ęquiuocum ad iſta, quia hic eſt conſequentia, at in æquiuocis non eſt conſequentia.

dubium notabile Hic eſt difficultas: videtur enim, quod iſti duo modi dicendi coincidant, quia ponere vnum ſe habere ad vnum numero, ſpecie, & genere vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid, eſt ponere unum eſſe ęquiuocum, ſed ſecundus modus dicendi ponit vnum ſe habere ad iſta, ut ad ſimpliciter, & ad ſecundum quid, igitur ſecundus modus dicendi ponit vnum eſſe ęquiuocum, & ex conſequenti non differt a primo modo dicendi.

Aſſumptum probatur, quia quicquid ſe habet ad aliqua, vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid, eſt æquiuocum ad illa, igitur ponere vnum ſe habere ad iſta, vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid, eſt ponere vnũ eſſe æquiuocum.

Antecedens probatur, tum quia ille eſt ſecundus modus æquiuocationis, ut patet primo Elench. Tum quia ei quod eſt ſimpliciter tale, & ei quod eſt ſecundum quid tale, nihil datur commune vniuocum, ut dicit doctor, primo. diſtinctione 29

Reſpondeo, & dico, quod ſi ſecundus modus dicendi ponat vnum eſſe vniuocũ analogum ad iſta, patet quod iſti modi dicendi non concidunt, & tunc reſpondendum eſt ad rationem probantem ipſum non eſſe uniuocum, eo modo quo infra dicam. Si autem ponat ipſum vnum eſſe æquiuocum, adhuc tamen differunt, quia primus modus dicendi ponit vnum eſſe ęquiuocum a caſu: & ſecundus modus ponit eſſe æquiuocum a conſilio, ſeu æquiuocum analogum. Reſpon.

Sed quid dicendum eſt de uno, eſt ne æquiuocum, vel vniuocum ad vnum numero, ſpecie, & genere? Videtur quod ſit æquiuocum ex rationibus ſupra poſitis, nã cum vnum ſe habeat ad vnum numero, ſpecie, & genere, ut ad ſimpliciter, & ad ſecundum quid, & quodlibet tale ſit ęquiuocum, vt probatum fuit, igitur vnum erit æquiuocum ad iſta. Item vniuocata non poſſunt de ſe inuicem prędicari, nec vnũ infert aliud, quia non ſequitur eſt album, ergo eſt nigrum, ſed hæc inferunt ſe inuicem. quia ſequitur eſt vnum numero, ergo eſt vnum ſpecie, igitur &c. Item ſi vnũ non eſſet ęquiuocum ad iſta, tunc ſequeretur quod vnitas numeralis eſſet vnitas ſpecifica, quod tamen eſt falſum. Item analogum quod determinatur ad ſignificatum minus principale per dictionem diſtrahentem eſt æquiuocum, ut ex infra dicendis erit manifeſtum, ſed unum determinatur ad vnum ſpecie, & genere per dictionẽ diſtrahentem, ut dicit doctor infra quę 27. ergo &c. vnũ an ſit æqui uocum, vel vniuocũ ad vnũ numero, ſpẽ, & genere.

Ad oppoſitum eſt doctor ubi ſupra, vbi vult, vnum non eſſe æquiuocum, quia tũc ſuum oppoſitum, ſcilicet multum (cum ſibi Ad poſitũ.

bi

bi omnimodè opponatur, eſſet ęquiuocū, quod tamen ibidem dicit eſſe falſum, nam plura eſt vniuocum ad plura ſpecie, & ad plura numero. Item in ęquiuocis non eſt conſequentia. ſed hic eſt conſequentia, vt patet. ex Philoſopho, quinto metaphy. ergo &c.

Reſp. ad hāc diffi cultatē. Ad hanc difficultatem dico, quod cum argumēta pro vtraque parte ſolui poſſint, ideo tenere poſſumus quodcunque nobis placet. Vel dicamus vnum neque eſſe vniuocum, neque æquiuocum, ſed analogum, mediat enim analogum inter æquiuocum & vniuocum, vt quibuſdam placet, quos videtur doctorem inſequi hic, & infra q. 27. declarando quomodo unum ſe habeat ad iſta: ſæpe enim iſte vir antequam aliquod dubium ſit determinatum inſequitur communem modum dicendi.

Reſp. ad arg. huius dub. Si ergo volumus tenere vnum eſſe vniuocum analogum, dicendum eſt ad id quod primo obiiciebatur. Quod ſicut ſimpliciter poteſt accipi multipliciter, & eſt nomen æquiuocum, ita quoque ſecundum quid eſt nomen æquiuocum. Quandoque enim accipitur ſimpliciter pro ut idem eſt, quod vniuerſaliter, vt dicit Commen. 2. phyſico. Commen. 61. & in hoc ſenſu plerunque ſumitur apud Philoſophum. Alio modò accipitur, vt diſtinguitur contra ſecundum quid, ſeu minus principaliter tale, & hoc modo accipitur primo phyſico. text. Comment. ſexageſimoſecundo. & 1. de generatione, text. Commento decimoſeptimo. vbi Philoſophus vult quod tranſmutatio in ſubſtantia ſit tranſmutatio ſimpliciter, traſmutatio verò in accidentibus ſit tranſmutatio ſecundum quid. Hāc que diſtinctionem quantum ad hęc duo membra habes in Scoto, quarto diſt. vndecima, q. 3. Quandoque etiam accipitur vt idem eſt quod ſine addito, vt 2. Topic.

Simplr. accipiē multipl.

Quandoque etiam ſumitur vt idem eſt quod per ſe, & ſic diſtinguitur contra per accidens: quemadmodum ſumitur primo phyſic. text. Comment. ſeptuageſimoquinto, vbi dicit Philoſophus. Nos autem, & ipſi dicimus nihil fieri ſimpliciter ex eo quod non eſt, ſed ſecundum accidens. Multos alios modos accipiendi ſimpliciter relinquo breuitatis cauſa.

Ita etiam per oppoſitum poteſt accipi ſecundum quid multipliciter, nam aliquando accipitur ut diſtinguitur contra vniuerſaliter, & ſic dicimus nullam creaturam eſſe perfectam ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid, quia in nulla creatura reperitur vniuerſaliter omnis perfectio. Aliquando ſumitur pro poſteriori naturaliter, ſeu minus principaliter tali, & hoc modo accidens dicitur ens ſecūdum quid: quia eſt poſterius naturaliter ipſa ſubſtantia, & ens minus principale. Aliquando ſumitur vt idem eſt quod cum addito, & ſic dicimus hominem mortuum eſſe hominem ſecundum quid Aliquando etiam accipitur ut diſtinguitur contra per ſe, & ſic quod eſt tale per accidens, dicitur eſſe tale ſecundum quid.

ſm quid multipl.

Hac ſuppoſita diſtinctione dico, quod ei quod eſt ſimpliciter tale, & ſecundum quid tale primo modo, eſt aliquid commune vniuocum. Deus enim eſt ſimpliciter perfectus, & creatura ſecundum quid perfecta, & tamen Deo, & creaturæ ens eſt vniuocum. Ei etiam quod eſt ſimpliciter, & ſecundum quid tale ſecundo modo eſt aliquid commune vniuocum, vt patet de ſubſtantia, & accidente, de qua ens dicitur vniuocè.

Ei verò quod eſt ſimpliciter tale, ideſt ſine addito, & ei quod eſt ſecundum quid tale, ideſt cum addito propriè diſtrahente, nihil eſt commune vniuocum, vt patet de homine, & de homine mortuo.

Quod igitur ſe habet ad aliqua, vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid primo, vel ſecundo modo, non eſt æquiuocum: quod autem ſe habet ad aliqua, ut ad ſimpliciter, & ſecundum quid tertio modo, illud eſt æquiuocum, eſt enim ſecundus modus æquiuocationis. Modo vnum ſe habet ad unum numero, ad unum ſpecie, & ad vnum genere, ut ad ſimpliciter, & ſecundum quid, ſumendo ſimpliciter, & ſecundum quid ſecundo modo, quia vnum numero dicitur unum principaliter, & unum ſpecie, & genere dicitur vnum minus principaliter: non ergo vnum erit ęquiuocum ad iſta.

Et cum probatur vlterius per doctorē, 1. diſt. 29. nihil eſſe commune uniuocum ei quod

quod eſt ſimpliciter tale, & ei quod eſt ſecundum quid tale.

Dico quòd doctor loquitur de eo quod eſt ſimpliciter tale, & ſecundum quid tale tertio modo. Vel aliter poſſumus dicere, quod aliqua duo poſſunt dici talia ſimpliciter, vel ſecundum quid, aut in comparatione ad aliqđ tertiũ cõe eis, aut in cõparatione vnius ad alterum. Illis quæ ſic ſe habent quod vnum dicitur ſimpliciter tale, & aliud ſecundum quid tale primo modo, (vt ſortes in comparatione ad hominem eſt ſimpliciter homo, & ſortes pictus in comparatione ad hominem eſt homo ſecundum quid) nihil eſt commune vniuocum, & hoc modo poteſt intelligi doctor, vbi ſupra. Illis autem quę ſic ſe habent qđ vnum dicitur tale ſimpliciter, & aliud ſecundum quid ſecundo modo, poteſt eſſe aliquid commune vniuocum. Modo autẽ ſpecie, & genere dicitur vnum ſimpliciter in comparatione ad vnum in communi, at in comparatione ad vnum numero, dicitur vnum ſecundum quid. Ad aliud de vniuocatis dico, illud eſſe verum de vniuocatis diſparatis, quæ eidem conuenire, pro eodem ſupponere nequeunt, at unum numero, ſpecie, & genere eidem conuenire, ac pro eodem ſupponere poſſunt, ſortes enim eſt vnum numero, vnum ſpecie, & & vnum genere. Ad aliud patet quod non valet conſequentia, ſicut nec etiam ſequitur, ſi animal pręḍicaretur vniuocè de homine, quod humanitas eſſet, animalitas. Ad vltimum dico, quod determinatio diſtrahens poteſt accipi dupliciter. Vno modo largè, alio modo ſtrictè.

Aliquid pōt dici tale ſimpliciter, vel ſm quid dupliciter.

Determinatio diſtrahēs dupliciter.

Primo modo accipitur pro qualibet dictione, ſeu determinatione, quæ facit ſtare terminum cui additur pro ſignificato minus principali, vel ponat oppoſitum, uel non ponat oppoſitum ſignificatum illius termini.

Secundo modo accipitur pro determinatione, quæ ponit oppoſitum ſignificati illius termini cui additur. Et quod eſt determinatio diſtrahens ſecundo modo, repugnat quod ſit determinatio contrahēs: vnde ly mortuus reſpectu hominis eſt tantum determinatio diſtrahens, & non contrahens. Et autem quod eſt determinatio diſtrahens primo modo, non repugnat, ut ſit determinatio contrahens; vnde cum ens diuiditur in ens per ſe, & in ens in alio, ly in alio poteſt dici determinatio diſtrahēs, quia determinat ens ad ſtandum pro accidente, quod minus principaliter eſt ens, nã accidens non eſt ens, niſi quia taliter entis. ſeptimo metaphy. tex. comment. ſecundo. Hoc ſuppoſito dico, quod cum dicimus vnum ſpecie, & vnum genere, ly ſpecie, & genere ſunt determinationes diſtrahentes primo modo, & ſic intelligitur doctor. q. 27.

Quod ſi obijcias, quia doctor dicit, ꝙ ly ſpecie, & genere ſunt determinationes diſtrahentes reſpectu vnius, ſicut ly mortuus eſt determinatio diſtrahens reſpectu hominis. Dico illud exemplum doctoris eſſe ad propoſitum ſuum, inquantum ly mortuus facit ſtare hominem pro ſignificato minus principali, & non inquantum ponit oppoſitum ſignificati ipſius hominis.

obiectio

Reſpon.

Si autem volumus tenere vnum eſſe æquiuocum analogum, poſſumus dicere ad id quod primo obiicebatur, quod doctor infra negat unum eſſe æquiuocum a caſu, quod æquè primo importat ſua ſignificata. Ad aliud poteſt dici quod in ęquiuocis non eſt conſequentia, quæ tenetat propter formalem continentiam: poteſt tamẽ eſſe conſequentia, quæ tenet propter generalem concomitantiam; unitas enim numeralis, ſpecifica, & generica concomitantur ſe neceſſario in eodem.

In ęquiuocis q̃uo eſt cõſequẽtia.

Si autem volumus tenere doctorem hic, & infra q. 27. loqui, ac ſi inter ęquiuocum, & vniuocum mediaret analogum, tunc facilis eſſet reſponſio ad omnia argumenta, pro vtraque parte, vnum enim nec eſt vniuocum, nec ęquiuocum ad iſta, ſed analogum. Hæcque de iſta difficultate dicta ſufficiant.

Ibi. Tunc dicendum eſt, &c. Ponit ſecundam concluſionem reſponſiuam ad quæſtionem, quę eſt. Quod ſi vnum categorematicum ſe habet ad hęc quatuor, vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid. Tunc iſta propoſitio (plures homines ſunt vnus homo) eſt falſa. Et ratio huius eſt, quia ſi analogo non additur aliqua determinatio cõtrahens ipſum ad ſignificatum minus principale, ſemper ſtat pro famoſiori, & principaliori ſignificato; cum igitur ad ly vnus; in

2. cõcluſio huius q.

in illa propoſitione poſitus, non addatur ly ſpecie, vel genere, quæ contrahunt ipſum vnum ad vnum ſecundum quid; ideo ly vnus ſtat pro vno ſimpliciter, quod eſt vnum numero. Et ita ſenſus illius propoſitionis eſſet, plures homines ſunt vnus homo numero: quod eſt manifeſtum falſum.

Ibi. Aliter ſumitur, &c. Ponit ſecundum membrum diuiſionis vnius, quod eſt ſumendo vnum ſyncategorematicè. Et primo declarat quod eſt unum hoc mõ ſumptum: deinde ponit concluſionem reſponſiuam ad quæſtionem. Quantum ad primum dicit, quod vnum ſyncategorematicum, ſeu ſyncategorematicè ſumptum, dicit modum intelligendi terminum pro ſuppoſito determinato, indeterminatè tamen.

Vnum ſyncategorematicũ q.d.

Notanda ſunt tria. Primo nullam eſſe contradictionem, quod aliquis terminus communis accipiatur pro ſuppoſito determinato, indeterminatè tamen; nam contradictio eſt eiuſdem, ad idem, & ſecundum idem, modo terminus communis indefinite ſumptus, uel cum ſigno particulari, non accipitur determinatè, & indeterminatè, quantum ad genus ſuppoſitionis, quaſi ſimul poſſit ſupponere determinatè, & confuſè: nec quantum ad uerificationem propoſitionis, quaſi propoſitio, in qua ponitur, poſſit eſſe uera, tam pro aliquo vno ſuppoſito determinatè, quam indeterminatè pro quolibet oppoſito Sed ly determinatè refertur ad genus ſuppoſitionis, quia talis terminus ſic ſumptus ſupponit determinate, ac etiam refertur ad verificationẽ propoſitionis, quia propoſitio in qua ponitur talis terminus non eſt vera, niſi pro aliquo vno ſuppoſito determinato. Vel dicamus quod ly determinato refertur ad verificationem propoſitionis, & ly indeterminatè refertur, non ad genus ſuppoſitionis, ſed ad modum ſupponendi. Pro quo ſciẽdum ex Petro Hiſpa. tract. 7. quod in iſtis propoſitionibus homo currit, iſte homo currit, ly homo in utraque illarum accipitur, ſeu ſupponit pro homine, tam currente, quam non currente, non tamen propoſitio eſt vera, niſi pro ſolo homine currente, & ita ly homo in illis propoſitionibus accipitur pro ſuppoſito determinato, quantum ad verificationem illarum propoſitionum, accipitur autem indeterminate quantum ad modum ſupponendi.

Idẽ terminus põt accipi determinatè, ac indeterminatè.

Secundo notandum quod ſyncategoremata dicuntur modi intelligendi, non quemadmodum intentiones ſecundæ dicuntur modi intelligendi; ſed quia cum ſint diſpoſitiones ſubiecti, & prędicati, diſponentes vnum in ordine ad aliud, dicuntur modi ſub quibus, vel per quos immutatur intellectus ad taliter, vel taliter capiendum conceptum: vt dicendo, omnis homo eſt animal, ly omnis denotat hominem accipi pro quolibet ſuo ſuppoſito.

Syncategoremata quomõ ſunt modi intelligẽdi

Tertio notandum, quod unum ſyncategorematicum quandoque eſt ſignum excluſiuum, excludens ab his, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, & tunc tantum ualet ſicut unicus: vt patet dicendo vnus homo currit: vbi ſenſus eſt aliquis homo currit, & plures homines non currunt. Quandoque eſt ſignum particulare, ſeu partitiuum, & idem valet quod quidam, ſeu aliquis. Et ſic ſumitur in principio primi Regum, vt dicitur. Fuit vir vnus de Ramathaim, ac etiam dicendo, vnus florum redolet. Nonnulli etiam putant quod quandoque ſit ſignum collectiuum, vt dicendo plura animalia ſunt vnum animal. Et ſciendum, quod quotieſcunque vnum ſumitur vt ſignum excluſiuum, vel particulare, ſeu partitiuũ, tunc ſemper denotat illud cui additur accipi ſecundum vnitatem numeralem.

Vnũ ſyncategorematicũ quod ſignum.

Si autem poteſt ſumi vt ſignum collectiuum, tunc denotat illud, cui additur accipi ſecundum vnitatem ſpeficam, vel genericam.

Sed an ſecundum veritatem vnum ſyncategorematicum ſit ſignum collectiuum, vel ne? Videtur dicendum quod non, nã ſignum collectiuum non facit terminum cui additur accipi pro ſuppoſito determinato indeterminatè, ſeu pro indiuiduo vago. Vt patet dicendo, omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim, vbi ly omnes accipitur collectiuè, & tamen ly Apoſtoli non ſumitur pro indiuiduo vago, quia aliter quidam Apoſtolus Dei eſſet duodecim: an vnum ſyncategorematicum facit terminum cui additur accipi pro indiuiduo uago, ut hic dicit doctor, ergo &c. Ex his litera Scoti ſic exponi poteſt.

Vnũ ſyncategorematicũ, an ſit ſignũ collectiuũ.

Lr̃a exponitur

Aliter

Aliter ſumitur vnum vt eſt ſyncategorematicum, & ſic dicit modum intelligendi terminum (ideſt ly homo, cui additur) pro ſuppoſito determinato (quantum ad verificationem propoſitionis indeterminatè tamen) quantum ad modum ſupponendi, quia ſupponit pro Socrate, pro Platone, ac pro cæteris hominibus.

3 cõcluſio huius q. Ibi. Et homo ſic ſumptus, &c. Ponit tertiam concluſionem reſponſiuam ad quæſtionem, quæ eſt quod ſumendo vnum ſyncategorematicè, adhuc propoſitio eſt falſa, quam concluſionem ponit ſub his uerbis. Et homo (ideſt in illa propoſitione plures hõies ſunt vnus homo) ly hõ ſic ſumptus pro ſuppoſito (determinato) non ineſt ſubiecto [ideſt non prædicatur verè, & affirmatiuè de ſubiecto, quod eſt ly plures homines] ideo ſic [ſcilicet ſumendo vnum ſyncategorematicè] propoſitio eſt falſa.

Ibi. Nihil enim, &c. Excludit quandam reſponſionem, & duo facit. Primo quod dictum eſt. Secundo reſpondet tacitæ obiectioni. Secundum ibi. Quia copulatio, &c. Poſſet enim quis reſpondendo dicere quod ly vnus homo, non accipitur pro vno ſuppoſito determinato. Hoc excludendo dicit doctor. Quod nihil eſt in ſubiecto virtute cuius poſſet vnus homo confundi. Pro huius literæ intellectu quatuor ſunt notanda.

Primo quod tunc terminus confunditur, quando accipitur indeterminatè, non quantum ad modum ſupponendi, ſed quantum ad verificationem propoſitionis: vnde ad veritatē propoſitionis in qua ponitur terminus confuſus, non ſufficit veritas pro uno ſuppoſito determinato illius termini, ſed requiritur veritas pro omnibus ſuppoſitis.

Secundo notandum, quod omnis confuſio fit neceſſitate ſigni, vel modi, & nulla fit neceſſitate rei, ut probat Petrus Hiſpanus, tract. 7. & hinc eſt quod nunquam terminus ſupponit confuſè, niſi addatur ſignum aliquod per quod confundatur.

Signorũ cõfũdentium diuiſio. Tertio notandum quod ſignorum, quæ confundunt terminum communiter ſupponentem, quædam confundunt terminũ immediatè ſequentem, quædam vero confundunt terminum mediatè ſequentem ipſum ſignum. Exemplum primi eſt dicendo omnis homo currit, nullus homo currit, vbi ly omnis confundit hominem cui immediatè additur. Exemplum ſecundi eſt dicendo, tantum homo eſt animal, vbi ly tantum confundit animal cui mediatè additur, nam ly tantum ponitur a parte ſubiecti, & animal a parte prædicati.

Signorum vero, quæ confundunt terminum mediate ſequentem, ac communiter ſupponentem, quædam ſimul confundũt, ac diſtribuunt ipſum terminum, quædam autem tantum confundunt. Quæ ſimul confundunt, & diſtribuunt terminum mediatè ſequentem, ſeu prædicatum, quod eſt terminus communiter ſupponens, ſunt dictiones excluſiuæ, expoſitæ gratia alietatis, ut patet dicendo, tantum homo eſt animal: vbi ly animal diſtribuitur. Sciendum etiam, quod iſtæ dictiones excluſiuæ non confundunt, & diſtribuunt ſimul terminum immediatè ſequentem, ſed ſolummodo illum confundunt diſiunctim, vt patet dicendo tantum animal eſt homo, vbi ly animal confunditur diſiunctim. Vlterius dico, quod inter ſigna, quæ confundunt, & non diſtribuunt terminum mediatè ſequentem.

Alia confundunt diſiunctim, ut eſt de ſigno vniuerſali affirmatiuo, non impedito, quod non eſt pars extremi, tale enim ſignum confundit terminum mediatè ſequentem, ac communiter ſupponentem, dummodo non ſit relatiuum reciprocum: vt patet dicendo omnis homo eſt animal, vbi ly animal ſupponit confuſè tantum diſiunctim.

Et nota quod dico, quod non eſt pars extremi, quoniā ſignum vniuerſale, ſiue affirmatiuum, ſiue negatiuum non habet virtutem vltra terminum cui immediatè additur, quando eſt pars extremi, vt patet dicendo, aſinus cuiuslibet hominis eſt animal, aſinus nullius hominis eſt animal, ubi ly animal ſtat utrobique determinatè.

Dico etiam communiter ſupponentem, quia ſi terminus non ſupponeret, non confunderetur per tale ſignum, ut patet dicendo omnis homo eſt chimera. Dico etiam dummodo non ſit relatiuum reciprocum, quia relatiuum reciprocum

ſemper

ſemper ſupponit, ſicut ſuum antecedens: ut patet dicendo omnis homo diligit ſe, ubi ly ſe diſtribuitur, ſicut ly homo.

Alia ſunt ſigna, quæ confundunt tantum copulatim terminum mediatè ſequentem, vt ſunt dictiones excluſiuæ ex ofitæ, gratia pluralitatis: vt cum dicimus, tantum quinque eſſe vniuerſalia, ubi ly vniuerſalia ſupponit confuſè tantum copulatim. Quod ſi obiicias, quia ſub prędicato ſtante confuſè tantum non licet deſcendere, ut dicit Scotus, quęſtione prima, prologi, quod non uidetur verum ſi talia ſigna confundunt diſiunctim, vel copulatim.

Sub pdi cato ſup po ête cõfuſe tm̃ quo põt fieri deſcẽſus. Dico quod ſub prędicato ſupponente confuſe tantum non poteſt fieri deſcenſus copulatiuus, nec diſiunctiuus, poteſt tamen fieri deſcenſus copulatus, uel diſiunctus, vnde ſi prædicatum ſupponit confuſè tantum diſiunctim, poteſt fieri deſcenſus diſiunctus: Si autem ſupponit confuſè copulatim, poteſt fieri deſcenſus copulatus, pro quibus deſcenſibus, vide Tartaretum in ſummulas Petri Hiſpan. tractatu ſeptimo, & ex his patet quid dicendum eſt ad Scotum.

Notandum quarto quod in hac propoſitione, plures homines ſunt vnus homo, ly homo nullo modo confunditur, quia nec confunditur neceſſitate rei, cum nihil poſſit ſic confundi, vt hic ſupponit doctor: nec confunditur neceſſitate ſigni, quia in ſubiecto non ponitur aliquod ſignum vniuerſale, nec aliqua dictio excluſiua, uirtute cuius aliquo modo confundatur, & ex his patet litera doctoris.

Rñdet tacitę obiectiõi. Ibi. Quia copulatio, &cæt. Reſpondet cuidam tacitæ obiectioni: poſſet enim quis dicere, quod ly vnus homo confunditur virtute copulationis ſubintellectæ in ſubiecto: cum enim plurale æquipollcat ſingulari geminato, ſeu duplicato per illam coniunctionem, &, vel per aliam huiuſmodi, vt dicendo homines currunt æquipollet huic, iſte homo, & iſte homo currunt: ac in iſta propoſitione, plures homines ſunt vnus homo, ponatur plurale a parte ſubiecti, ideo a parte ſubiecti ponitur ſaltem virtualiter copulatio, virtute cuius confunditur prędicatum, ſcilicet ly vnus homo.

Reſpondet negando quod copulatio poſita a parte ſubiecti confundat prædicatum. Copulatio non confunditur.

Quod probat, nam aliter ſequeretur quod quatuor eſſent duo, quod eſt manifeſtum falſum.

Conſequentia ſic deducitur, ſi copulatio poſita in ſubiecto confundit prædicatum, ergo hæc eſt vera in ſenſu compoſito duo, & duo ſunt duo, quia tunc ly duo in prædicato poteſt accipi pro diuerſis duobus, ſed in eodem ſenſu compoſito hęc eſt vera duo, & duo ſunt quatuor, igitur quatuor erunt duo, quod cum ſit impoſſibile, dicendum eſt alteram præmiſſarum eſſe falſam in ſenſu compoſito, in quo inferunt illæ prę miſſę talem concluſionem, ſed minor non eſt falſa, ut patet, igitur maior erit falſa, quod tamen non eſſet dicendum ſi copulatio confunderet.

Notandum quod copulatio poteſt accipi tripliciter. Vno modo vt eſt proprietas termini adiectiui copulantis ſe ſuo ſubſtantiuo, quæ ſic definitur a Petro Hiſpa. tractatu ſeptimo, eſt acceptio termini adiect ui pro aliquo. Secundo modo vt eſt actus copulæ verbalis, copulantis prędicatum cum ſubiecto. Copulatio tripliciter.

Tertio modo vt dicit actum copulæ, quæ eſt coniunctio; ſeu vt dicit ipſam met coniunctionem. Doctor hic accipit copulationem hoc vltimo modo.

Dubiũ. Contra illud dictum doctoris (quod ſcilicet in hac propoſitione, plures homines, &c. nihil eſt in ſubiecto virtute cuius poſſit confundi ly vnus homo) eſt difficultas, nam in ſubiecto illius propoſitionis ponitur comparatiuum, ſcilicet ly plures, at comparatiuus gradus con-

confundit, & diſtribuit terminum ſequentem, & hoc ratione negationis, quam nomina comparatiui gradus exponuntur, igitur ly vnus homo confunditur, & diſtribuitur virtute comparatiui poſiti in ſubiecto.

Compa ratiuum pōt accipi multipliciter.

Dico quod comparatiuum quandoque accipitur poſitiuè, & hoc aut ornatus gratia, ut apud rhetores, aut ex communi modo loquendi, vt apud dialecticos.

Quandoque accipitur partitiuè loco ſuperlatiui, & ſic regit genitiuum caſum, vt ſortes eſt doctior hominum. Quandoque capitur comparatiuè. Quando comparatiuum ſumitur poſitiuè, tunc nec confundit, nec diſtribuit terminum ſequentem, quia tunc non exponitur per negationem, cum igitur ly plures accipiatur poſitiuè, ideo nec confundere, nec diſtribuere poteſt.

Comparatiuum qñ non confundit, ac diſtribuit terminū ſequētē.

Imo dato etiam quod ly plures ſumatur comparatiuè, non tamen adhuc ſequitur quod ly vnus homo confundatur, quia comparatiuum comparatiuè tantum ſolummodo diſtribuit terminum communiter ſupponentem, ac rectum ab eo ex ui comparationis: eſt autem talis terminus rectus a comparatiuo ex vi comparationis, ablatiuus ſequens ipſum comparatiuum, ac terminans comparationem, vt dicendo, leo eſt fortior homine, ly homine diſtribuitur, quia terminat comparationem.

At dicendo ſortes eſt albior platone albedine, ly albedine non diſtribuitur, quia non terminat comparationem, ſeu non regitur a comparatiuo ex vi comparationis, quod idem eſt: & ex hoc ſequitur, quod comparatiuum non diſtribuit formam in qua, uel ſecundum quam fit comparatio.

Cum igitur ly vnus homo non regatur ab illo comparatiuo plures ex ui comparationis, ideo non eſt dicendum quod confundatur, ac diſtribuatur a tali comparatiuo.

Aut ergo ly plures ſumuntur poſitiuè, aut comparatiuè, ſemper dictum doctoris eſt verum, quod ſcilicet in illa propoſitione, plures homines &c. nihil ponit in ſubiecto, per quod confundatur prædicatum.

Ex his omnibus patet quod illa propoſitio eſt falſa, ſcilicet plures homines ſunt unus homo: niſi vnum ſit æquiuocum, & ſumatur pro uno ſpecie, genere, uel proportione. Quomodo autem propoſitio Porphyrii ſit vera manifeſtum erit reſpondendo ad primum principale.

Arguit pro parte falſa quatuor rationibus. Primo ſic, participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo, ergo plures homines ſunt vnus homo. 1. Argũ princip.

Antecedens eſt Porphyrii, ergo & conſequens. Probat conſequentiam tollendo inſtantiam, ſeu tacitam euaſionem. Conſequentia poteſt probari per locum a parte in modo ad ſuum totum: eſt enim regula generalis, quod arguendo a determinabili cum dictione non diminuente, nec diſtrahente ad ipſum determinabile præciſè ſumptum, ſine tali determinatione, ualet conſequentia, ſequitur enim eſt homo albus, ergo eſt homo.

Probat tamen doctor conſequentiam tollendo inſtantiam, poſſet enim quis dicere, quod non valet conſequentia propter fallaciam a ſecundum quid ad ſimpliciter, quia in antecedente ly vnus homo ſtat pro vnitate ſpecifica ad quam determinatur per ly participatione ſpeciei: in conſequente verò ſtat pro vnitate numerali, quæ ſimpliciter eſt vnitas.

Hanc inſtantiam excludendo, oſtendit ly participatione ſpeciei, non poſſe diminuere vnitatem poſitam in prædicato. Et ratio eſt, quia nihil diminuit ad alio, niſi ponatur ex parte eiuſdem extremi, quia quod ponitur in vno extremo non determinat, nec diminuit, illud quod ponitur in altero extremo, vt habet Doctor, tertio, diſtinctione vndecima, quæſtione tertia. at ly participatione

patione ſpeciei ponitur in antecedente a parte ſubiecti, non igitur diminuit vnitatem poſitam a parte prædicati, & ex conſequenti non erit fallacia a ſecũdum quid ad ſimpliciter.

Reſp. ad 1. princ.

Ad hoc argumentum, negat conſequentiam, nec eſt verum quod illa conſequentia teneat per locum a parte in modo ad ſuum totum, ſed eſt argumentari a poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis: quia vnitas ſpecifica ſe habet ut conſequens ad vnitatem numeralem, ut patet ex quinto metaphyſi. Etiam eſt argumentari a ſecundum quid ad ſimpliciter, quia vnitas ſpecifica eſt vnitas ſecundum quid, & vnitas numeralis eſt vnitas ſimpliciter, vt patet ex ſupra dictis.

Et cum probatur, quod in illo antecedente non ſumitur pro unitate ſpecifica, quia illa determinatio participatione ſpeciei ponitur a parte ſubiecti. Dicit doctor quod quamuis quantum ad ordinem ſcripturæ, ac uocalis expreſſionis illa determinatio ponatur a parte ſubiecti: tamen quantum ad conſtructionem, & ſententiam intellectualem ponitur a parte prædicati, de quo eſt intelligenda. Et tunc ſic eſt conſtruenda illa propoſitio, plures homines ſunt vnus homo participatione ſpeciei, ideſt in participando ſpeciem.

determinatio poſita in vno extremo quã do pōt determinare, & diminuere aliqd poſitum in altero extremo

Ex his patet, quomodo intelligenda eſt regula poſita a doctore hic, & 3. diſtinctione vndecima, quod ſcilicet determinatio poſita in vno extremo, nec determinat, nec diminuit quod ponitur in alio extremo: hoc enim eſt verum, quando illa determinatio ponitur in vno extremo conſtructiuè, & intellectualiter, tunc enim non poteſt determinare, nec diminuere quod eſt in altero extremo, in quo non ponitur intellectualiter, uel conſtructiuè, dato etiam quod in illo ponatur in ſcribendo, ſeu in proferendo.

An d'terminatio diminuens, & diſtrahens diminuat quod ponit in extremo

Sed hic eſt difficultas, non enim uidetur verum, quod determinatio diminuens diminuat id quod ponitur in extremo, cum quo conſtruitur, nam Doctor dicit in primo, diſtinctione trigeſimaſexta, quod diminutum reſpectu diminuentis non eſt diminutum, ſed reſpectu tertii, ad quod comparatur ipſum ſub determinatione diminuente, ſicut cum dico, iſte eſt albus ſecundum dentes, non diminuitur album, ſed accipitur pro albo ſimpliciter reſpectu huius determinationis, alioquin eſſet nugatio. Vt autem accipitur ſub iſta determinatione dicitur de tertio, ſcilicet de æthiope tanquam diminutum.

Hæc Scotus. Et hoc idem prius dicit de dictione diſtrahente. Vbi uidetur uelle, quod determinatio diminuens non diminuat, nec diſtrahens diſtrahat extremum cum quo conſtruitur: cuius tamen oppoſitum hic dictum fuit.

Reſpondeo per duo dicta. Primum eſt quod ſicut aliquid tunc dicitur diſtrahi, quando tollitur eius entitas, uel mutatur eius propria ſignificatio, ita ut oppoſitum inducatur. Sic proportionaliter loquendo, aliquid tunc dicitur diminui, quando non tollitur ſignificatum diminuti, ſed tantum aliqua eius pars, & non quæcunque, ſed maior pars.

Et dico notanter maior pars, quia ſi dicerem æthiopem eſſe album, non addendo dictionem diminuentem: tunc ſignificarem totum æthiopem, uel ſaltem partem eius principaliorem eſſe album. Si autem addo ly ſecundum dentes, indico minimam eius partem eſſe albam.

Diſtractũ, & diminutũ reſpũ cuius dr diſtractũ, & diminutum.

Secundum dictum eſt, quod ſicut diſtractum non eſt diſtractum reſpectu diſtrahentis, ut dicit doctor vbi ſupra: quia dicendo homo mortuus, ly homo non mutat ſuam propriam ſignificationem: imo ponit ueram naturam reſpectu ly mortuus, ſed bene dicitur diſtractum reſpectu tertii, homo enim dicitur diſtractus reſpectu cadaueris, de quo dicitur homo mortuus, quia homo ſecundum ſuam propriam rationem, ac ſignificationem non dicitur de cadauere.

Ita dicendum eſt quod diminutum

reſpectu diminuentis non eſt diminutum, ſed reſpectu tertii, puta reſpectu æthiopis.

Ex quo ſequitur quod determinatio cam diſtrahens, quam diminuens extremum cum quo conſtruitur, non diſtrahit, uel diminuit illud extremum in ſe, ſed tantum reſpectu tertij, de quo dicitur, & ſic intelligendum eſt id, quod ſupra diximus.

2. Argũ princip. Secundo principaliter arguitur ſic. Quando aliquid ſe habet ad aliqua, vt ad ſimpliciter, & ad ſecundum quid, ſi addatur ſibi aliquid determinans ad ſecundum quid, ſtat tantum pro illo: ſed ly vnus ſe habet ad vnum numero, vt ad unum ſimpliciter, & ad unum ſpecie, vt ad vnum ſecundum quid; & in illa propoſitione, plures homines, &cæt. additur ſibi aliquid per quod determinatur ad vnum ſecundum quid, quia additur ſibi nomen ſpeciei, puta homo, ergo in illa propoſitione ſtat pro vnitate ſpeciei, & ſic illa propoſitio eſt vera; ergo eſt ſimpliciter vera; ideſt, eſt vera ſine illa determinatione: participatione ſpeciei.

Reſp. ad princip. Reſponſio eſt negando quod in illa propoſitione plures homines, &c. addatur aliquid per quod determinatur vnum ad vnum ſpecie. Et cum probatur quia determinatur per ly homo. Dicendum hoc non eſſe uerum, nam ly homo ſe habet, ut determinabile, & non ut determinatio, reſpectu vnius; modo nullum determinabile poteſt contrahere determinationem ad ſecundum quid, igitur nec homo poteſt contrahere vnum ad vnum ſpecie addendo hominem ad vnum. Doctor in litera tria facit.

Primò ponit quandam propoſitionem, per quam poſſumus reſpondere argumento. Secundò declarat, quando illa propoſitio eſt maximè vera. Tertiò declarat quomodo aliquando eſt falſa. Secundum ibi. Maximè non ad &cæt. Tertium ibi. Licet aliquando, &cæt.

determinabile. Propoſitio eſt, quod determinabile non contrahit determinationem, quod uerum eſt naturaliter, & propriè loquendo: quia quod naturaliter, & propriè contrahit aliud, eſt poſterius illo, igitur cum determinabile ſit naturaliter, & propriè prius determinatione, non poteſt contrahere naturaliter, & propriè ipſam determinationem. nõ cõtrahit determinatio nem.

Confirmatur: nam quod eſt determinabile ſe habet vt ſubſtantiuum, & determinatio vt adiectiuum, at ſubſtantiuum eſt prius adiectiuo.

Cum igitur vnum ſit determinatio, vel determinans, ſeu contrahens reſpectu hominis, & homo ſit determinabile, ſeu determinatum, ſeu contractum reſpectu vnius, ideo homo non poteſt determinare, ſeu contrahere vnum ad vnum ſpecie. Quòd ſi obijcias, quia contrahens poſtponitur, & additur contracto, at in illa propoſitione, plures homines, &c. ly homo poſtponitur, & additur vno, ergo homo eſt contrahens reſpectu vnius. obiectionis dilutio.

Dicendum, quod quamuis in ſcribendo, ac proferendo ly homo poſtponatur: tamen in exponendo debet præponi.

Ibi. Maxime non ad, &c. Declarat quã do illa propoſitio eſt maximè vera, quod ſ. determinabile non contrahit determinationem. Et dicit determinabile nõ contrahere determinationem maximè ad determinationem ſecundum quid. Quod exemplo declarat, dicendò enim homo mortuus, non ſtat mortuus ſecundum quid. Notandum ſicut viuum poteſt accipi, aut ſimpliciter & verè, aut ſecũdum quid, & tranſumptiuè; ita quoque mortuum poteſt accipi, aut ſimpliciter, & verè, aut ſecundum quid & tranſumptiuè; viuum, ac mortuum ſumendo vtrumq. verè, & ſimpliciter dicitur de rebus animatis; tranſumptiuè autem, & ſecundum quid poteſt vtrumque dici de quibuſdam inanimatis, unde dicimus aquam currentem eſſe viuam, & aquam non currentem eſſe mortuam, & hoc accipiendo ly viuum, & mortuum ſecundum quid. Viuũ, & mortuũ dupliciter.

Dicit ergo Doctor, quod dicẽdo homo

mo mortuus, ly homo non determinat ly mortuus, vt ſtet pro mortuo, ſecundum quid, quia homo mortuus eſt homo mortuus ſimpliciter, nam unumquodq; quod ſecundum quid eſt aliquid, ſimpliciter eſt illud ſecundum quid, vt dicit Doctor primo reportationum, diſtinctione tertia, quæſtione quinta, quod eſt verum comparando totum ad totum. Similiter quoque dicendum eſt de homine reſpectu vnitatis, non enim poteſt ipſum contrahere ad vnitatem ſpecificam, quæ eſt vnitas, ſecundum quid, & ideo dicendo vnus homo, ly vnus non ſtat pro vno ſpecie.

Videtur contradictio in dictis Scoti, nam hic vult, quod determinabile non contrahat determinationem, ad ſecũdum quid, & in tertia diſtinct. vndecima, quæſt. prima, ſoluendo tertium principale vult, quòd dicendo homo creatus, ly creatus diſtrahatur per ly homo, ſed homo eſt determinabile, & creatus determinatio.

Probatur; nam determinabile præponitur, & ly homo præponitur. Etiam quod eſt ſubſtantiuum, ſeu ſubſtantia eſt determinabile, & quod eſt adiectiuum, ſeu accidens eſt determinatio, ſed ly homo eſt ſubſtantiuum, ſeu ſubſtantia, & creatus eſt adiectiuum, ſeu ergo accidens, ergo &c.

Item videtur Doctorem contradicere ſibi ipſi, nam infra ſoluendo tertium principale, dicit, quòd homo habet rationem determinationis.

Ad primam contradictionem reſpondet Mauritius dupliciter. Primo dicit, illam reſponſionem, ad tertium principale eſſe topicam, cuius ſignum eſt, quia ibidem dat aliam reſpõſionem meliorem, ad idem argumentum: verba igitur, quæ ibi ponuntur a Doctore non ſunt intelligenda aſſertiuè, & hinc eſt, quòd nulla eſt contradictio, inter dicta hic eſt ibi.

Aliter etiam dicit, quòd homo non eſt determinabile, ſed determinatio. Et cum probatur, quod non. Dicit, quod quamuis præponatur in principio illius reſponſionis, tamen in ſequentibus declarando id quod conceſſit poſtponitur.

Ad aliam probationem dicit, quod quamuis de rigore ſermonis, & ex natura rei homo ſit ſubſtantiuum, ſeu ſubſtantia: tamen quo ad vtentes (& maxime in propoſito illo) natura humana habet modum accidentis in Chriſto, vt declarat Doctor in eodem tertia, diſtinct. prima, quæſtione prima.

Aliter etiam poſſumus dicere, quod Doctor non vult hic habere, quòd determinabile nunquam contrahat determinationem ad ſecundum quid. Sed dicit maximè, ideſt ſæpiſſimè, hoc eſſe verum, & ſi quandoque oppoſitum contingat.

Ad aliam contradictionem poſſumus per hoc idem reſpondere. Vel dicamus Doctorem dicere, quod homo habet rationem determinationis, & non dicit, ꝙ propriè ſit determinatio.

Ibi. Licet aliquando, &c. Declarat qualiter determinabile contrahit determinationem. Dicitque quod aliquando contrahit ipſam ad ſuppoſita. Exemplum eſt dicendo homo albus, vbi ly albus contrahitur ad ſuppoſita, quia ſtat tantum pro albo in homine. Ita etiam dicendo homo mortuus, ly mortuus contrahitur ad ſuppoſita.

Notandum, quòd Doctor accipit hic ſuppoſitum extẽſiuè pro inferiori, ſeu pro minus communi; vnde cum album poſſit dici de homine, ligno, pariete, & de multis alijs, dicendo homo albus, ly album contrahitur ad album minus communiter ſumptum, ita etiam cum mortuum dicatur de homine, leoni, ac de cæteris animalibus, dicendo tamen homo mortuus, ly mortuus dicitur tantum de homine ad quem contrahitur.

Et ſic vt vides iſta non eſt contractio ad ſecundum quid, quia homo mortuus eſt ſimpliciter, homo mortuus, quod non eſt verum de aqua mortua, quia aqua mortua eſt mortua, ſecundum quid, & non ſimpliciter.

Notandum ſecundo, quod Doctor dixit aliquando, quia ſunt quædam determinationes, quæ non poſſunt contrahi per determinabile, vt ſunt illæ, quæ vni, & ſoli, determinabili conueniunt, ut eſt de rationali, & riſibili, quæ ſoli homini conueniunt, & ideo non poſſunt contrahi per hominem.

3. Argm̄ princip. Tertio principaliter arguitur ſic. Vniuerſaliter eſt verum, quod ſecũdum quòd aliqua habent in aliquo indiuiſionem, ſic ſunt vnum in illo, ſed plures homines in homine habent indiuiſionem, ergo plures homines ſunt vnus homo. Maior eſt Ariſt. 5. metaph. tex. Commen. 11. vbi habet hæc verba. Vniuerſaliter namque quotcunque non habent diuiſionem, quatenus nõ habent, eatenus vnum dicuntur. Minor probatur, nam quicquid vniuocè ineſt aliquibus habet indiuiſionem in illis, cum vniuocum ſit idem in omnibus vniuocatis, ſed forma hominis vniuocè ineſt pluribus hominibus, ergo habet indiuiſionem in illis, & ex conſequenti plures homines habent indiuiſionem in homine, cum in eius forma, ſeu conceptu quidditatiuo vniuocentur.

Reſp. ad 3. princ. Reſponſio eſt quod non benè infertur concluſio, debet enim inferri, ergo plures homines ſunt unum in homine: nam non valet hæc conſequentia. Plures homines ſunt indiuiſi in homine, ſeu in forma hominis, ergo plures homines non ſunt vnus homo, ſeu homo indiuiſus. Non valet autem hæc conſequentia, propter fallaciam figuræ dictionis. Eſt autem hic fallacia figuræ dictionis, quia uidetur quod idem ſit inferre plures homines ſunt vnum in homine, & ſunt vnus homo. Similiter videtur quod ſit idem dicere, ſunt indiuiſi in homine, & ſunt homo indiuiſus.

Quod tamen eſt falſum, quia dicendo, ſunt vnum in homine, vel ſunt indiuiſi in homine: homo habet rationem determinationis. At dicendo ſunt vnus homo, vel homo indiuiſus, homo habet rationem determinabilis. Eſt etiam ibidem fallacia conſequentis, quia uidetur quod illę conſequentię conuertantur, quod tamen eſt falſum, ut patet ex dictis.

Notandum quod homo uerè non eſt determinatio reſpectu vnius. Pro tanto tamen dicimus ipſum habere rationem determinationis, pro quanto includit in ſe rationem per quam fit determinatio, quæ eſt forma, ſeu quidditas hominis. Notandum ſecundo quod homo in recto habet rationem determinabilis reſpectu vnius; at in obliquo habet rationem determinationis.

4. Argm̄ princip. Quarto principaliter arguitur ſic. Vterque iſtorum eſt unus homo, ergo plures homines ſunt vnus homo. Antecedens eſt verum, quia vterque iſtorum, puta Socrates, & Plato, eſt ſingularis. Conſequentia probatur, illa enim conſequentia eſt uera, & formalis cuius oppoſitum conſequentis non ſtat cum antecedente, ſed huius conſequentis oppoſitum, quod eſt, tantum vnus homo eſt vnus homo, non ſtat cum antecedente, ſcilicet vterque iſtorum eſt vnus homo, quia ibi [ſcilicet in antecedente] attribuitur vnus homo [poſitus a parte prædicati] ſubiecto ad minus pro duobus; at in oppoſito conſequentis attribuitur ſubiecto tantum pro uno homine, ergo &c.

Reſp. ad 4. princ. Huic rationi doctor reſpondet negando conſequentiam. Ad cuius probationem dupliciter reſpondet. Primo negat quod oppoſitum illius conſequentis [plures homines ſunt vnus homo] ſit tantum unus homo eſt vnus homo: oppoſitum enim eius eſt, non plures homines ſunt unus homo. Et ratio huius eſt, quia ſolummodo illæ propoſitiones opponuntur, quę ſic ſe habent quod, id quod affirmatur in una de aliquo, negatur in alia de eodem ſimiliter ſumpto, at in iſta propoſitione plures homines ſunt unus homo, affirmat ly vnus homo de pluribus hominibus ſumptis per modum plurium: & in iſta, tãtum vnus homo eſt vnus homo, non negatur ly vnus homo de pluribus hominibus ſumptis per modum plurium, ergo iſtæ duæ propoſitiones non opponuntur: ſecus autem eſt de iſtis, plures homines ſunt vnus homo, ubi plures hoĩes ſunt vnus hõ, ubi idem affirmatur, & negatur de pluribus hominib. ſumptis per modum pluriũ.

Patet ergo quod non rectè aſſignatur oppoſitum illius conſequentis. Et vlterius patet nullam eſſe probationem conſequentiæ, quia id quod verè opponitur huic conſequenti plures homines, &cæt. non opponitur huic antecedenti, vterque iſtorum eſt vnus homo, ſed ſtat cum illo: nam idem poteſt ſimul, & verè affirmari de quibus diuiſim, ſeu per modum vnius ſumptis [ſicut contingit in illo antecedente, vterque iſtorum, &c.] & negari de plu-

eſt, non plures homines, &c.

Hæc litera difficilis eſt, & diuerſimodè exponitur a Ioan. Anglico, & a Mauritio Ideo vt melius intelligatur prius diuidam ipſam, deinde ſingulas particulas declarabo. Duo igitur facit doctor, ut oſtendat nullam eſſe probationem conſequentiæ. Lræ diuiſio.

Primò oſtendit quod non rectè aſſignatur oppoſitum illius conſequentis.

Secundo oſtendit quod id quod uerè opponitur conſequenti non repugnat antecedenti, ſed ſtat cum illo. Ex quo poſtea ſequitur nullam eſſe probationem conſequentiæ.

Secundum ibi. Quæ bene ſtat cum, &c. Prima pars ſubdiuiditur in duas, nam primo innuendo quod illud conſequens poteſt accipi dupliciter, ſimul declarat quomodo eſt verum: ſeu quomodo eſt vnum. Secundo ponit propoſitionem, quę opponitur illi conſequenti, ſimul excludendo propoſitionem quę illi non opponitur.

propoſitio pōt dici vna vel plures multipli. Pro intellectu eorum, quæ ſunt dicenda, quatuor ſunt notanda. Primo quod aliqua propoſitio poteſt dici una, vel plures, aut tantum ex vnitate, vel pluralitate ſignificati: aut tantum propter coniunctionem, vel inconiunctionem, aut propter vtrumque ſimul.

Hanc diſtinctionem habemus a Philoſopho, primo Periher. capitulo quarto. vbi ponit duo prima membra huius diſtinctionis, ex quibus colligimus tertium. Ait enim (& ſunt verba eius.) Eſt autem vna oratio enunciatiua, uel quę vnum ſignificat, vel coniunctione vna. Plures autem quæ plura, & non vnum, uel inconiunctæ.

Hæc ille. Et ſtatim ſupra dicit, quod iſta propoſitio, animal greſſibile bipes nō eſt una ſignificatione, & coniunctione ſimul, ſed tantum ſignificatione, quia non eſt pronunciata partibus coniunctis. Ex his omnibus patet illam diſtinctionem eſſe de mente Ariſt. Exemplis modo declaro ſingula membra. Exemplum unitatis primo modo eſt dicendo, homo eſt animal greſſibile bipes, vbi eius vnitas eſt tantum ex ratione ſignificati.

Exemplum pluralitatis primo modo ſumptæ eſt dicendo, canis currit, nam ly canis plura ſignificat. Exemplum vnitatis ſecundo modo ſumptæ eſt dicendo, iſte homo, & iſte homo currunt, ubi eſt tantum vnitas proueniens ex coniunctione, & non ex ratione ſignificati. Exemplum pluralitatis prouenientis tantum ex incōiunctione eſt dicendo, animal greſſibile bipes eſt ſubſtantia. Exemplum vnitatis tertio modo ſumptę eſt dicendo, homo eſt animal, ac greſſibile, bipeſque. Exemplum pluralitatis tertio modo ſumptæ eſt dicendo, homo, leo, aſinus eſt animal.

Notandum ſecundo quòd propoſitio dicitur vna ex ratione ſignificati, aut ſimpliciter, aut ſecundum quid; vnitas enim propoſitionis eſt proportionalis vnitati in rebus, vt dicit Scotus, ſecundo Periher. quęſt. ſexta. reſque dicitur vna, aut ſimpliciter, aut ſecundum quid.

Propoſitio vna ſimpliciter eſt illa in qua nedum ſimplex prædicatum, vniuocè tentum, ac numeri ſingularis dicitur de ſimplici ſubiecto, uniuocè tento, ac numeri ſingularis, vt dicendo homo eſt animal: ſed etiam in qua, aut ex parte prædicati, aut ex parte ſubiecti, aut ex parte vtriuſque ponuntur plura, ex quibus fit vnum ſimpliciter. Exemplum primi, vt homo eſt animal rationale mortale. Exemplum ſecundi, animal rationale mortale eſt ſubſtantia. Exemplum tertii, animal rationale mortale eſt ſubſtantia corporea. propoſitio vna ſimpl'r quæ.

Illa verò propoſitio dicitur vna ſecundum quid, in qua, aut tantum in altero extremorum, aut in vtroque ponuntur plura ex quibus fit vnum ſecundum quid. Exemplum primi, vt homo albus currit. Exemplum ſecundi, vt homo albus eſt homo muſicus. propoſitio vna ſm qd.

Tertio notandum quod duplex eſt propoſitio, quę poteſt dici vna coniunctione, quędam eſt categorica de extremo copulato, quædam eſt hypotetica, conditionalis, vel copulatiua, uel diſiunctiua: vnde accipio hic copulationem large. propoſitio vna cōiūctione dup.

Quod autem hypotetica propoſitio

poſſit dici vna, probatur, nam illa propoſitio eſt vna, cui conueniunt conditiones propoſitionis vnę, quæ (vt dicit doctor 2. Periher. quęſtio. ſeptima, & octaua) ſunt oppoſitio contradictoria, & contraria, diuidi per affirmationem, & negationem, & ſyllogizato, at iſtæ conditiones conueniũt hypoteticæ, ut patet ex Hieronymo de Sancto Marco, quæſt decima, & ex Boetio de ſyllogiſmo hypotetico. Verum tamen eſt quod inter hypoteticas copulatiua eſt minus vna. Quia vt dicit Verſorius ad veritatem eius requiritur veritas vtriuſque partis.

Hypoteticarum propoſitionum quæ magis vna.

Quarto notandum quod cum plurale ſit ſingulare geminatum, ſeu duplicatum, & ſingulare poſſit duplicari, aut coniunctim, aut inconiunctim, ideo propoſitio in qua ponitur plurale poteſt accipi ut eſt vna, uel vt eſt plures. Vt iſta homines currunt, poteſt ſic exponi inconiunctim, iſte homo, iſte homo currunt; & tunc eſt propoſitio plures. Vel poteſt exponi coniunctim, & tunc aut eſt vna categorica de extremo copulato, vt ſi exponatur ſic, iſte homo, & iſte homo currit: aut eſt vna hypotetica copulatiua, vt ſi exponatur ſic, iſte homo currit, & iſte homo currit, quia ibi duæ categoricæ coniunguntur per hanc coniunctionem, &c.

Propoſitio ĩ qua ponitur plurale poteſt accipi, vel vt ē vna, vel vt eſt plures.

Lrę expoſitio.

Ex his patet litera doctoris, ait enim. Dico quod illud quòd ponitur loco conſequentis [ſcilicet plures homines ſunt vnus homo, & dicit loco conſequentis, quia illud non eſt verè conſequens reſpectu illius antecedentis, vterque iſtorum eſt vnus homo] ſi ſit vnum [nam cum in illo conſequenti ponatur plurale, ideo poteſt eſſe, vel propoſitio plures vna.

Dicit ergo doctor ſi illud conſequens, ſit non propoſitio plures, ſed propoſitio vna] vt hic, iſte, & iſte ſunt vnus homo, vbi quamuis ponantur plura, tamen dicitur propoſitio vna ratione coniunctionis.

Lrę expoſitio.

Ibi. Eſt vera in ſenſu, &cæt. Hæc litera diuerſimodè legitur, & exponitur a Iohan. Anglico, & a Mauritio. Et quoniam vtroque modo legi, exponique poteſt, idcirco iuxta vtrumque modum dicendi illam exponam. Iohan. Anglicus ſic legit literam. Eſt vera in ſenſu diuiſionis, licet non compoſitionis.

Et tunc dicendum eſt quod intentio doctoris in his verbis eſt declarare, quomodo illud conſequens ſumptum vt eſt vnum, eſt verum; nam cum poſſit eſſe vnum vnitate categoricæ de extremo copulato, uel unitate copulatiuę, vt dictum fuit ſupra de propoſitione in qua ponitur plurale, ideo dicit, quod propoſitio ſumpta loco conſequentis, ſeu illa propoſitio iſte, & iſte ſunt vnus homo, eſt vera in ſenſu diuiſionis [ideſt vt eſt vna hypotetica copulatiua] licet non compoſitionis, ideſt ut eſt vna categorica de ſubiecto copulato.

Et ita illa propoſitio ſumpta pro conſequenti non eſt vera, vt eſt propoſitio plures, quia propoſitio multiplex, vt talis, nec eſt vera, nec falſa, ut dicitur primo Elenchorum.

Nec etiam propoſitio ſumpta loco conſequentis, nec illa ſumpta in exemplificando, eſt vera, vt eſt vna categorica: quia tunc ſequeretur quod duo homines eſſent unus homo ſingularis. Igitur illæ propoſitiones ſunt ſolummodo ueræ in ſenſu diuiſionis, ſcilicet ut ſunt hypoteticæ copulatiuę.

Et tunc iſta propoſitio, plures homines ſunt vnus homo, debet ſic exponi: iſte homo eſt vnus homo, & iſte homo eſt vnus homo. Similiter exponatur illa propoſitio iſte, & iſte ſunt vnus homo.

Mauritius concordando cum originalibus antiquis, ſic dicit literam legendam eſſe. Eſt unum in ſenſu compoſitionis, licet non diuiſionis.

Pro quo ſciendum quod aliud eſt loqui de vnitate, & aliud de veritate propoſitionis: nam aliqua propoſitio eſt vna, quæ non eſt vera: vt hæc propoſitio iſte, & iſte ſunt unus homo, eſt vna, vt eſt propoſitio de ſubiecto copulato, & tamen ſic ſumpta non eſt vera.

Intentio igitur Doctoris in hac litera eſt declarare quomodo illud conſequens eſt unum. Et dicit quod ſi eſt vnum vt hic, iſte, & iſte ſunt vnus homo

mo [quæ eſt una categorica de ſubiecto copulato] tunc eſt unum in ſenſu compoſitionis [ideſt vnitate categoricę de ſubiecto copulato] licet non diuiſionis [ideſt unitate hypotheticę copulatiuę; vnitas enim copulatiuæ eſt minor vnitate categoricæ de extremo copulato.

enim duPliciter. Ibi. Non enim habet, &cæt. Pro intellectu continuationis literæ, ac intentionis doctoris notandum, quod ly enim quandoque accipitur, ut eſt coniunctio aduerſatiua, & tantum ualet ſicut ly ſed. Quandoque eſt coniunctio cauſalis: ſi accipiatur ly enim primo modo, patet literæ continuatio, ac intentio Scoti.

Lra exponitur. Dicit enim quod illa propoſitio plures homines ſunt vnus homo, eſt uera in ſenſu diuiſionis, ſeu eſt vna vnitate ſenſus compoſiti. Enim pro ſed, non habet pro oppoſito, tamen unus homo, ſed hanc non plures. Et in hoc aduerſatur ei quod ſumebatur ad probandam conſequentiam.

Si autem ly enim ſumatur ſecundo modo. Poſſumus dicere, quod doctor declarando, quod nam eſt oppoſitum illius propoſitionis, plures homines, &c. quæ ſumebatur loco conſequentis; ſimul reddit rationem, quare illud conſequens eſt verum in ſenſu diuiſionis, & non compoſitionis.

Pro quo ſciendum, quod contradictoria in nulla materia poſſunt eſſe ſimul vera, aut ſimul falſa, contraria autem licet in materia contingenti poſſint eſſe ſimul falſa, numquam tamen poſſunt eſſe ſimul uera. Cum igitur huic propoſitioni plures homines ſunt vnus homo, ut eſt vna categorica de extremo copulato, opponatur iſta propoſitio vera, tantum vnus homo, eſt vnus homo, quia in prima affirmatur ly vnus homo de pluribus hominibus, in ſecunda verò excluditur ab illis per ly tantum, & affirmatur de uno ſolo homine, vt clarum erit ponendo exponentes loco expoſitę, igitur iſta propoſitio, plures homines, &c. eſt falſa in ſenſu compoſitionis, quia ſua oppoſita eſt vera. Et cum ulterius vnum vni tantum opponatur, & oppoſita non poſſint ſimul eſſe uera, igitur illa propoſitio uera, tantum vnus homo, &cæt. quæ opponitur huic propoſitioni, plures homines &c. ſumpta in ſenſu compoſito, non opponitur huic propoſitioni ſumptæ in ſenſu diuiſo, plures homines ſunt vnus homo. Tum quia cum ambæ ſint ueræ, oppoſita ſimul eſſent uera. Tum quia vnum pluribus opponeretur.

Propoſitio ergo quæ opponitur huic diuiſę, plures homines, &c. & iſta, non plures homines ſunt vnus homo, quæ in ſenſu diuiſo eſt falſa, & in compoſito vera.

Ibi. Quæ bene ſtat, &c. Oſtendit quod id quod verè opponitur conſequenti, non repugnat antecedenti ſumpto in argumento vltimo principali. Dicitque quod illa propoſitio, non plures homines ſunt vnus homo, quæ opponitur illi conſequenti, plures homines, &c bene ſtat cum illo antecedente, vterque iſtorum eſt vnus homo.

Ibi. Quia hic negatur, &c. Reddit rationem quare iſtę propoſitiones non opponuntur, ſed poſſunt eſſe ſimul veræ, ſcilicet non plures homines, &c & vterque iſtorum, &c. Et ratio eſt, quia hic [ſcilicet in hac propoſitione, non plures homines, &c.] negatur prędicatum [ſcilicet ly vnus homo] a pluribus ſumptis per modum plurium; quod [ſcilicet prędicatum] ibi [ſcilicet in illa propoſitione, vterque iſtorum, &c.] affirmatur de pluribus ſumptis per modum vnius. Notandum quod illud plurale, plures homines, ſumptum in ſenſu diuiſionis ſumitur per modum plurium, quia ſumitur vt duo.

Ibi. Quia ibi diuiſim, &cęt. Reddit rationem illius quod ſtatim dixit: & primo declarat quare in illo antecedente, vterque iſtorum, &c. prædicatum ſcilicet ly vnus homo, conuenit pluribus hominibus ſumptis per modum vnius.

Et ratio eſt, quia ibi (ſcilicet in illo antecedente ly vnus homo conuenit) diuiſim huic, & illi homini. Cuius ratio eſt, quoniam in illo antecedente ponitur ly vterque, quod eſt ſignum diuiſiuum.

Ibi. Hic coniunctim, &cæ. Reddit rationem quare in illa propoſitione, non plures

res homines, &cæt. prædicatum negatur a pluribus ſumptis per modum plurium, & ait quòd. Hic [ſcilicet in illa propoſitione negatiua, prædicatum negatur] coniūctim [ideſt ſimul, ac ſemel] ab ambobus. Notanda ſunt duo.

Vterq; quod ſignum. Primo, quòd vterque eſt ſignum diſtributiuum, non omnium, ſicut eſt ly omnis, ſed tantum duorum. Et ponitur regula generalis, quod ad hoc, quod propoſitiones de hoc ſigno uterque ſint veræ, oportet prædicatum diuiſim ineſſe illis, pro quibus

Regula. ſubiectum diſtribuitur. Et propter hoc Doctor hic dicit, ly vtique eſſe ſignum diuiſiuum: unde ſi ſortes, & Plato portent ſimul vnum lapidem, hæc eſt falſa, vterque iſtorum portat lapidem, quia portari lapidem non ineſt diuiſim ſorti, & Platoni.

Et hinc eſt, quod a propoſitione in qua ponitur vterque, ad propoſitionem in qua

Iſte dupliciter. ponitur hoc pronomen, iſti, loco de ly vterque, non ualet conſequentia, ſi ly iſti ſumatur collectiuè, ſeu complexiuè, ſecus verò eſt ſi ſumatur diuiſiuè. Sumitur autem complexiuè, cum propoſitio in qua ponitur, æquipollet cathegoricæ de extremo copulato. Sumitur uerò diuiſiuè, quādo propoſitio in qua ponitur, æquipollet hypoteticæ copulatiuæ.

Secundo notandum, quod ſicut in iſta propoſitione hypotetica, iſte homo portat lapidem, & iſte homo portat lapidem, illud prædicatum dicitur de iſto, & de illo homine diuiſiuè, non quia illa ſit propoſitio diſiunctiua, nec quia illud prædicatum de vtroque illorum hominum nō dicatur: ſed quia conuenit ſeorſum illis pro quibus ſupponit ſubiectum, vnde ſi prædicatum non conueniret ſeorſum cuilibet pro quo ſupponit ſubiectum, ſed tantum illis ſimul ſumptis, vt ſi ſortes, & Plato ſimul portarent unum lapidem, tūc prædicatum diceretur de illis non diuiſiuè, ſed collectiuè, ſeu complexiuè, ſic etiam non dicitur prædicatum negari ab aliquibus coniunctim, quia illa a quibus negatur cōiungantur, ſed quia ſimul, ac ſemel negatur ab illis.

Vnde dicendo, homo, leo, aſinus, non ſunt accidentia, ly accidentia [ideſt ſimul, ac ſemel] negatur ab homine, leone, & aſino, & tamen illa non eſt vna cathegorica de extremo copulato, nec una hypotetica.

Alia rñ. ad 4. prī cipale. Ibi. Vel poteſt concedi, &cæt. Ponit ſecundam reſponſionem ad illud idem argumētum principale, ſeu ad probationem conſequentiæ. Quæ eſt negando, quod illud quod ſumitur pro oppoſito conſequētis, repugnet antecedenti, nam iſtæ propoſitiones ſimul ſtant, ſimulque poſſūt eſſe veræ, ſcilicet tantum vnus homo eſt vnus homo, vt uterque iſtorum eſt vnus homo.

Cuius ratio eſt, quia vterque diſtribuunt pro ſuppoſitis diuiſim, & ly tantum non excludit a ſuppoſitis diuiſim, ſed coniunctim ſumptis, quod manifeſtum eſt ponendo exponentes loco expoſitæ, quę ſunt, vnus homo, eſt unus homo, & plures homines non ſunt unus homo, ergo tantum vnus homo eſt vnus homo. Et ita ly tantum excludit hoc prædicatum, unus homo, ab hominibus coniunctim, & non diuiſim ſumptis. Dicit ergo. Quia enim

Lrā exponitur vterque diſtribuit pro ſuppoſitis diuiſim, & hoc ſub illo prædicato, unus homo.

Ibi. Non excluditur, &cæt. Melius eſſet legere. Nec excluditur, &cæt. Et tunc conſtitutio eſt talis. Nec hic [in iſta ſ. propoſitione] tantum vnus homo, [eſt vnus homo] excluditur al quod ſuppoſitum ſub illa ratione, ſub qua. ſ. diſtribuitur ipſummet ſuppoſitum a ly vterque, cum igitur ly vterque diſtribuat diuiſim, & non coniunctim, ly tantum non excludet a prædicato ſubiectum, ſeu ſuppoſitum diuiſim, ſed ſolummodo coniunctim ſumptum.

Excludere ſubiectū a p̄dicato quid. Notandum, quòd excludere ſubiectum a prædicato, eſt impedire ſubiectum, ne de ipſo poſſit dici prædicatum: impeditur autem ſubiectum, in propoſito noſtro, ne de ipſo poſſit dici hoc prædicatum, unus homo, ſi ſumatur coniunctim. Dicit ergo Doctor, quòd ly tantum non excludit ſuppoſitum diuiſim ſumptum a prædicato. Ideſt non impedit, quin hoc prædicatum, vnus homo, poſſit dici de pluribus hominibus diuiſim ſumptis, ergo cum in illa propoſitione, vterque iſtorum eſt vnus homo, ly vnus homo dicatur de pluribus diuiſim ſumptis, & in illa propoſitione, tantum vnus homo, eſt unus homo, non excludatur ly unus homo a pluribus diuiſim

ſumptis , iſtæ propoſitiones poſſunt ſimul ſtare,cum non repugnent.

Ibi.Quia pro eis,&cę.Oſtendit,quòd ly tantum in illa propoſitione,tantum unus homo,&cæt. non excludit prædicatum ab aliquo ſuppoſito diuiſim ſumpto. Et iō eſt, quia cum iſta propoſitio ſit vera,uterque iſtorum eſt unus homo, ſimiliter & iſta eſt vera, tantum unus homo eſt unus homo,& ly uterque diſtribuat pro ſuppoſitis reſpectu illius prædicati, igitur ly tantum non poteſt excludere prædicatum ab aliquo ſuppoſito, aliter propoſitio in qua ponitur non eſſet vera ,cuius tamen oppoſitum ſupponimus hic.

QVÆSTIO XXIII.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum prima diuiſio differentiæ ſit conueniens?

ORdo huius quæſtionis ad præcedentes patet , ne dum ex hoc, quòd Porphyr.prius quid eſt ſpecies, quàm quid eſt differentia declarat. Sed etiam quoniam ordo Doctrinæ, ac ordo naturæ hoc exigit.

Quare prius de ſpē q̄ de dria eſt differendum.

Primum probatur, nam ordo doctrinæ vult vt definito vno relatiuorum ſtatim definiatur, & reliquum , quia correlatiua definiuntur ſe inuicem, ſed genus, & ſpecies ad ſe inuicem correlatiuè dicuntur, quod non eſt verum de genere, & differentia, & prius de genere , quàm de differentia eſt determinandum , igitur ordine doctrinæ prius de ſpecie,quàm de differentia eſt differendum. Hoc idem probatur de ordine naturæ. Pro quo ſciendum quòd differentia poteſt cōſiderari dupliciter vno modo,vt conſtitutiua ſpecici. Alio modo inquantum eſt tale vniuerſale, ſeu prædicabile.

Dria quō prior,& poſterior natura ſpecie.

Primo modo differentia eſt prior ſecundum naturam ipſa ſpecie, quia conſtituēs eſt prius conſtituto.

At ſecundo modo eſt poſterior natura ipſa ſpecie,quia quod prædicatur per modum ſubſtantis, inquantum tale, eſt prius natura eo , quod prædicatur per modum informantis,ac denominantis,ſed differentia inquantum eſt tale vniuerſale prædicat eſſentiam per modum denominantis, & ſpecies per modum ſubſtantis,ergo differentia inquantum eſt tale vniuerſale eſt poſterior natura ipſa ſpecie. Nec eſt inconueniens idem ſumptum ſub diuerſis rationibus,eſſe prius,& poſterius natura aliquo quidam enim dicunt, quòd ſi materia, & forma in ſe conſiderāt,materia eſt prior natura ipſa forma ſed vt ſunt in cōpoſito forma eſt prior natura ipſa materia. Cum igitur Porphyrius, & Doctor differant hoc in loco de ſpecie, & de differentia ,vt ſunt vniuerſalia , ideo ordo naturæ exigit, vt prius de ſpecie, quàm de differentia determinent,ac diſputent. Doctor ergo, poſtquam difficultates incidentes,circa capitulum de ſpecie ſunt dilutæ,intentum ſuum proſequendo , iure mouet ſeptem dubitationes , circa capitulum de differentia.

Idē pōt ēt prius & poſterius natura.

Et primo quærit de prima diuiſione differentiæ,an ſcilicet ſit conueniens,quia ſicut æquiuoca ſunt prius diſtingnenda, quàm definienda,ita mouendo dubia,prius circa eorum diuiſionem,poſtea circa eorum definitionem eſt dubitandum. Et ſi exemplificando de membris illius diuiſionis,ponantur exempla , circa quæ contingat dubitatio aliqua, prius circa diuiſionem, deinde circa illa exempla , ultimo circa definitionem dubia ſunt mouenda. Hincque eſt, q̄ doctor prius dubitat de diuiſione prima differentię. Secundo dubitat de exemplo poſito a Porph. in declarando primum membrum illius diuiſionis. Vltimo dubitat circa quaſdam differentiæ definitiones, & circa quoddam dictum Porph.in exemplificādo de quadam differentię definitione.

Primus terminus declarandus eſt diuiſio,quę eſt duplex, ſcilicet rei , & rationis. Diuiſio rei eſt , quæ conducit ad non eſſe totius, vt quādo ſcinditur lignum in duas par-

partes , non remanet totum conſtitutum ex illis partibus ſimul vnitis. Hæcque diuiſio eſt duplex, quædam entitatiua , qua diuiditur materia ſecluſa quantitate Quædam eſt quantitatiua, quæ eſt paſſio quantitatis, de qua loquitur Philoſophus 3.phy. tex.commen.35.cum aii. Quod diuidi poteſt, uel magnitudo eſt, uel multitudo. Diuiſio rationis eſt, quæ realiter non ſcindit, ſed docet ſcindere. De qua dicit Auerroes, 1.colliget cap.1. Quod diuiſiones non ſunt neceſſariæ in ſcientia ex natura ſcientiæ, ſed inducuntur ab auctoribus propter debilitatem diſcretiuæ ſcholarium. Hæcq. diuiſio rationis non conducit ad non eſſe, ſed magis ad cognitionem, & definitionē rerum.

Diuiſiones quaꝝ vtēdum eſt ī ſciētiis.

Diuiſio æquiuoci quō cōducit ad cognitionem, & ad deſōnem.

Diuiſio enim illius quod eſt multiplex actuale, uel potentiale conducit nos ad cognitionem rerum, quia non præhabita diſtinctione, non contingit uitare redargutionem, ut dicit Philoſophus in Elenchis. Pro tanto etiam conducit ad definitionē diuiſio illius, quod eſt multiplex, ſeu æquiuocum pro quanto æquiuoca definienda non ſunt, non præfata diſtinctione, ex primo de cælo, & mundo, text. Comm. 110. Diuiſio vero per differentias uerè conducit ad cognitionem, & definitionem. Vnde Philoſophus. 7. meta tex. Commen. 43. dicit. Quod diuiſio generis per differentias ordinatè facta, largitur definitiones.

Secundus terminus declarandus eſt differentia, quæ prout diuiditur a Porphy. in initio cap. non eſt tertium prædicabile, nā quod ibi diuiditur eſt vox, at vox illa non eſt tertium prædicabile. Item nulla ſpecies poteſt diuidi in membra aliqua, quæ ſint ſpecies condiſtinctæ contra ipſam, ſed membra illius diuiſionis differentiæ, ſunt ſpecies vniuerſalis, condiſtinctæ contra differentiam quæ eſt tertium uniuerſale, nam differentia communis, & propria faciunt quintum, ac fortè quartum prædicabile, ergo differentia quæ hic diuiditur non eſt tertium uniuerſale.

Notandum quod differentia non dicitur communis, quia prædicetur de aliis differentiis, quaſi quicquid differt magis propriè, & propriè differat etiam communiter eſt quintum prædicabile, & quod facit differre magis propriè eſt tertium prædicabile, ut patet ex dictis, & ex dicendis: igitur quod facit differre communiter non dicitur differentia communis ex eo quod prædicetur de aliis differentiis, aliter quintum prædicabile, ſcilicet accidens, diceretur de differentia ſubſtantiali. Tum quia membra illius diuiſionis debent intelligi cum præciſione, ut dicit doctor infra, igitur vnum de alio membro prædicari, aut ad aliud ſequi non poteſt. Et ex hoc patet Leui Gherſonidis error, dicit enim in annotationibus ſuis in Porphyr. quod differentia communis dicitur eſſe id, quo aliqua fit diuerſitas, quæcunque ſit illa, ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis, ſiue ſeparabilis, ſiue inſeparabilis.

Leui Gherſonidis error.

Dicendum ergo quod dicitur communis, aut quia eſt in communi vſu apud vulgum, ut dicit Albertus. Aut quia id per quod aliqua dicuntur communiter differre, eſt communis omnibus, vel pluribus, ut dicit Ammonius, Leui, & Balduinus in logicam. Aut dicitur communis, quia poteſt conuenire utrique extremo in diuerſis temporibus. Vnde licet ſortes ſedens differat nunc a Platone non ſedente. Tamen alias Plato ſedens poteſt differre a ſorte non ſedente.

Differētia proprie qr̄e ſic dicat̄.

Dicitur verò differentia propria, non quia inſit illi, quod facit differre præciſe ſecundum aliquem modum proprii: ſed quia propriè facit differre. Aut quia eſt in vſu propriè loquentium, ideſt Philoſophorū. Aut quia quod ſemel per eam differt, ſemper differt per eam, vt declarabo in ſequenti quæſtione, in corpore quæſtionis. Aut quia in uno aliquo definitè, ſeu determinatè ineſt.

Differētia magis propria quare ſic dicatur.

Dicitur autem differentia magis ꝓpria, aut quia eſt in vſu magis propriè loquentium, ſcilicet ſapientum. Aut quia magis propriè, ſeu magis determinatè conuenit ei quod facit differre. Vnde ſicut illa poteſt dici differentia propria, quæ propriè, ſeu determinatè conuenit ei, quod per ipſam differt ab aliquo, uel modo conueniat ei ſecundum aliquem modum proprii, dummodo determinatè conueniat illi, ut eſt de curuitate naſi: ſic etiam illa dicitur magis propria, quæ magis determinatè ineſt, differentia autem ſubſtantialis magis determinatè ineſt, quam propria paſſio, quia pro-

pter

pter qđ vt ūquodq; tale,& illud magis,ex 1 Poſt.& propter dñum ſubſtantialem paſſio determinatur in eſt ſubiecto, ergo &c.

Ad qōnem ridet Doctor, concedendo talem diuiſionem, ac cōſimiles diuiſiones eſſe bonas, & iō eſt, quia ſunt diuiſiones vocis in ſignificationes. Fit autem diuiſio vocis in ſignificationes, quando vna vox, multa ſignificās aperitur,& eius pluralitas ſignificationis oſtenditur, vt Boetius dicit in libro diuiſionum. Et qm̄ vocem ſignificare multa contingit tripliciter, ſecūdum tres modos æquiuocationes poſites in ſum mulis a Petro Hiſp & ab Ariſt. 1. Elen.c.3. ideo Doctor declarat cuius vocis æquiuocæ eſt hæc differentiæ diuiſio. Pro quo ſciē dum, ꝙ tres ſunt modi æquiuocationis.

Vox qñ diuidit.

Primus eſt cum vox vna æquè principaliter plura ſignificat, ita ꝙ non imponatur ad ſignificandum unum per comparationem ad aliud, cuiuſmodi eſt æquiuocū a caſu. Et ad iſtum æquiuocationis modū reducitur analogum, vt dicit Doctor.q 15. Elenc. reſpondendo ad rōnes principales, cuius ratio eſt, quia analogum, quātum eſt ex parte vocis, æqualiter imponat ſua ſignificata, in uoce. n. nulla cadit prioritas, vel poſterioritas, vt dicit Scotus, vbi ſupra in corpore quæſtionis.

Primus modus æquocationis.

Analogum ad quē modū æqui uocationis reducitur.

Secundus modus equiuocationis eſt cū vox naturaliter vna ſignificat unum principaliter,& aliud per tranſumptionem, ſeu minus principaliter, ſeu per attributionē ad id quod principaliter ſignificat. Vt ridere principaliter ſignificat, riſum ab ore emittere, ſeu cum quodam gaudio, os aperire, trāſumptiuè autem ſignificat florum aperitionem gaudium indicantem. Vnde tranſumptio, vt dicit Ariſt. in Elen. eſt a propria ſignificatione ad impropriam per aliquam ſimilitudinem tranſlatio.

Aequocationis ſecūdus modus.

Trāſumptio q.d.

Tertius modus æquiuocationis eſt cum dictio aliqua ſimplex, ſeu per ſe ſumpta ſignificat vnum, compoſita vero, ſeu ſumpta cum alio ſignificat plura. Vt mortale per ſe ſumptum idem ſignificat, ꝙ potens mori, compoſitum autem cum ly in, vt dicendo immortale, plura ſignificat: nā pōt ſignificare non potentem mori, vbi negat̄ actus,& potentia, etiam poteſt ſignificare potentem non mori, vbi ſolummodo negatur actus. Sed hic forte aliquis curioſè dubitabit. An ſicut datur fallacia æquiuocationis, cuius ſunt tres modi, ita quoque detur fallacia vniuocationis,& denoīationis? Cui breuiter reſpondendum eſſe puto, ꝙ non tum quia modus prædicandi uniuocè, vel denominatiuè nō impediunt bonitatem ſyllogiſmi, ſecus autem eſt de modo prædicandi æquiuocè, vt patet per multa exempla, quæ in tali fallacia adducuntur. Tum quia quælibet fallacia fit per aliquam cauſam apparentiæ, at in ſyllogiſmo, vbi ponitur vniuocum, aut denominatiuum, nulla eſt cauſa apparentiæ bonitatis, quia ſi terminus vniuocus, vel denominatiuus ſit idē in materia,& in forma non poteſt eſſe, nec apparere diuerſus, ſecūdum ſignificationem, quod non eſt verum de termino æquiuoco, nam in eodem paralogiſmo terminus æquiuocus eſt idem, ſecū dum materiam,& formam,& tamen eſt diuerſus, ſecundum ſignificationem, licet appareat idem propter identitatem materię, & formæ illius termini.

æquiuocationis 3. mod°

Vniuocationis ac denominationis fallacia, an detur?

Ex his patet litera Scoti, in qua vult diuiſionem differentiæ, eſſe diuiſionem vocis, quę eſt æquiuoca penes, ſecundum modum æquiuocationis, quia nomen differē tiæ proprie,& principaliter ſignificat differentiam ſubſtantialem, alias vero differentias non niſi tranſumptiue, & ex vſu loquentium, aut proprie, aut communiter. Et ꝙ iſte ſit ſecūdus modus æquiuocationis, oſtendit ex 1. Elen.c.3. vbi Philoſophus habet hæc verba, Alius autem quando ſoliti ſumus ſic dicere.

Duabus rationibus arguit ad partem negatiuam. Et primo ſic Quælibet diuiſio cō uenienter aſſignata, aut eſt per ſe, aut per accidens, ſed diuiſio differentiæ in communiter, proprie,& magis proprie, nec eſt per ſe, nec per accidens, ergo illa diuiſio differē tiæ non eſt conueniens. Minor probatur, & primo, ꝙ non ſit diuiſio per ſe, nam quælibet diuiſio per ſe, aut eſt generis in ſpecies, aut totius integralis in ſuas partes, aut vocis in ſignificationes, ſed iſta diuiſio differentiæ, nec eſt generis in ſpecies, quia genus æque dr̄ de ſpeciebus, at differentia proprie, ac uerè dicitur de differentia magis propria, & de alis non niſi per

Argm 1. princ.

per comparationem, & ita non æquè dicitur de illis, ergo non eſt diuiſio generis in ſpecies. Nec etiam eſt diuiſio totius integralis in ſuas partes, quia tale totum nō prædicatur de ſuis partibus, nam tectum non eſt domus, ſed differentia, quæ hic diuiditur, prædicatur de diuidentibus, ergo &c. Nec eſt diuiſio vocis in ſignificationes, probatur tripliciter.

Primo quia ęquiuocum ęquè importat ſua ſignificata, quod maximè eſt verum ponendo analogum mediare inter æquiuocum, & vniuocum, at hæc vox differentia non ęquè primo importat illa tria, in quæ diuiditur, nam aliter vna non diceretur differentia magis propriè, ſed omnes ęqualiter eſſent magis propriè differentiæ, ergo &c.

In ęquiuocis quā nō eſt conſequētia

Secundo quia in æquiuocis nulla eſt conſequentia: impedit enim ęquiuocum bonitatem ſyllogiſmi, ac conſequentiæ; ſed differentia, quæ ibi diuiditur, ſequitur ad diuidentia, ſicut ſuperius ſequitur ad inferius, vnde ſequitur eſt differentia magis propria, ergo eſt differentia, igitur iſta non eſt diuiſio æquiuoci.

æquiuocum nec definit, nec definitur.

Tertio quia æquiuocum nec definit, nec definitur: ſed differentia definit, ut patet ex 7. met. tex. Commen. 43. ac etiam definitur, vt clarum erit ex ſequentibus quęſtionibus, ergo non eſt æquiuocum; & ex conſequenti illa non erit diuiſio vocis æquiuocæ. Prima pars maioris patet ex 2. poſter. cap. 15. vbi Philoſophus iubet definientem vitare ęquiuocationem, & metaphoram. Secunda pars maioris patet ex 6. Top. cap. 2. & ex 4. metaphyſ. Comm. 2. vbi Comment. vult, æquiuoca non habere prædicatum eſſentiale. Probatur etiam ſecundo principaliter quòd iſta diuiſio differentię non ſit diuiſio per accidens, & ſic. In nulla diuiſione per accidens, diuiſum intelligitur, ſeu includitur per ſe in diuidentibus, ſed differentia, quæ hic diuiditur intelligitur, ſeu includitur per ſe in omni membro diuiſionis illius, ergo hæc diuiſio differentiæ non eſt diuiſio per accidens. Maior patet ex ſufficienti deductione.

Diuiſio nū. ſpēs.

Pro intellectu huius argumenti notandum, quod ſex ſunt ſpecies diuiſionis, ad quas omnes aliæ reducuntur. Quarum ſufficientia ſic habetur, nam omnis diuiſio, aut eſt per ſe, aut per accidens. Et voco diuiſionem per accidens illam, in qua uel diuidens, vel diuiſum eſt accidens: & non illam in qua diuidens eſt alterum a diuiſo, quia ſic quælibet diuiſio poſſet dici per accidens, cum quodlibet diuidens ſit alterum a diuiſo, quia nihil diuidit ſe ipſum: nec loquor de diuiſione, quæ dicatur per accidens, quoniam diuiſio in communi de ipſa non prædicetur, quia diuiſiones per accidens, de quibus eſt ſermo, ſunt per ſe ſpecies diuiſionis.

Diuiſio per acci dēs quę.

Diuiſio per ſe eſt duplex, quia aut eſt rei, aut rationis. Diuiſio rei eſt diuiſio qua aliquid realiter diuiditur in ſuas partes ut diuiſio totius integralis in ſuas partes integrales. Et cum totum eſſentiale quodammodo dicatur totum integrale, quia ex ſuis partibus integratur, ſeu ex illis reſultat, ideo diuiſio totius eſſentialis continetur ſub iſto membro diuiſionis.

Diuiſio ꝑ ſe quotuplex.

Diuiſio rationis, in qua nihil verè, & realiter diuiditur, eſt duplex: quædam eſt vocis in ſignificationes: quędam eſt generis in ſpecies. Ad quam diuiſionem reducitur diuiſio cuiuslibet ſuperioris in inferiora, dummodo non ſit diuiſio ſpeciei in indiuidua, quia talis reducitur ad diuiſionē totius, ut ſtatim dicam.

Diuiſio rationis quotup.

Ad hanc etiam diuiſionem reducitur diuiſio generis per differentias. Alii ſic diuidunt diuiſionem per ſe, quia aut eſt diuiſio vocis in rem: aut rei in rem; & hoc contingit dupliciter, quia aut res diuiſa poteſt ſaluari in qualibet re diuidente, & ſic eſt diuiſio generis in ſpecies: aut non poteſt ſaluari in qualibet, ſed tantum in omnibus ſimul, & ſic eſt diuiſio totius.

Diuiſio per accidens eſt duplex, quædā eſt in qua tam diuidens, quam diuiſum eſt accidens, & uocatur diuiſio accidentis in accidentia, ut alborum aliud dulce, aliud amarum. Quædam eſt in qua tantum alterum eſt accidens, & hoc contingit dupliciter, nam aut tantum diuiſum eſt accidens, & ſic diuiſio accidentis in ſubiecta, ut alborum, aliud lac, aliud homo. Aut diuiſum eſt ſubſtantia, ſeu ſubiectum, & ſic eſt diuiſio ſubiecti in accidentia: vt hominum alius albus, alius niger.

Diuiſio per accidēs quotuplex.

Sed

Diuiſio ſpẽi quare reduciẽ ad diuiſionẽ toti⁹, & non ad gñis diuiſionẽ.

Sed hic eſt difficultas, quare diuiſio ſpeciei in indiuidua reducitr ab ipſo met Boetio ad diuiſionem totius, & nõ ad diuiſionem generis, cum indiuidua ſint partes ſubiectiuæ ſpeciei, ſicut ſpecies ſunt partes ſubiectiuæ generis? Anto. Andr. ſuper librum diuiſionum Boetij dicit, quòd diuiſio ſpeciei in indiuidua magis conuenit cũ diuiſione generis in ſpecies: nam vtrobiq; diuiſum eſt totum vniuerſale, & partes ſunt partes ſubiectiuæ, ac etiam vtrobique diuidens, & conſtituens eſt differẽtia, nam ſicut genus per ſpecificas differentias, ita ſpecies per indiuiduales differentias diuiditur. Sed Boetius reduxit diuiſionem ſpeciei ad diuiſionem totius reſpiciendo ad modum generalem, qui eſt, quòd omnis diuiſio reducatur ad diuiſionẽ totius, quia omne diuiſum eſt quoddam totum, & diuidẽtia ſunt aliquo modo partes eius.

Diuiſio dupliciter.

Diuiſio ſtrictè ſumpta quid.

Diuiſio cõiter ſũpta q̃d.

Diuiſio ſpẽi ĩ indiuidua q̃uo diuiſio p̃ ſe.

Verum tamen eſt, quòd ſi diuiſio accipiatur ſtrictè, prout eſt illius, quod requirit determinatas partes in multitudine, & magnitudine, ſeu prout eſt diuiſio [quod in idem redit] in partes proportionem habentes ad totum, quæ vel conſtituunt, vel ſub eo continentur, in determinata multitudine, uel magnitudine, ſic ſpecies non diuiditur per ſe in indiuidua, vt dicit Scotus. 2. diſt. 3. quæſt. 6. reſpondendo ad rationes Got. ſi autem diuiſio accipiatur communiter, prout eſt in quæcunque participantia naturam diuiſi, ſiue habeant talem proportionem ad totum in integrando, ſiue in ſubiiciendo, ſiue non, ſic ſpecies per ſe diuiditur in indiuidua, & iſta diuiſio reducitur ad diuiſionem generis, quia huic diuiſioni conueniunt conditiones, & proprietates, quas aſſignat Boetius in diuiſione generis, vt dic t Doctor vbi ſupra.

Genus, an æquè dicatẽ de ſpẽbus.

Mauritius citat multa dicta a Doctore in hoc argumento principali: Quorum dubiorum quædam poſſunt aliter ſolui, Inſtat enim contra illud Doctoris dictum, quòd. ſ. genus æquè dicitur de ſpeciebus: nam in omni genere eſt ordo, & analogia. Reſpondet, quòd genus dicitur æquè de ſpeciebus, quantum ad generis conceptũ, nam in conceptu generis nulla eſt inæqualitas ſpecierum, cum ipſarum inæqualitas ſit ratione differentiarum.

Poſſumus tamen dicere (& fortè magis ad [illegible]tionem Scoti hoc in loco) quòd per ly æquè, Doctor non intendit excludere analogiam ab ipſo genere, ſed tantum intendit excludere a genere hoc, quod eſt ſignificare vnum principaliter, & aliud tranſumptiuè, genus enim dicitur æquè propriè de ſpeciebus, quia non dicitur de vna propriè, & principaliter, & de alia tranſumptiuè, ſicut homo dicitur de homine vero, & de homine picto.

Videtur etiam, quod probatio (qua Doctor oſtendit diuiſionem differentiæ non eſſe vocis in ſignificationes) non ſit ſufficiens, quia tantum procedit de primo modo æquiuocationis. Concedit Mauritius, quod infertur. Vel dicamus, quòd eſt ſufficiens probatio quia quælibet vox æquiuoca quantum eſt ex ſe æque importat ſua ſignificata, vt patet ex dictis. Et nota quòd Doctor in arguendo, ſæpe ſumit p̃poſitiones quæ, vel communiter, vel ſaltẽ a multis conceduntur, vt eſt de illa, quam ſumit in hoc argumento, ſcilicet totum non prędicatur de ſuis partibus, quæ tamẽ videtur falſa, quia manus dicitur humana, vt dictum fuit ſupra. quęſt. decima ſexta. Non ergo neceſſitas nos cogit ad quærendum de ueritate illarum propoſitionum, quas Doctor ſumit in arguendo pro parte falſa, niſi propter ſolutionem argumenti. Verum tamen eſt, quòd vberioris cauſa diſciplinæ poteſt quæri de ueritate talium propoſitionum.

Huic argumento reſpondet Doctor negando hanc differentiæ diuiſionem non eſſe vocis in ſignificationes. *[Reſpõ]nſio ad 1. argm̃ princ.*

Ad primam uero probationem non reſpondet, ut dicit Mauritius, quia illa probatio oſtendit quod non eſt æquiuocum, quoad primum modum æquiuocationis, quod iam conceſſum eſt a Doctore. Hæcque reſponſio eſt ſatis bona. Poſſumus etiam dicere, Doctorem hoc ideo facere, quia illa uox, quantum eſt de ſe æquè primo importat illa tria.

Ad ſecundam probationem reſpondet, negando quòd differentia q̃ diuidit in differentiam communiter, propriè, & magis propriè ſequatur ad membra diuidentia, vnde nõ ſequitur eſt differentia magis p̃priè,

priè, ergo eſt differentia. Notandum quod ſi æquiuoca ſumuntur, vt æquiuoca in ipſis non poteſt eſſe conſequentia, nec illatio, ſi autem ſumuntur, vt vniuoca, ſic dicẽdum quòd quamuis in ipſis non ſit vere conſequentia, tamen poteſt eſſe illatio eiuſdem ad ſe ipſum, ut dicit Doctor, quæſtio. quarta, prædicament. reſpondendo ad tertium principale.

In æquiuocis quõo põt eſſe cõſequentia

Ad tertiam probationem dicit' falſum eſſe, quòd differentia, ſumpta, ut eſt æquiuocum, definiat, vel definiatur, ſed bene ſumpta in uno ſenſu. ſ. pro differentia magis propria, poteſt definire, ac definiri, & eſſe principium conſequentiæ.

Tria ſunt notanda pro literę intellectu. Primo, quod æquiuoca æquiuocata, ſecundum vnum nomen, poſſunt eſſe vniuoca vniuocata, ſecundum aliud nomen, vt patet de cane marino, & terreſtri; qui, quãuis æquiuocentur in hoc nomine canis, tamen vniuocantur in ſubſtantia, quia nomen ſubſtantiæ importat aliquam rõnem communem ipſis.

Aequiuoca ęquiuocata, quõo poſſunt eſſe vniuoca

Secundo notandum, quod æquiuocum æquiuocans, quandoque poteſt ſumi, vt vniuocum vniuocans, quia quamuis reſpectu ſuorum ſignificatorum ſit æquiuocum, cum diuerſis conceptibus totalibus, non ſynõnimis illa ſignificet. Tamen reſpectu vnius ſignificati eſt vniuocum, quia quilibet terminus ſignificans ſua ſignificata diuerſis conceptibus totalibus, non ſynonimis, ſignificat aliquod illorum vnico conceptu, vt patet de nomine canis, quod ſignificat omnia latrabilia vnico conceptu.

Aequocũ ęquocãs quõo põt ſumi, vt uniuocum.

Regula.

Tertio notandum, quòd Mauritius dicit illam literam (Et eſſe principium conſequentiæ) poſſe intelligi, vel de inferente, vel de illato indifferenter, nam æquiuocum ſumptum, vt vniuocum poteſt eſſe, tam inferens, quam illatum, ſaltem in diuerſis conſequentijs. Exiſtimat tamen, quod hic in propoſito, intelligi debet de illato, nam cõſequens, & ſi non tempore, tamen natura eſt prius antecedente, & ita eſt principium conſequentię. Sed hoc non mihi videtur verũ, quia conſequens, in propoſito noſtro, eſt differentia ſumpta in vno ſenſu, & antecedens eſt differentia magis propriè ſumpta, at differẽtia ſumpta, vt importat differentiam magis propriè, non eſt prior natura differentia magis propriè, quia aliter idem eſſet prius natura ſe ipſo, quod eſt falſum: ergo dictum doctoris nõ poteſt in propoſito noſtro intelligi de illato, quia vt uides illatum non eſt prius natura antecedente. Si autem dicas in litera Mauritij eſſe errorem, nam ſic legenda eſt. Nam conſequens, & ſi non tempore, tamen natura prius eſt conſequentia. Sic concedo, quod conſequens eſt prius natura conſequentia, & eſt eius principium, velut terminus, ac fundamẽtum dicitur principium, ac prius natura relatione fundata, ac terminata ad ipſum. Vel ſi dicas Mauritium hic per conſequens intelligere ſuperius, & per antecedens inferius. Sic concedo conſequens eſſe prius natura antecedente, vt patet de animali, quod eſt prius natura homine, & ſic animal (aliquo modo ſumptum) poteſt poni principium conſequentiæ. Sed hoc poſtea non facit ad propoſitum noſtrum de differentia, quia differentia ſumpta in vno ſenſu, non eſt prior natura differentia magis propriè.

Contra Mauritium.

Dicamus ergo Doctorem hic loqui de conſequẽtia, in qua differentia ſumpta in vno ſenſu, ponitur vt medium, nam tunc differentia eſt principium illius conſequentiæ, vt patet arguendo ſic, homo eſt rationalis, ergo homo eſt riſibilis. Et non loquitur de illa conſequentia, quam tangit argumẽtum, de qua ſupra dixit, quod differentia non ſequitur ad diuidentia. Probo: nam aliter contradiceret ſibi, cum hic dicat, differentiam eſſe principium conſequentiæ, & tamen ſupra dixit, quòd non ſequitur ad diuidentia.

Item arguendo ſic, eſt differentia magis propria, ergo eſt differentia, ſumẽdo etiam differentiam in vno ſenſu, vere nulla eſt conſequentia, igitur differentia non poteſt eſſe principium huius conſequentiæ. Nec valet dicere, quòd hic Doctor loquatur de conſequentia largè ſumpta, pro quacunque illatione. Nam Doctor hic accipit conſequentiam eo modo quo ipſam ſumpſit, cum dixit, differentiam, non ſequi ad diuidentia, ſed ibi accipit eam propriè, igitur & hic.

Secun-

Secundo principaliter argumentatur ſic. Omnis bona diuiſio eſt per oppoſita, ſed diuiſio differētiæ, poſita a Porph. in initio capituli, non eſt per oppoſita, ergo &cæt. Maior patet, nam membra diuiſionis non debent coincidere, quod non contingeret ſi non opponerentur. Minor probatur, nam ſi diuiſio eſſet per oppoſita, ergo vnũ pluribus, & plura uno opponerētur, quod eſt contra Philoſ. præcepta. x. met. tex. com. 14. & 17. & primo periher. c. 5.

Argm 2. princ.

Conſequentia patet, quia cum diuiſio ſit trimembris, nequeunt membra opponi, niſi unum pluribus opponatur. Secundo probatur eadem minor, nam oppoſita, ſic ſe habent, quod unum non ſequitur ad aliud, ſed membra huius diuiſionis ſic ſe habent, quod unum membrum ſequitur ad aliud, nam ſequitur, differunt magis propriè, ergo differunt communiter, ac etiam ſequitur differunt propriè, ergo communiter, item ſequitur differunt magis propriè, ergo propriè.

Notādum, quod illa propoſitio. Vnũm vni opponitur, communiter accipitur a Philoſopho 1. perih. c. 5. vbi vult, quod vna negatio eſt unius affirmationis, quia negatio negat idem prædicatum ab eodem ſubiecto, de quo affirmatio affirmat. Sed cum ſecundum ueritatem, [vt exponit Anton. Andr.] Philoſophus ibi non intendat negare, quin unius affirmationis poſſint eſſe plures negationes ſeorſum, quarum quælibet eſt vna, quia huic affirmatiuæ, omnis homo eſt albus, opponitur hæc negatiua, nullus homo eſt albus, & hæc, quidam homo non eſt albus. Ideo illa propoſitio unum uni opponitur, non poteſt uerè accipi a tali loco, immo magis accipitur oppoſitum, ut patet. Potius ergo, dicendum eſt, quod accipit ex x. meth. tex. 14. & 17. vbi vult, quod uni plura contraria eſſe non cōtingit. Quod dupliciter ibidem probat Philoſophus.

vnũ vni opponitur, ex quo loco Phil. accipit.

Vnũ vni tñ opponitur

Primo, quia unius diſtantiæ ſunt tantum duo vltima, ſed contrarietas eſt quædam diſtantia ultimorum, cum ſit maxima, ergo &c. Secundo quia vnius differentiæ, ſunt tantum duo extrema, ſed contrarietas eſt, quædam una, & maxima differētia, ergo &c.

Reſp. ad 2. princ.

Reſponſio eſt negando minorem, eſt enim illa differentiæ diuiſio per oppoſita, cum membra illius diuiſionis opponātur. Et cum probatur, quod non, quia tunc vni plura opponerentur. Neganda eſt conſequentia, quia iſta duo membra [differentia communiter, & proprie ſumpta] ponūtur loco huius membri, ſcilicet differentia nō magis propria, & ita uni tantum unum opponitur, nam illa duo membra ponuntur loco vnius membri, quod ſubdiuidunt.

In hac ergo reſponſione Doctor duo facit. Primo declarat quomodo illa diuiſio differentiæ, ac cuiuslibet alterius debet reduci ad diuiſionem bimembrem.

Secundo declarat quare Porphyr. poſuit duo membra loco unius membri, quod ſubdiuiditur per ila duo membra. Litera patet quibuſdam notatis. Primo quod bonæ diuiſioni aſſignantur tres conditiones.

Diuiſionis bonæ cōdōnes

Prima; quod membra diuiſionis non coincidant inter ſe, vnde iſta non eſt bona diuiſio, guſtabilium aliud album, aliud dulce, nam idem guſtabile poteſt eſſe album, & dulce, ut patet de lacte.

Secunda, quod membra diuidentia diſiunctiuè ſumpta conuertantur cum diuiſo, vt animalium aliud rationale, aliud irrationale.

Tertia, quod membra diuidentia ſint poſitiua. Hancque vltimam conditionem dicit Mauritius dictam eſſe præcisè dè diuiſione generis in ſpecies. Vel ſi uniuerſaliter hæc conditio intelligatur de qualibet diuiſione, non tamen hoc poſtea eſt verum quo quo modo, quamuis enim membra diuiſionis debeant eſſe formaliter poſitiua, plerumq; tamen poſſunt circumloqui per negationes, vt patet de animali, quod diuiditur per rōnale, & irrationale, & de ente, quod diuiditur per in alio, & non in alio. Poſſumus etiam aliter dicere, quod cuiuslibet bonæ diuiſionis factæ, per duos terminos membra debent eſſe poſitiua, ſi nominum indigentia hoc non prohibet.

Diuiſionis mēbra dēt eſſe poſitiua.

Secundo notandum ex libro diuiſionũ Boetii, quod non ſemper omnis diuiſio, cuius membra ſunt termini poſitiui, eſt bimembris, quod contingit propter nominum penuriā, reducitur tamen ad bimembrem fingendo, ac circumloquendo nomina per negationem membri hẽntis nomẽ.

non oĩs diuiſio ē bimembris, pōt tñ reduci ad bimēbrē.

Vt patet diuidendo animal per rationale, & irrationale,& figuras[habentes tria latera, per æquales,& inæquales. Et hoc modo omnis diuiſio non bimembris debet reduci ad bimembrem.

Rñ. ad aliã ꝓbõnem minoris

Ad aliam probationem,neganda eſt minor, Ad cuius probationem dicendum, ꝙ ſi membra illius differentiæ diuiſionis ſumantur cum præciſione, vnum non ſequitur ad aliud. Sicut nec etiam diuiſionis ſequentis poſitæ a Porph. [vbi diuidit differentiam in facientem alteratum, & in facientem aliud] membra opponuntur, ſic quòd vnum ad aliud non ſequatur, niſi cum præciſione ſumatur alteratum. Non valet ergo iſta conſequentia, differunt magis propriè, ergo præciſe, differunt propriè. Differunt propriè, ergo præcisè differunt communiter, non ſequitur vt patet. Sicut nec etiam ſequitur, rationale facit aliud,ergo præcisè facit alteratum.

QVÆSTIO XXIIII.

Vniuerſalium Scoti.

An hæc ſit vera, ſortes ſenex differt a ſe ipſo puero?

Senex vñdicaẽ

HVius quæſtionis ordo ad præcedentem,ac ſequentem qõnem ꝓpatet ex iam dictis in ſuperiori quæſtione. Duo ſunt termini declarandi. Primus eſt ſenex,qui ſic dicitur a ſeneſco, quod eſt deficio,vnde dr̃ ſenex quaſi ſeminex, quia maiori ætatis ſuæ parte peracta,iam morti ꝓpinquior eſt. Propter quod dicit D. Aug. epiſt 90.quod ſenectus eſt vltima ætas. Et Seneca epiſt. 109. vult ſenectutem eſſe incurabilem morbum.Senectus vero eſt ætas ipſa ſenilis,quæ ſexta computari ſolet. Propter quod quidam putant ſenectutem ſic vocari a ſenario numero.

Eſt autem ſenectus via ad corruptionẽ, quæ eſt ſecundum naturam, vt colligere poſſumus ex dictis Ariſt 4.meteor.tex.cõ. 3.& 5 phy.tex.com.56.& ex libro de longitudine,& breuitate vitæ. Secundus terminus declarandus eſt puer, qui ſic dicitur quaſi purus aer, nam propriè a puritate denominatur. Et ſignificat illum,qui eſt in tenera ætate,quę pueritia dicitur. Eſt autem pueritia, quæ immediatè ſuccedit infantiæ, vt patet ex Auguſt. primo confeſſ. cap.8.Solet autem numerari pueritia a ſeptimo anno, vſque ad quartumdecimum. Vide multa in Iſidoro libro 11. ethymol. cap. 2.

Puer vñ ſic dicaẽ

Argũ ad opp.

Ad oppoſitum arguit Doctor auctoritate Porphyr.& ratione, quæ tenet per locum ab oppoſitis, & eſt talis. Omne ens omni enti comparatum, aut eſt idem, aut diuerſum, quia idem, & diuerſum immediatè opponuntur,circa ens, per Ariſt. 10. met.tex com.12.ergo ſortes ſenex,ut comparatur ad ſe ipſum puerum, aut eſt idem, vel diuerſum,ſeu differens a ſe ipſo. Non eſt dicendum, quòd ſortes ſenex, & ſortes puer ſint idem,quia tunc hæc affirmatiua, ſortes ſenex eſt ſortes puer,eſſet vera,quod eſt falſum, igitur eſt diuerſum, ſeu differens.

Ibi.Et hic ſumitur differens,&c.Doctor remouet quandam reſponſionem, nam quis concederet poſſet, quod ſortes ſenex eſt diuerſum,non tamen eſt differens a ſorte puero, quia non omne diuerſum eſt differens,vt patet a Philoſopho,vbi ſupra.

Reſpondet,quod hic accipitur differens large,vt eſt commune ad omne diuerſum. Notandum quod idem & diuerſum dicũtur opponi circa ens,quia non opponuntur contradictorie, vt docet Philoſophus, x.met.text.com.xi. & hinc eſt,quod alterũ ipſorũ non dr̃ neceſſario de non ente,quia non ens,nec eſt idem enti,nec diuerſum ab ente,ſed eſt non idem enti, nam idem, & non idem opponuntur contradictoriè, & tantum in contradictoriis ſemper altera pars eſt uera, tam de ente, quam de non ente.

Idẽ & diuerſum qũo opponunẽ

Ad qõnem reſpondet diſtinguendo ꝓpoſitionem illam [ſortes ſenex differt a ſe ipſo puero] ſecundum æquiuocationem differẽtiæ, declaratam in pręcedenti qõne.

Nam

Nam ſi differre ſumatur in communi, vt eſt actus differentiæ communiter ſumptæ, ſic propoſitio eſt vera, quia cum quodcunque accidens impediat omnimodam identitatem, ideo quodcunq; accidens facit aliquo modo differre. Et ita non erit inconueniens idem differre a ſe ipſo. Quod ſi obijcias, quia idem & diuerſum opponuntur circa ens, ergo cum ſortes ſenex, & puer ſit idem ſibiipſi, non erit differens, ſeu diuerſus a ſe ipſo. Dico, ꝙ idem & diuerſum, sũpta ſm idem, opponuntur circa ens, non autem ſi ſumantur, ſecundum diuerſa: modo ſortes ſenex, & puer eſt idem ſibiipſi ratione naturæ, differt autem a ſe ipſo rõne ſenectutis, & pueritiæ, quę faciunt differre cõiter. Si autem ſumatur differre, vt eſt actus dr̃iæ propriè, vel magis propriè, ſic ꝓpoſitio eſt falſa, vt patet ex rõne illarum differentiarum. Nam dr̃ia propriè ſumpta, facit differre propriè, & quod per illam differt ab aliquo, ſemper per illam differt, & dr̃ia magis propriè sũpta facit differre ſubſtantialiter: modo ſortes ſenex, nec ſubſtantialiter, ut patet, nec ꝓpriè, nec ſemper differt a ſe ipſo puero per ſenectutem, quia per adoleſcentiam poteſt differre a ſe ipſo puero. Notandum ꝙ cum accidentia, quibus aliqua differunt propriè, ſint coęua rebus, nec ex conſequentia res poſſint eſſe ſine illis, vt eſt de ſimitate naſi, & gibboſitate dorſi, ideo quod per aliquod tale accidens differt, ſemper differt per illud.

Obiectionis dilutio.

obiectio literalis. Sed hic eſt difficultas. non enim videtur illam propoſitionem eſſe diſtinguendam, cuius tamen oppoſitum hic dicit Doctor. Nam aut differre eſt analogum ad differre communiter propriè, & magis propriè, aut ſe habet ad illa, ut ad ſimpliciter, & ad ſecundum quid, ſi eſt analogum, ergo propoſitio eſſet neganda, vel concedenda, & non diſtinguenda, quia analogum poſitum ſine dictione diſtrahente ſtat pro famoſiori ſeu principaliori ſignificato. Si autem ſe habet ad illa, vt ad ſimpliciter, & ad ſecundum quid, cum ſibi addatur ſenectus, vel pueritia, quæ ſunt dictiones determinãtes ipſum ad differre, ſecundum quid, ergo propoſitio non erit diſtinguenda, quia illa ſolummodo eſt diſtinguenda propter æquiuocationem, in qua ponitur vox diuerſa ſignificans.

reſpõſio Reſpondeo, ꝙ ſi differre eſt analogum, non malè facit Doctor diſtinguendo illam propoſitionem. Nam quamuis analogum de rigore ſtet pro famoſiori ſignificato, quando non additur dictio diſtrahens, tamen ſecundum cõem vſum logicorũ ſæpè ſtat pro omnibus ſuis ſignificatis, & ideo ſępe diſtinguitur, vt dicit Tartar. 1. Elenc. q. 1. art. 2. dubio 3. Vel dicamus, quod duplex eſt analogũ, quoddam plura repræſentat, vt expediens, quod ſignificat expeditionem, quæ eſt in bonis, & vtilitatem, quæ eſt in malis, & iſta duo in voce non ſe habẽt, ut prius, & poſterius, quia hoc non eſt poſſibile ex parte vocis, vt dicit Scotus. q. 15. Elenc. Aliud tantum ſignificat unum, quod ſecundum diuerſa eſſe in diuerſis reperitur, vt eſt de ſano, qđ ſignificat humorum proportionem, quæ proportio eſt in animali, ut in ſubiecto, & in urina, ut in ſigno, & in dięta, vt in conſeruante. Analogum hoc ſecundo modo, non poteſt ſtare pro famoſiori ſignificato, quia non habet plura ſignificata. Analogum autem primo modo, quamuis de rigore ſermonis non ſtet pro famoſiori ſignificato, ut probat Doctor. q. 16. Elen. tamen ex uſu communiter loquentium põt ſtare pro ipſo. Si autem differre ſe habet ad illa, ut ad ſimpliciter, & ad ſecundum quid (quod quibuſdam magis verum uidetur.) Dicendum, quod per nullum immediatè, vel mediatè adiunctum poteſt determinari, aut cõtrahi, ut oſtendit Doctor de æquiuoco, q. 12. & 13. Elenc. Verum tamen eſt, quòd per immediatum adiunctum poteſt accidens manuduci per accidens, ac per quendam diſcurſum, vt accipiat terminum æquiuocum pro altero ſuorum ſignificatorum.

Analogũ quõ ſtat pro famoſiori ſignificato.

Analogũ dup.

Aequocũ quõ põt per tertium ĩmediate ſequẽtẽ, contrahi, & quõ nõ.

Tribus rationibus arguit ad negatiuam. Primo ſic omnis relatio actualis requirit extrema ſimul natura in actu, ſed differentia eſt relatio actualis, ergo requirit extrema in actu, ſed ſortes ſenex, & ſortes puer non ſunt ſimul natura in actu, quia quum ſortes eſt ſenex, non eſt puer, ergo propoſitio, quæ notat ſortem ſenem differre a ſe ipſo puero eſt falſa. Maior patet, nam cum relatio actualis ſit accidẽs relatiuum, quod nequit eſſe ſine ſubiecto, ſeu fundamento [quicquid ſit de accidente abſoluto] ideo ſi ſit relatio actualis, & eius ſubiectum,

Argm̃ 1. princ.

R 2 ſeu

ſeu fundamentum erit, & ſi eſt eius fundamentum, eſt etiam eius correlatiuum, quia relatiua ſunt ſimul natura, ergo quælibet relatio actualis habet extrema in actu. Minor patet, nam ſi differentia non eſſet relatio actualis, poſſet conuenire non enti, qđ tamē manifeſtum eſt eſſe falſum ex x. met. vbi ſupra.

2. reſpō. ad 1. pri. Ad hoc argumentum dupliciter reſpondet. Primo dicit, relationem actualem habere extrema in actu, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo in ratione exiſtendi, ſeu quantum ad actum exiſtendi. Alio modo, quantum ad actum referendi: duplex enim eſt actus. ſ. exiſtendi, & referendi. Relationis actualis extrema non eſt neceſſe, ꝙ ſint in actu primo modo, nam exiſtere accidit eis inquantum ſunt relatiua, vt dicit Scotus. q. 27. prædicam. Rō autem huius non eſt, quia exiſtentia ſit modus intrinſecus, vel quia ſit prædicatum accidētale. Sed rō eſt, quia exiſtentia non eſt rō, qua re relatiua referuntur, quod autem non eſt rō unionis extremorum, accidit eis inquantum vniuntur, vt alibi dictum eſt ex intentione Doctoris, igitur cum exiſtentia non ſit rō qua re relatiua referantur, accidit eis inquantū ſunt relatiua Ex his corriges Sarnanū hoc ī loco. Sed bene neceſſe eſt relationis actualis extrema eſſe in actu ſecundo modo, qa talis actus, ſeu tale eſſe, eſt proprium eis inquantum ſunt relatiua. Vnde [vt dicit Doctor vbi ſupra] non ſequitur de rigore ſermonis, pater eſt, igitur filius eſt, i. exiſtit, licet teneat, ſumendo eſſe, ut eſt propriū patris, inquantum. ſ. refertur, & conſimiliter dicendum eſt de eſſe filii. Eſſe namq; relatiui, ut relatiuum non eſt exiſtere, ſed eſſe ad aliud. Vnde ſicut de eo, qui genuit, ſemper eſt verum dicere, ꝙ genuit, & ꝙ eſt pater, ita de eo, qui genitus eſt, ſemper verum eſt dicere, ꝙ genitus eſt, licet non ſemper exiſtat. Igitur pater, & filius, & uniuerſaliter omnia relatiua, quæ mutuo referuntur, dicuntur eſſe ſimul natura, non quantum ad eſſe, quod eſt exiſtere, ſed quantum ad eſſe ad aliud Exemplificat Doctor de priori, & poſteriori, quæ non ſimul exiſtunt, tamen quantum ad rōnem referendi dicuntur ſimul eſſe Notandum ꝙ relatiua poſſunt accipi tripliciter. Vno modo pro fundamentis. Alio modo pro formali. Tertio modo pro fundamentis, vt ſunt ſub forma relationis. Primo modo relatiua non dicuntur eſſe ſimul natura: imo cauſa hoc modo ſūpta eſt prior, ſaltem natura, cauſato. Relatiua autem ſecundo, ac tertio modo ſumpta, ſi ſint mutua, ſunt ſimul natura. Verum tamen eſt, quod relatiua formaliter ſumpta, dicuntur eſſe ſimul natura, quantum ad eſſe ad aliud. At relatiua tertio modo ſumpta dicuntur eſſe ſimul natura, quantum ad actum, ſeu ad formam referendi, quia quando ponitur pater ſub paternitate, ponitur filius, ſub filiatione, dato etiam quod filius non exiſteret.

Actus duplex.

Relō actualis qūo requirit extrema ī actu.

Sarnani error.

Eſſe relatiui, vt relatiuū quid.

relatiuū triplic.

relatiua qūo ſimul natura.

Contra hanc reſponſionem eſt inſtantia poſita a Mauritio, nam ſi ſimultas requiſita ad extrema relationis actualis eſt ſimultas quoad eſſe ad aliud, ſeu quo ad actum referendi, & non quo ad exiſtere, ergo nulla eſt diſtinctio inter relationem actualem, & aptitudinalem Probatur conſequentia, nam differentia, quæ ponitur inter iſtas relationes eſt, quod relatio actualis requirit extrema actualiter exiſtentia, aptitudinalis autem non requirit terminum in aptitudine, igitur ſi actualis nō requirit terminum actualiter exiſtere, nulla erit differentia inter iſtas relationes.

Obiectio cōtra iſtā rñſionē

Nec valet dicere, quod relatio aptitudinalis nullo modo habet terminum, ut quidam dicere videntur. Quia quod intelligitur eſſe ad aliud neceſſario intelligitur habere terminum. Et propter hoc Franc. de May. 1. d. 3. q. 3. & 4. tenet relationem aptitudinalem, ac fundamentalem habere terminum.

Reſpondeo, & dico, quod reſpectus actualis, & aptitudinalis non differunt penes hoc, quod eſt habere, uel non habere terminum, quia quælibet relatio habet terminum. Nec differunt præciſè penes hoc, ꝙ eſt habere, uel non habere terminum actualiter exiſtentem, quia nō neceſſario relatio actualis habet extrema actualiter exiſtentia, ut dicit Doctor hic, & q. 27. prædicam. ſed differunt penes hoc, ꝙ eſt hr̄e terminum abſtrahentē a b actu, & a potentia, aut hr̄e terminum in actu, uel in potētia. Vnde terminus relationis aptitudinalis abſtrahit ab actu, & a potentia, nam relatio fundamentalis, & aptitudinalis non requirunt terminū in actu, uel in potētia, ſed tātum

Ralō actualis, & aptitudinalis penes qđ differūt

tum

tum quidditatem, ut dicit Fran. ubi ſupra.

Relatio autem actualis requirit terminũ in actu, vel in potentia. Aliter dico, ꝙ aliqua relatio poteſt dici actualis, aut ratione actualis exiſtentiæ vtriuſque extremi. Aut tantum ratione actualis exiſtentię fundamenti. Aut ratione actus referendi.

Relõ dr̃ actualis tripliciter.

Relatio uero poteſt dici aptitudinalis, aut ratione termini, aut ratione actus referẽdi. Illa dicĩ actualis primo modo cuius fundamentum, ac terminus actualiter exiſtũt. Illa dr̃ actualis ſecundo modo, quæ eſt actualis tantum propter fundamentum, & propter entitatem termini eſt poſſibilis. Vide multa exempla in Scoto. q. 13. quod in rñſione ad primum principale. Illa dr̃ actualis tertio modo cuius extrema ſunt in actu, quo ad rõnem referendi, vt dictũ fuit ſupra. Illa uero dr̃ aptitudinalis rõe termini, quę non habet terminum niſi in aptitudine, ſeu non niſi aptitudinaliter exiſtentẽ. Relatio aũt aptitudinalis rõne actus referendi, eſt fundm̃ conceptum, vt aptum natum recipere, vel fundare relationem realẽ, actualẽ, ſeu formalem. Vnde relatio actualis, ſeu formalis eſt, quæ actualiter informat fundm̃. Aptitudinalis autẽ eſt ipſum fundm̃, ut natum recipere relationẽ actualem, vt dicit Franc. 1. d. 7. q. 1. Ex his patet ꝙ ſimultas extremorum relationis actualis tertio modo [de qua hic loquitur Doctor] eſt, quo ad actum referendi. Nec extrema relationis aptitudinalis dñr eſſe ſimul hoc modo, vt patet, & ideo differunt relatio actualis, & aptitudinalis quãtum ad actum referendi. Aſſignantes autem dr̃iam penes entitatem termini, loquuntur de relatione actuali, & aptitudinali primo modo ſũpta.

Relõ dr̃ aptitudinalis dupliciter.

Relõ actualis, & aptitudinalis quid.

2. reſpõ. ad 1. prĩ.

Ibi. Aliter poteſt dici, &c. Ponit aliam reſponſionem ad idem argumẽtum primum principale, in qua declarat quõ extrema ſunt ſimul, ſi rectè aſſignentur. Dicit, ergò ꝙ ſortes puer non eſt per ſe extremum huius relationis, quæ importatur per hoc verbum differt, cum dicimus ſortem ſenem differre a ſe ipſo puero. Cuius rõ eſt, quia ſortes ſenex, & ſortes puer ſunt relatiua per accidens, ſunt autem relatiua per accidens, quæ non ſecundum ſuas formas dicuntur ad inuicem.

Pro quo notandum, quod relatiua dici ad inuicem poteſt intelligi, uel formaliter, vel fundamentaliter, ut album fundamentaliter eſt ſimile albo albedine, formaliter autem eſt ſimile ſimilitudine.

Relatiua dicũtur ad ĩuicẽ dupliciter.

Ibi. Sed ſortes puer, &cæ. Declarat, quod nam eſt extremum huius relationis, & ait illud eſſe, ſortes puer differens: extrema enim per ſe ſunt differens, & differens, ut dicit Doctor. quæſt. 17. prædicament. Quod probat, nã extrema relationis æquiparantiæ nominantur eodem nomine illius relationis, ſed differentia eſt relatio æquiparantiæ, ergo extrema eius debent nominari eodem nomine, quod nõ eſſet, niſi talia extrema eſſent ſortes, ſenex differens, & ſortes puer differens.

Ibi. Illud autem, &cæt. Dicit quod illud extremum, (ſcilicet ſortes puer differens,) eſt per ſe ſimul cum ſorte ſene differente: quia pro eodem tempore eſt hoc differens ab illo, & illud ab iſto. Non tamen ſequitur ex hoc, quod ſortes ſenex, & ſortes puer ſint ſimul, quia eſt fallacia figuræ dictionis arguendo ſic, vtrumque eſt, ſimul differens ab alio, ergo vtrumque eſt ſimul. Dubitat Mauritius, circa illud dictum Doctoris. Quod ſcilicet ſortes puer differens eſt per ſe extremum illius relationis.

Dubii dilutio.

Hoc enim non videtur uerum, nam relatio per ſe vna, habet unum per ſe extremum, at differentia eſt una relatio per ſe, igitur habet unum per ſe extremum, illud autem non eſt hoc totum, ſortes puer ſenex, quia hoc totum non eſt vnum per ſe

Reſpondet, quod illud primum aſſumptum (ſcilicet, quòd relatio per ſe una habes unum per ſe extremum) eſt verum de extremo formali, non de materiali, modo extremum formale eſt differens. Aliter dicit, quod addendo ſortem puerum ad ly differens, non aufertur per ſe vnitas extremi, quia additio fundamenti, vel termini reſpectiuo non arguit aggregatiuum per accidens. Aliter poſſumus dicere, quod relatio per ſe una, habet unum per ſe terminum, ac fundamentum propinquum, modo ſortes, & pueritia non ſe habent ſicut termini diuerſi, ſeu fundamenta propinqua diuerſa, ſed ſe habent ſicut terminus, ſeu fundamentum remotum, & propinquum, vnde ſortes poteſt poni terminus, ſeu fundamentum remotum, & pueritia propinquum.

Relõ per ſe vna habet p̄ ſe vnũ extremum

Argũ 2. princ. Secundo principaliter arguit. Si ſortes ſenex differt a ſe ipſo puero, ergo non eſt idem ſibi puero, ergo non eſt idem ſibi, qđ eſt manifeſtè falſum. Probat primam conſequentiam per locum ab oppoſitis, nam ad vnum oppoſitorum ſequitur negatio alterius oppoſiti, vt ſi eſt album non eſt nigrum, ſed idem & differens opponuntur, ergo ſi differunt non ſunt idem. Probatur ſecunda conſequentia per locum a ſuperiori, ſeu magis communi ad inferius, ſeu minus commune deſtructiuè. Nam arguendo a ſuperiori, ſeu magis communi, ſeu a toto in modo, ad inferius, ſeu minus commune, ſeu ad partem in modo negatiuè valet conſequentia: ſed in illa ſecunda conſequentia arguitur hoc modo, quia in illius antecedente negatur identitas vniuerſaliter, in conſequente autem tantum negatur identitas eiuſdem ad ſe, quia hoc tantum ſignificat illud conſequens vltimum, ergo &c.

Reſp. ad 2. princ. Reſpondet negando conſequentiam ſecundam, ſiue ly ſibi in conſequente referat tantum Socratem, ſiue referat hoc totum, ſortes ſenex: nã ſiue hoc ponatur, ſiue illud ſemper eſt fallacia conſequentis. ſi. n. ly ſibi referat tm̃ Socratem, non valet hæc conſequentia. Socrates ſenex non eſt idem ſibi puero, ergo non eſt idem ſibi, quia in antecedente negatur identitas reſpectu termini accidentalis, ſ. reſpectu ly puero: at in cõſequente negatur identitas reſpectu termini ſubſtãtialis, ſ. Socratis, qui terminus importatur per ly ſibi [poſito in cõſequente] qđ eſt relatiuum reciprocum identitatis, refert enim eandem ſubſtãtiam numero cum antecedente. Fit igitur fallacia conſequentis penes primum modum, quia ad diuerſitatem accidentalem non ſequitur diuerſitas ſubſtantialis, ſed è cõuerſo, nam diuerſitas accidentalis ſe habet, vt quoddam minus commune, & diuerſitas ſubſtantialis, vt quoddam magis commune. Eſt etiam fallacia figuræ dictionis, commutando quale in quid.

Sibi eſt relatiuũ reciprocum.

Ibi. Sed ſi ly ſibi, &c. Declarat quare nõ valet illa ſecunda conſequentia, dato ẽt ꝙ ly ſibi non referat tm̃ ſortem, ſed hoc totum ſortes ſenex. Notandum ꝙ relatiuum reciprocum referendo ſuum antecedens, qñq; poteſt referre totale ſubiectũ propoſitionis, qñq; partem principalem ſubiecti, & ideo ly ſibi poteſt referre, aut tantũ ſortem, aut hoc totum, ſortes ſenex, quod eſt totale ſubiectũ illius propoſitionis, de qua quæritur hæc qõ. Dicit ergo Doctor, ꝙ ſi ly ſibi in conſequente referat antecedens [ſ. ſortem] cum determinatione [ſ. cum ſenectute] ſ. hoc totum, ſortes ſenex, tunc patet conſequentiam non valere. Quia in antecedente, & conſequente negatur identitas reſpectu diuerſorum terminorum accidentalium, nam in iſto antecedẽte, ſortes ſenex non eſt idẽ ſibi puero, negatur identitas reſpectu pueritiæ, at in iſto cõſequente ſortes ſenex non eſt idem ſibi, i. ſorti ſeni, negatur identitas reſpectu ſenectutis.

relatiuũ reciꝓcũ quid refert.

Ibi. Vnde quod aſſumitur, &c. Reſpondet ad probationem illius conſequentiæ; negando quòd ſit argumentari a ſuperiori ad inferius negatiuè, imo potius eſt è conuerſo, nã in antecedente non negatur identitas vniuerſaliter, ſed tantum reſpectu huius termini ſortes puer.

Tertiũ ar. prĩc. Tertio principaliter arguit enthymematicè, inferẽdo per tres conſequentias quoddam manifeſtè falſum, quòd. ſ. Socrates eſt multa. Et ſic arguit, ſi Socrates ſenex differt à ſe puero, ergo ſortes ſenex, & ſortes puer differunt, ergo ſortes ſenex, & ſortes puer ſunt multa, ergo ſortes, & ſortes ſunt multa, ſed hoc conſequens eſt falſum, ergo & primum antecedens. Prima conſequẽtia probatur, in omnibus relatiuis æquiparantiæ tenet conſimilis conſequentia, quia relatiuum ęquiparantiæ æqualiter denominat vtrũq; extremum, unde ſequitur, ſortes eſt ſimilis Platoni, ergo ſortes, & Plato ſunt ſimiles, ſed differens eſt relatiuũ æquiparantiæ, ergo illa prima conſequentia eſt bona. Secunda conſequentia probatur per illam regulam, ante ꝓdicam. Qñ alterum de altero prædicatur, &c. ſequitur. n. eſt album, ergo eſt coloratum, ſed dr̃ia eſt ſpẽs multitudinis ꝑ Ariſt. 5. & 10. met. vt q. 15. declaratum fuit, ſequitur ergo, differunt, ergo ſunt multa, quia de quocunq; dr̃ dr̃ia, neceſſe eſt, vt de eodem dicatur multitudo. Tertiam conſequentiam probat, nã tenet conſequentia arguendo ab inferiori ad ſuperius, & a determinatione non diminuente ad deterĩabile affirmatiue, ſed ſenectus, & puerita ſunt dictiones non diminuẽtes.

relatiuũ ęquiparãtię ęqualiter denoĩat vtrũq; extremum

Etiam

Etiam ſortes ſenex ſe habet, vt inferius, ſeu minus commune reſpectu ſortis, igitur valet cōſequentia ſortes ſenex, & ſortes puer ſunt multa, ergo ſortes, & ſortes ſunt multa. De determinatione diminuente multa diximus ſupra q. 22.

Resp aliorū ad tertium princ.

Doctor rñdendo ad hoc vltimum argumentum. Primo ponit quorundam reſponſionem, qua impugnata, aliter reſpondet. Negant igitur quidam primam conſequentiam. Et rō negationis eſt, quia variat ſuppoſitio terminorum præponēdo, vel poſtponēdo negationem, at ly differt includit negationem, & in antecedente pręponitur ly a ſe puero, in conſequenti aūt poſtponitur. Pro intellectu huius literæ, quędā ſunt notanda. Primo quod negatio negans cōfundit, ac diſtribuit terminum ſequentem.

Negō negans qūo cōfundit, ac diſtribuit terminū ſequētem

Quod negationi credimus conuenire, non per ſe, & vniuerſaliter (quia aliter confunderet terminum ſingularem, puta ſortem, cum dicimus, non ſortes, quod eſt falſum) ſed per accidens, habet. n. virtutem diſtribuendi terminum communē cui præponitur, quia ad negationem termini cōis, ſequitur negatio cuiuslibet inferioris eius, ſi. n. aſinus nō eſt homo, nec eſt Socrates, nec Plato, & ſic de aliis. Secundo notādum, ꝙ differt, ſeu differens includit in ſe negationem, rōne cuius facit ablatiuos ſequentes rectos ab ipſo mediante hac præpoſitione a, vel ab, ſupponere confuſe, & diſtributiue, & hoc ſi illi termini ſunt diſtribuibiles, & non adſit aliquod impedimentum. Et dico notanter ſi ſunt diſtribuibiles, & non adſit impedimentum, quia in iſtis propoſitionibus, ſortes differt a Platone, ſeu ab iſto homine, nec Plato, nec homo diſtribuitur, quia ſortes non poteſt diſtribui, & ad hominem additur ſignum particulare. Ex hoc ſequitur, ꝙ hęc eſt falſa, ſortes differt ab homine, & iſta eſt vera, ſortes ab homine differt, quia in prima poſtponitur, & in ſecunda præponitur homo. Ex his patet litera, negant igitur nonnulli primam conſequentiam. Et hoc propter negationem incluſam in differt, propter quam variatur terminus quantum ad ſuppoſitionem, præponendo, vel poſtponendo ipſum, quia ſi poſtponatur ſupponit confuſe diſtributiue, quod non eſt verum ſi præponatur, quoniam negatio nō confundit niſi terminum ſequentem, &c. Quod autem varietur propoſitio quantum ad veritatem vel falſitatem, præponendo, aut poſtponendo ly differt, exemplo declarat. Pro cuius intellectu ſciendum, quod pręponendo negationem ſigno vniuerſali, ęquipollet ſuo contradictorio, &c. poſtponendo ipſam æquipollet ſuo contrario.

Cum igitur in ly differt includatur negatio, ideo dicendo, ſortes differt ab omni homine, ſenſus eſt, ſortes non eſt idem alicui homini, quod videtur eſſe uerum. At dicendo, ſortes ab omni homine differt, ſenſus eſt, ſortes nulli homini eſt idem quod uidetur eſſe falſum. Variatur ergo propoſitio quantum ad veritatem, vel falſitatem præponendo, aut poſtponendo ly differt.

Relatiua æquiparātiæ quotuplicia.

Ibi. Ad probationem, &cæ. Reſpondent ad probationem primæ conſequentiæ, & diſtinguunt de relatiuis æquiparātiæ, nam quædam ſunt in quibus non includitur negatio, vt ſimile, & alia huiuſmodi, & in illis valet talis conſequentia, &c. Quædam ſunt in quibus includitur negatio, vt differens, diuerſum, & alia huiuſmodi, in quibus non tenet conſequentia.

Ibi. Contra hoc, &cæt. Obiicit Doctor oſtendendo conſequentiam tenere in propoſito noſtro cauſa materiæ. Quia cum nihil referat præponere, vel poſtponere terminum ſingularem negationi, ex ſecundo Periher. [non enim variatur illius termini ſuppoſitio] ideo nihil refert præponere, aut poſtponere ly differt, ſorti. Et hinc eſt, quod non tollitur illa conſequentia propter id, quod dictum eſt. Tollitur tamen quando terminus eſt communis.

Rñſio Scoti.

Ibi. Ideo poteſt concedi, &cæt. Ponitur propria Scoti reſponſio, quæ eſt negando vltimam conſequentiam: nam non ſequitur, ſortes ſenex, & puer ſunt multa, ergo ſortes, & ſortes ſunt multa. Cuius negationis duplicem reddit rationem, ſimul reſpondendo ad eius probationem.

Prima eſt, quia eſt fallacia a ſecundum quid ad ſimpliciter, infertur enim multitudo ſimpliciter, ex multitudine, ſecundum quid, nam multitudo ſubſtantiæ, quæ eſt ratione diuerſorum accidentium,

eſt multitudo, ſecundum quid, at ſenectus, & pucritia ſunt diuerſa accidentia ſortis, igitur ſortes ſenex, & puer ſunt multa, ſecundum quid, ex quo (propter fallaciam iam dictam) non ſequitur, ergo ſortes, & ſortes ſunt multa, quia hic denotatur multitudo ſimpliciter, quæ eſt quātum ad ſubſtantiam. Dicit ergo Doctor. Ideo poteſt concedi illud ultimum conſequens, ſcilicet ſortes ſenex, & puer ſunt multa. Et nota, quod vocatur ultimum conſequens, non ſimpliciter, ſed reſpectiuè, quia in ordine ad primum, ponitur enim aliquando ſuperlatiuum pro comparatiuo, & ècontra: Aut dicitur ultimum inter ea quæ conceduntur a Doctore, nam concedit primum, & ſecundum conſequens, & negat tertium.

Litera exponit

Ibi. Quia illa determinatio, &c. Notandum eſt hic, quod diximus ſupra q. 22. in ſolutione primi principalis de determinatione diminuente, quæ non diminuit in ſe & abſolutè ſignificatum illius cui additur, ſed tantum reſpectu tertii, & ideo Doctor hic dicit. Quod illa determinatio [ſcilicet ly ſenex, & ly puer] in antecedente [ultimæ conſequentiæ, quod eſt ſecundum conſequens] reſpectu talis prædicati [id eſt reſpectu multitudinis, quæ eſt prædicatum illius antecedentis] diminuit a ſorte abſolutè [id eſt ab unitate ſimpliciter, & abſoluta ipſius ſortis, eo enim modo quo aliqua differunt eo modo ſunt multa, ſi ratione, ratione, ſi accidentaliter, accidentaliter, ſi re re.]

Ibi. Ideo non ſequitur, & cæt. Excludit probationem vltimæ conſequentiæ. Non enim eſt verum, quod iſta conſequentia teneat per locum ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiuè, quia ſortes ſenex, & ſortes puer non ſe habent ſicut inferiora ad ſortem, cum ſenectus, & pueritia non ſint dictiones per ſe contrahentes ſortem.

Ibi. Similiter in illo coniuncto, &c. Reddit aliam negationis conſequentiæ rationem, ſimulque reſpondet, ad aliam probationem illius cōſequentiæ, quæ erat, quod valet conſequentia a determinatione non diminuente, ad determinabile. Negat ergo Doctor illam conſequentiam tertiā, quia non licet argumentari a coniunctis, ſecundum accidens [ſiue ſubiectis, ſiue prædicatis] ad diuiſa, & maxime ubi alterum coniunctorum, eſt determinatio diminuens. Sed ſic eſt in propoſito noſtro, quòd ſenectus, & pueritia ſunt dictiones diminuentes, ac etiam faciunt vnum cōiunctum per accidens reſpectu illius prędicati multa, idcirco nulla eſt conſequentia, immo erit fallacia a ſecundum quid ad ſimpliciter. Pro huius literæ intellectu quædam ſunt notanda.

Primo quod quamuis intentio Ariſt. circa finem ſecūdi cap. 2. perihermenias ſit inueſtigare, quādo ex coniunctis poteſt vtraq; pars diuiſim inferri, & non quando altera tantum, ut quidam exiſtimant: tamen ex eodē loco colligere poſſumus, quando liceat alteram tantum partem inferre. Secundo notandum, ꝙ Philoſophus, vbi ſupra, ponit duas regulas, ex quibus cognoſcimus qñ non tenet, & qñ tenet conſequentia a coniunctis ad diuiſa. Prima eſt ꝙ qñ coniunctum conſtat ex partibus repugnātibus, ſeu qñ determinabile non poteſt prædicari de coniunctis, ſed eius oppoſitum contradictorium de illis prædicatur, non valet conſequentia ad diuiſa. Vnde nō ſequitur, ſortes eſt homo mortuus, ergo ſortes eſt homo, & eſt mortuus. Tum quia hoc coniunctum, homo mortuus conſtat ex partibus repugnantibus. Tum quia determinabile [ſ. ly homo] non poteſt prædicari de hoc coniuncto, homo mortuus, quia iſta falſa eſt, homo mortuus eſt homo, & iſta vera, homo mortuus non eſt homo. Vniuerſaliter ergo non tenet conſequentia à coniunctis ad diuiſa, qñ determinatio repugnans, alienans, ac diminuens additur ſuo determinabili. Secunda regula eſt, ꝙ qñ aliqua prędicantur de aliquo, ſecundum accidens, vel aliquid prædicatur de aliquibus, ſecundum accidens, tunc ex coniunctis non licet inferre diuiſa. Non enim ſequitur ſortem eſſe bonū, & eſſe cytharedum, ex hoc quòd eſt bonus cytharedus. Et per oppoſitum, quando coniuncta ſic ſe habent, quod unum non eſt determinabile, & aliud determinatio repugnans, alienans, vel diminuens, & totum coniunctum ineſt per ſe ſubiecto, ſic quòd vna pars non ineſt per alteram, vel prædicatum nōn ineſt vni parti ratione alterius, tunc licet ex coniunctis inferre diuiſa.

A cōiunctis ad diuiſa, qñ tenet cōſequātia.

Quòd

obiectio

Quod ſi obiicias, quia ſecundum Philoſophum, vbi ſupra valet hæc conſequentia, ſortes eſt homo albus, ergo ſortes eſt homo, & eſt albus, & tamen alterum coniunctorum (ſcilicet ly albus) dicitur de alio, ſcilicet de homine per accidens.

Per ſe, & p̃ accidẽs dupliciter.

Dico quod per accidens quandoque accipitur, vt diſtinguitur contra per ſe poſitiuè: & ita quod non ineſt per ſe primo, ſecundo, ac quarto modo (ſi quartus modus eſt modus inhærendi) dicitur ineſſe per accidens.

Quandoque ſumitur, vt diſtinguitur cõtra per ſe negatiuè, & ſic illud dicitur ineſſe per accidens quod ineſt per alterum, ſicut per oppoſitum illud dicitur ineſſe per ſe negatiuè, quod non ineſt per aliud. Hocque vltimo modo ſumitur per ſe, & per accidens a Philoſopho, vbi ſupra, & à doctore hoc in loco. Ex hoc patet quod albedo non ineſt ſorti per hominem, & ita non per accidens. Vlterior perſcrutatio horum, alias habet uideri. Ex his patet intentio doctoris in illa litera. Similiter in illo coniuncto &c.

intentio Scoti.

Ibi enim intendit declarare quod illud non eſt argumentari a determinatione nõ diminuente ad determinabile: ſed eſt argumentari a coniunctis per accidens ad diuiſa, a quibus non ualet conſequentia, ſecundum Philoſophum, vbi ſupra: & hoc ſiue illa coniuncta ſint ex parte prædicati, ſiue ex parte ſubiecti. Quod autem illud ſit argumentari hoc modo oſtendit doctor, declarando quomodo in hoc antecedente [ſortes ſenex, & ſortes puer ſunt multa] ſumitur ſortes ſecundum accidens reſpectu huius prędicati multa. Dicit igitur quòd. In illo coniuncto [ideſt in illo antecedente illius vltimæ conſequentiæ, quod eſt, ſortes ſenex, & ſortes puer ſunt multa, quod antecedens eſt propoſitio de ſubiecto coniuncto] ſumitur ſortes ſecundum accidens [ideſt non per ſe, & abſolutè, ſed per accidens, ſeu propter aliud] quia [ſumitur] ſecundum rationem alicuius [ſcilicet ſenectutis, & pueritiæ] quod ſecundum rationem talis prędicati [ideſt vt comparatur ad hoc prædicatum multa] eſt ſibi extraneum abſolutè [ideſt per ſe negatiuè] ſumpto. Vult dicere, quod hoc prædicatum multa ineſt ſorti per accidens, ſeu per aliud, quia ineſt ſibi per aliqua [ideſt per ſenectutem, & pueritiam] quæ non ſunt de ratione eius: & ideo nulla eſt conſequentia ſic arguendo, ſortes ſenex, & ſortes puer ſunt multa, ergo ſortes, & ſortes ſunt multa: ſed eſt fallacia à ſecundum quid ad ſimpliciter.

Lr̃a exponitur

QVÆSTIO XXV.

Vniuerſalium Scoti.

Vtrum differentia ſit qua ſpecies abundet a genere?

ORDO huius quæſtionis ad præcedentes patet ex dictis; ad ſequẽtem autem declarabitur infra. Duo termini relinquuntur declarandi.

Abũdare quotuplic.

Primus eſt abundare. Quod quandoque ſumitur comparatiuè, quandoque poſitiuę. Abundare primo modo eſt abundantius habere.

Et hoc modo non eſt verum, quod ſpecies abundet a genere differentia: quia ſenſus eſſet, ſpecies habet abundantius differentiam quam genus. Quod eſt falſum, cum genus careat differentia, ſeu non habeat differentiam. Abundare ſecundo modo, idem eſt quod habere aliquid.

à, & ab quotup.

Secundus terminus eſt à, vel ab; iſtæ namque præpoſitiones quandoque notant, tam cauſam efficientem, quam ſubiectum, & oppoſitum.

Verum tamen eſt, quod ab in idiomate Arabico potius notat cauſam efficientem, quam ſubiectum, & oppoſitum, vt ſcribit Auerr. primo phyſico. Commento quinquageſimooctauo.

Quandoque

Quandoque verò notant negationem, ſeu remotionem alicuius, vt accipitur primo Perher. cap. 4. vbi definitur negatio eſt enuntiatio alicuius ab aliquo. Hocque modo poteſt exponi illud dictum Saluatoris de publicano, quod ſcilicet deſcendit hic in domum ſuam iuſtificatus ab eo, ideſt a Phariſęo, quia ille deſcendit iuſtificatus, hic autem non. In propoſito noſtro non poteſt exponi, ut notat oppoſitum, ſicut patet. Nec vt notat cauſam efficientem, quia ſpecies non habet effectiuè differentiam a genere, cum genus nec formaliter, nec uirtualiter habeat differentiam. Dicimus ergo ſpeciem abundare differentia a genere. Aut quia ſpecies habet differentiam a genere, eo modo quo compoſitum dicitur habere formam a materia. Aut qa genus non habet differentiam actu, quam tamen habet ſpecies.

Vtrum iſta defõ conueniat dñiæ ſũptæ ꝓ 2. intentione. Doctor tenet hanc definitionem differentiæ eſſe conuenienter datam. Ad quod adducit Porphy. auctoritatem. Antequam ulterius procedamus inquirendum eſt, vtrum hic definiatur differentia ſumpta pro ſecunda intentione? Dicit Mauritius quod quamuis hæc definitio principalius, & expreſſius intelligatur de fundamentis: poteſt tamen in actu ſignato uerificari de ſecundis intentionibus, vt ſupponunt pro fundamentis, vt etiam dicit doctor infra quæſt. 27. Et tunc ſic poteſt exponi hæc definitio. Differentia vt intentio, eſt qua, non vt forma informante, nec intrinſecè conſtituente, ſed qua vt intentione applicabili ei quod eſt principium formale intrinſecum, formaliter, & actualiter incluſum in ſpecie (ſumpta vt ſupponit pro fundamento) abundat ſpecies a genere ſupponente pro fundamento: & ita differentia, ſpecies, & genus ſumuntur pro ipſis intentionibus concretiuè ſumptis, ac ſupponentibus pro ſuis fundamentis. *Mauritij expoſitio.*

Expoſitio Ocã. Ocham in logicam, parte prima, capit. 23. ſic exponit hanc definitionem. Differẽtia eſt qua, &c. ideſt differerentia ponitur in definitione ſpeciei, & non in definitione generis: eſt enim differentia prædicabile proprium alicui, quod debet eſſe pars definitionis illius. Quidam alii ſic exponunt, differentia eſt qua, &c. ideſt, eſt vniuerſale ponibile in definitione ſpeciei connotans partem eſſentialem, & non ponibile in definitione generis illius ſpeciei. Ant Andreas dicit, quod abundare a genere ponitur pro conſtituere ſub ratione propria differentiæ: quod eſt conſtituere ſpeciem, ut differentia, & non vt genus. Et tunc ſic exponitur a Scoto infra quæſt. 27. Differentia eſt qua, &c. ideſt differentia eſt quæ cum genere conſtituit ſpeciem. Aliter ergo dicerem, quod hic definitur intentio differentiæ per ſuum fundamentum, & terminum Pro cuius intellectu quædam ſunt notanda. *Scoti, ac Ant. Andr. expoſitio.* *Auctoris expoſitio.*

Primò quod illud relatiuum, qua, poſitum in definitione differentiæ, dat intelligere, ſeu refert fundamentum differentiæ, quod eſt forma, uel realitas vltima, ac eſſentialis.

Secundò notandum, quod differentia (vt eſt ad propoſitum noſtrum) poteſt cõſiderari tripliciter, ſcilicet vt vniuerſale, vt conſtitutiua, & vt diuiſiua; conſtituere enĩ & diuidere conueniunt intentioni, quę eſt differentia, in actu ſignato. Differentia vt eſt vniuerſale refertur ad ſubiectum, de quo dicitur, vt ad correlatiuum ſui generis: ſpecies enim dicitur ad idem ad quod dicitur ſuum genus, ex quarto Topi. igitur cum differentia ſit ſpecies vniuerſalis, & vniuerſale dicatur ad ſubiectum, ſeu de ſubiecto, ideo & differentia dicitur ad ſubiectum. At differentiæ correlatiuum inquantum conſtitutiua ſpeciei, eſt ipſa ſpecies, non inquantum ſpecies, ſed inquantũ conſtituta per differentiam. Correlatiuum verò differentiæ, inquantum eſt diuiſiua generis eſt ipſum genus, ut habet rationem diuiſi. *Differẽtia põt cõſiderari tripliciter.* *Correlatiuũ differentiæ qđ eſt.*

Tertiò notandum, quòd hæc definitio dicitur de differentia inquantum eſt conſtitutiua ſpeciei.

Quartò notandum, quod cum fundamentum, & terminus harum intentionum ſit res, & non intentio: ideo ly ſpecies ſumitur pro ſubſtracto, & non formaliter.

Sextò notandum, quòd abundare ſignat in intentionibus, quod exercet habere in actu tanquam partem vltimatè, ac eſſentialiter conſtituentem. Ex his patet quòd hæc differentiæ definitio poteſt ſic expo-

exponi. Differentia eſt qua, &cæt. id eſt ſpecies habet formam, ſeu realitatem a qua ſumitur differentia, tanquam partem conſtituentem ipſam eſſentialiter, ac ultimatè, quam realitatem non ſic habet genus: & ideo dicimus ſpeciem abundare a genere differentia.

Ibi. Dicendum quod ſpecies. &c. Reſpõdet ad quæſtionem, declarando hanc differentiæ definitionem eſſe conuenienter datam, ex hoc quod ſpecies habet differẽtiam eſſentialiter, quod non eſt poſtea verum de genere.

Corpus qõnis.

Et duo facit. Primo oſtendit ſpeciem habere actualiter, & eſſentialiter differentiam.

Secundo oſtendit dupliciter, hoc non eſſe verum de genere. Secundum ibi. Et non de intellectu, &c. ex quibus infert ſpeciem abundare, differentia a genere. Pro intellectu huius literæ duo ſunt notanda.

Notãdũ

Primo quòd abundare, de quo eſt hic ſermo, eſt abundare in re, ſeu realitate eſſentiali. Et ideo non eſt verum, quòd hæc definitio conueniat proprio, vel accidenti, quia ipſo proprio, ſeu accidente non abundat eſſentialiter ſpecies a genere; quia abundare in proprio, vel in accidente, nõ eſt abundare in re eſſentiali.

Secundò notandum, quòd includere plura alio ſecundum potentiam, non eſt abundare ab alio, ſeu vltra aliud. Sicut pauper quamuis ſit in potentia ad habendum plures diuitias, quam habeat diues, non tamẽ dicitur abundantior diuite. Ex his patet, ꝙ doctor potuiſſet oſtendere hanc differentiæ definitionem eſſe conuenienter datã, oſtendendo ſpeciem in actu, & genus in potentia includere differentiam; quia ex hoc ſequitur ſpeciem abundare a genere in differentia. Tamen voluit oſtendere hanc definitionem eſſe cõuenienter datam, ex hoc quòd differentia conuenit eſſentialiter ſpeciei, & non generi. Et hoc facit doctor, vt ſimul innuat quomodo intelligẽda eſt illa definitio.

Primum ergo ſic probat. Quicquid ponitur in definitione, exprimens per ſe intellectum definiti, eſt de intellectu definiti, ſed differentia ponitur in definitione ſpeciei, & exprimit per ſe intellectum ipſius ſpeciei, ergo differentia eſt per ſe de intellectu ſpeciei. Maior patet; nam definitio exprimit totum per ſe intellectum definiti, quia aliter non conueniret primo, & adequatè definito. Et nota, quod addo in illa maiori, exprimens per ſe, &c. propter id qđ ponitur in definitione, vt additum. Minor patet, definitio enim conſtat ex genere, & differentia, ſexto Topic. & ſeptimo metaphy.

Ibi. Et non de intellectu, &cæt. Oſtendit duplici ratione ſecundum, ſcilicet quod genus non includat eſſentialiter differentiã. Nam ſi differentia eſſet de intellectu generis, ergo genus per ſe prædicaretur de differentia, uel è conuerſo, quorum vtrumque eſt falſum. Quod genus non prædicetur ꝑ ſe de differentia patet ex his, quæ diximus in ſuperioribus quæſtionibus. Quod autẽ differentia non prædicetur per ſe de genere probatur. Nam ſicut ſe habet materia ad formas, ſic ſe habet genus ad differentias, genus enim eſt ſimile materiæ, vt ſæpius dictum eſt: ſed nulla forma eſt de eſſentia materiæ, ergo nec aliqua differentia eſt de eſſentia gñis Minor patet, ꝗa ſi aliqua forma eſſet de eſſentia materiæ, tunc materia nec poſſet cognoſci, nec oñdi ꝑ negationẽ omnium formarum: quod repugnat dictis Ariſt. 10. met. tex. Commen. 14. nihil enim poteſt cognoſci, ac oſtendi per negationẽ illius, quod eſt de eius eſſentia. Item cum non ſit maior ratio de vna differentia, quã de alia, quod ſcilicet prædicetur per ſe de genere, igitur ſi vna prædicatur per ſe de genere, & alia ſimiliter prædicatur per ſe de genere, ſed hoc eſt impoſſibile, quia contraria non poſſunt ſimul in actu ineſſe eidem. 5 phy. Commen 6. & 52. & 4 metaph. text. Commen. 20. differentię autem quib. genus diuiditur ſunt contrariæ. 7. metaph. tex. Commen. 52. ergo, &c. Item ad hoc eſt auctoritas Auerr. 10. metaph. Commen. 24. vbi habet hęc verba. Et intendebat declarare, quod in genere nihil eſt in actu; ita qđ diceretur, aut eſt idem cum forma exiſtente in eo, aut aliud.

Differẽtia non prædicatur ꝑ ſe de gñe.

Ibi. Et nugatio eſſet, &c. Ponit ſecundã rationem ad probandum quod differentia non eſt de per ſe intellectu generis: quæ ratio patet ex his quæ diximus ſupra de nugatione. Mauritius obiicit, quia differentia poteſt, propter quid demonſtrari de genere

re per ſpeciem, ergo differentia prædicatur per ſe de genere. Cui tripliciter reſpondet. Vide ipſum.

Argm̃ 1. princip. Duabus rationibus arguit ad partem negatiuam. Primo ſic, quod abundat ab alio eſt in plus illo, ſed ſpecies non eſt in plus, quam genus, ſed è conuerſo, ergo ſpecies non abundat a genere. Argumentum eſt in barocco. Maior patet ex interpretatione huius, quod eſt abundare. Minor probatur per Ariſto. in prædicam. capit. de ſubſtantia proprietate tertia. Vbi dicit, quod animal plus complectitur quam homo.

Eſſe in pl⁹ quotupli. Reſpondet quod eſſe in plus eſt duplex, aut ſecundum continentiam actualem, ſeu formalem, aut ſecundum continentiam potentialem, ſiue ſecundum indifferentiã. Species eſt in plus, quam genus primo modo, quia plura actualiter, & formaliter continet.

Secundò verò modo, genus eſt in plus ipſa ſpecie, & ſic intelligitur philoſophus, vbi ſupra. Notandum quod doctor reſpondet hic argumento, ac ſi abundare ſumeretur in illa definitione differentiæ comparatiue. Sed ſecundum veritatem debet accipi poſitiuè. Quia cum comparatiuus præſupponat poſitiuum, & quod magis, & minus dicitur, & ſimpliciter dicatur, ſecundo Top cap. 4. neceſſe eſt enim quod id ſecundum quod fit comparatio inſit eodem modo extremis, quia paries formaliter albus, non dicitur magis, vel minus albus pariete albo ſolum in potentia: vt etiam ſupra exemplificauimus de paupere, & diuite. Igitur cum non eodem modo inſit differẽtia generi, & ſpeciei, non poſſumus dicere propriè loquendo ſpeciem eſſe in plus quã genus, vel è conuerſo, nec ex conſequenti verum eſt, quod ſpecies abundet a genere in differentia, ſumendo abundare comparatiuè. Et ſecundum hoc poſſumus reſpondere ad argumentum negando maiorem, ſumendo abundare poſitiuè: prout idem eſt, quod aliquid habere.

Alia reſponſio.

Genus an cõtinet differentias actualr̃. Sed hic difficultas inſurgit contra iam dicta. Videtur enim quod genus contineat differentias ſecundum continẽtiam actualem. Nam doctor dicit infra in hac quæſtione, non eſſe inconueniẽs oppoſita in actu ineſſe eidem genere. Item genus continet actualiter, vel ſaltem vnitiuè, & non potẽtialiter, quod eſt ſibi identificatum realiter, ſed differentiæ identificantur realiter generi, ergo &c. Maior probatur, quia quod genus continet potentialiter, ſeu permiſſiue, poteſt illud non continere, ſed nõ poteſt non continere quod eſt ſibi identificatum realiter: quia aliter ſequeretur, quod genus ſimul eſſet, & non eſſet. Minor patet ponendo quod genus, & differentia ſumantur a diuerſis realitatibus. Ad oppoſitum eſt Philoſophus, ſeprimo metaphy. Comm. 42. vbi dicit, quod genus non participat differentias, quia idem ſimul participaret contrariis, differentiæ enim, quibus genus differt, ſunt contrariæ.

Oppoſita inſũt actu eidẽ gñe. Ad primum dico, quod doctor ſic debet intelligi, oppoſita in actu inſunt eidem genere, id eſt illis, quæ ſunt eiuſdem generis: rationalitas enim, & albedo inſunt actu homini, & irrationalitas, ac nigredo actu eſt aſino, at homo, & aſinus ſunt eiuſdem generis.

Non ergo dicit doctor oppoſita in actu ineſſe eidem generi, ſed eidem genere, vbi genus accipitur non vt ſubiectum oppoſitorum, ſed vt determinatio identitatis. Ad aliud dico, quod maior eſt falſa, non. n. eſt vniuerſaliter verum, quod continens aliquid realiter, ſeu ut realiter ſibi identificatum, contineat illud actualiter, ſeu præciſè vnitiuè, ſic quòd non potentialiter. Nã quamuis hoc ſit verum de identitate reali, quæ eſt inter extrema, ratione infinitatis vtriuſque extremi, uel alterius tantum extremi, ut ſæpe dicit doctor in primo ſentẽtiarum. Non tamen hoc eſt verum de identitate reali, quæ eſt inter extrema ratione identitatis in tertio, uel ratione alicuius alterius. Modo genus, & differentia identificantur realiter ratione identitatis in tertio, ideo non ſequitur quod genus contineat differentiam actualiter, & non potentialiter.

Aliter etiam dico, quod continere actualiter poteſt accipi dupliciter. Vno modo vt idem eſt, quod continere entitatiuè, & realiter, ſeu actualiter vnitiuè. Alio modo vt idem eſt quod continere formaliter. Et per oppoſitum continere potentialiter ſumitur, vno modo ut idem eſt quod non continere actualiter vnitiue, & poſſe ſic continere.

Alio

Alio modo vt idem eſt quod continere ſubiectiuè, & indifferēter, q̃ũ eſt ex ſe. Continere aliquid actualiter, & poẽl'r primo modo opponuntur. Sed non opponuntur, cõtinere aliquid actualiter primo modo, & potentialiter ſecundo modo: nec ſequitur idem ſimul eſſe, & non eſſe. Igitur quod identificatur realiter alicui continetur actualiter in illo, primo modo, & non potentialiter primo modo: cum hoc tamen ſtat [niſi infinitas impediat] quod poſſit contineri in illo potentialiter ſecundo modo.

An gñs cõtineat formal'r dñas.

Pro vberiori notitia horum poteſt ulterius quæri. An genus contineat aliquo modo formaliter differentias? Breuiter reſpondeo ponendo duas diſtinctiones. Prima eſt quod formaliter poteſt accipi dupliciter. Vno modo ut idem eſt quod quidditatiuè, ſicut ſumitur cum dicimus, animal eſſe idem formaliter homini, & cum dicimus ſuperius prædicari formaliter de inferiori. Alio modo accipitur vt diſtinguitur contra uirtualiter, ſeu potentialiter quemadmodum dicimus ignem eſſe formaliter calidum, & ſolem eſſe uirtualiter calidum, & corpus non uiuum [quod tamen eſt in potentia vt poſſit eſſe viuum] eſſe potentialiter viuum.

Formaliter dupliciter.

Genus dupl.

Secunda diſtinctio eſt, quod genus poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo vt indeterminatum. Alio modo vt contractum, & vt communicans eſſe totius. Genus, quocunque modo ſumatur, non continet formaliter quidditatiuè differentias, conceptus enim animalis eſt neuter formaliter ad rationale, & irrationale, & vniuerſaliter conceptus communis duobus, eſt neuter formaliter ad illa, ut dicit Scotus, primo, diſtinctione octaua, quæſtio. tertia, reſpondendo ad confirmationem primi argumenti Henrici. Sumendo verò genus primo modo, & formaliter ſecundo modo, dicendum eſt quod genus non continet formaliter differentias, ſicut nec etiam materia[vt indifferens, & indeterminata ad formas oppoſitas] continet formaliter formas: & hoc etiam modo conceptus generis poteſt dici formaliter neuter ad differentias.

Conceptus generis, ac cuiuslibet cõis qũo eſt formal'r neuter.

Si autem tam genus, quam formaliter ſumantur ſecundo modo, ſic dico, quod genus continet formaliter differentias; illud enim quod concipitur non eſt neutrum, ſed verè eſt alterum diuidentium: quia nullus conceptus dicitur ita neuter, quod neutrum contradictorium dicatur de eo, ut docet Scotus vbi ſupra. Quod ſi vlterius quæras. Vtrum genus vt eſt indeterminatiuũ, & vt prius differentiis, diſtinguatur realiter de ipſis. Dico quod ex hoc genus eſt prius differentiis, ac indifferens, ſeu indeterminatum quantum eſt ex ſe ad illas: ſeu ex hoc quod natum eſt eſſe, ita ſub una differentia, ſicut ſub alia; non ſequitur genus realiter diſtingui a differentiis. Verum tamen eſt, quod genus vt eſt contractum, ſeu ut eſt actu ſub una differentia, ratione illius diſtinguitur realiter ab alia differentia; & ita genus, non ratione ſui, ſed ratione differentiæ ſub qua eſt actu, diſtinguitur realiter ab altera differentia.

2. Argm princip.

Secundo principaliter arguit ſic. Abundans in aliquo habet illud, ſed ſpecies non habet differentiam, ergo non abundat in differentia a genere. Minor probatur: nam ſi ſpecies haberet differentiam, ergo illam haberet; aut a nullo, aut a ſe, aut a genere. Non a nullo, quia ex nihilo non fit. Non a ſe, quia nihil facit ſe eſſe in actu. Non a genere, tum quia aliter genus haberet dñam: & ita ſpẽs non abundaret in differentia a genere. Conſequentia patet, quia nihil dat q' nõ hẽt. Tum quia ſi genus daret unam dñam uni ſpẽi, pari ratione daret alteram differentiam alteri ſpeciei: ſed hoc uidetur inconueniens, quia tunc genus haberet differentias oppoſitas, at oppoſita ſimul eſſe nequeunt. Reſpondet quod ſpecies habet differentiam a genere, vt dicit Porph. genus tamen habet differentiam tantum in potentia, & ſpecies in actu.

Reſp. ad hoc arg.

Ad primum inconueniens dicendum, quod ſpecies non dicitur abundare a genere in differẽtia, quia genus nullo modo habet differentiam, ſed dicitur abundare quoad modum habendi, qui eſt actu habere; & ita ſpecies dicitur abundare in differentia, ideſt perfectius habere differentiam, quam genus. Ad aliud inconueniens dicendum, quod non eſt inconueniens oppoſita ſimul ineſſe eidem in potentia.

Contra

Contra primum obiicit, quia a nullo poteſt aliquid verius haberi, quam illud in ſe habeat, ſed genus habet differẽtiam tantum in potentia, & ſpecies in actu, ergo ſpecies non poteſt habere differentiam a genere.

Contra ſecundum obiicit reducendo ad hoc impoſſibile, quod oppoſita ſimul in actu ineſſent eidem. Contra vtrumque ſimul obiicit, oſtendendo differentiam eſſe actu in genere, quia prędicatur de genere mediante hoc verbo eſt: hæc enim eſt vera, animal eſt rationale.

Reſp. ad 2. princ. Reſpondet ſuſtinendo iam datas reſponſiones. Et primo declarat a ſimili de compoſito naturali, & phyſico, a quo ſpecies [quæ eſt compoſitum metaph.] habet differentiam. Dicit ergo, quod compoſitũ naturale, hẽt formam a materia, & ab agẽte diuerſimodè tñ: nã a materia, inq̃tũ eſt in potentia per ſe ad formã cõpoſitũ hẽt formam in potentia, & non in actu. Quod poteſt probari ſic. Nihil poteſt habere aliquid in actu ab eo quod de ſe eſt in potentia paſſiua, & contradictionis, ſed materia de ſe eſt in potentia paſſiua, & contradictionis ad formam, ergo compoſitum non poteſt habere formam in actu a materia, ſed tantum in potentia. Et ideo dicimus, quod quando materia eſt, eſt etiam forma compoſiti, ſaltem in potentia. Dicimus quoque propter hoc idem, agens educere formam de potentia materiæ. Ab agente autem compoſitum habet formam in actu, quia agens actu inducit formam in materiam. Probatur cauſalitas cauſæ materialis, & formalis dicit imperfectionem ſimpliciter, & ideo cauſalitas materię, & formæ non eſt ſimpliciter prima, ſed neceſſario præſupponit cauſalitatem priorem, ut dicit doctor in primo, diſtinctione quinta, quæſtione ſecunda, & diſtinct. octaua, q. 1. ac alibi, ſed illa cauſalitas prior, eſt cãlitas cauſæ efficientis: quia finis non agit, niſi inquantum amatus, & deſideratus mouet efficiens ad agendum: ergo compoſitũ habet formam in actu ab agente: quia habere formam ab aliquo in potentia, eſt habere formam ab illo, tanquam a materia.

Compoſitũ naturale a quo hẽt formã. Cõpoſitũ quõ hẽt formam a materia. Compoſitũ quõ hẽt formam ab agente.

Notandum quod compoſitum actualiter habet formam a fine, ab agente, & ab ipſamet forma, diuerſè tamen. Nam a fine habet occaſionaliter: ab agente effectiuè: & a forma formaliter, non enim forma poteſt reducere effectiuè materiam ad actum formæ, & hoc inquantum eſt forma, quia vt ſic non reducit materiam ad actum formalem, niſi formaliter actuando ipſam materiam. Propter quod tenet doctor in quarto ſententiarum, quod anima ſeparata non poteſt vnire ſe effectiuè corpori.

Compoſitũ hẽt formam actualiter a fine, ab agente, & a forma. Forma nõ educit effectiuè materiã ad actum. Aĩa ſeparata nõ põt vnire ſe corpori.

Ibi. Ad primum contra hoc, &cęt. Reſpondet ad primam replicam, concedendo ſpeciem non habere differentiam in actu a genere, nam genus non habet illam in actu, ſed tantum in potentia. Contra, quia ſi genus haberet differentias tantum in potentia, ergo poſſet illas habere, & non habere: quod eſt falſum, ut patet, quia genus, & differentia identificantur realiter. Conſequentia probatur, nam potentia paſſiua, eſt potentia contradictionis, qua res poteſt eſſe, & non eſſe. 9. metaph. tex. Commen. 17.

Genus an ſit in poã ad drĩas.

Reſpondeo, quod genus vt eſt prius differentiis eſt in potentia contradictionis; nõ realiter [nam aliter eſſet in potentia contradictionis reſpectu ſui ipſius] ſed formaliter [quia ſic non habet differentiam, ut diximus ſupra] & eſt in potẽtia reſpectu huius, vel illius differentiæ; quia ex ſe nõ magis determinatur ad vnam, quam ad aliã. Quod ſi quęras an genus quantum eſt ex ſe ſit in potentia contradictionis reſpectu differentiæ. Dico quod non, nam potentia contradictionis eſt potentia neutra, at genus quamuis ſit in potentia neutra reſpectu huius, uel illius differentię, ſicut & materia eſt in potentia neutra ad hanc, vel illam formam: non tamen eſt in potentia neutra ad differentiam, ſicut nec materia ad formam, quia nihil eſt in potentia neutra ad id, ad quod naturaliter inclinatur, modo tam genus, quam materia naturaliter inclinantur, illud ad differentiam, & hęc ad formam, ſicut imperfectum naturaliter inclinatur ad ſuam perfectionem.

Genus quõ ẽ ĩ poã contradictionis reſpectu drĩæ, & qũo nõ.

Et ſi vlterius quæras, quare genus non poteſt per aliquam potentiam eſſe ſine differentia, cum tamen per diuinam potẽtiam materia ſine forma, & ſubiectum ſine accidente, ſaltem abſoluto, eſſe poſſit.

Genus quarẽ nõ põt eſſe ſine differentia.

Dico quod dato etiam pro nunc quod

potentia generis reſpectu differentię ſit potentia contradictionis; non tamen eſt ſimile de genere reſpectu differentiæ, & de materia reſpectu formæ, quantum ad hoc, quod eſt eſſe ſine forma, ac ſine differentia.

Tum quia indifferentia materię reſpectu formę eſt accidentalis, & contingens, at indifferentia generis reſpectu differentiarum eſt neceſſaria, & inſeparabilis. Tum quia altera differentiarum neceſſario concomitatur genus, & fortè neceſſario conſequitur ipſum. De quo magis alias erit ſermo.

Ibi. Ad ſecundum poteſt, &c. Reſpondet ad ſecundam replicam. Et nota bene, quod doctor hic non dicit, oppoſita in actu ineſſe eidem generi, ſed dicit, eidem genere; ut ſupra notaui.

Potētia duplic. Ibi. Vel aliter quod potentia, &c. Ponit aliam reſponſionem ad eandem replicam, quę eſt diſtinguendo de potentia. Poteſt enim accipi dupliciter. Vno modo, vt dicit ordinem ad actum, de qua multa diximus ſupra q 18.

Alio modo pro ipſa indeterminatione, ſicut enim quod proprie determinat dicitur actus ex ſeptimo metaph. tex. Commen. 49. ita quod ex ſe eſt indeterminatū dicitur eſſe in potentia. Modo illa propoſitio, omnis potentia eſt reducibilis ad actū eſt vera de potentia primo modo ſumpta, & non eſt neceſſario vera de potentia ſecundo modo ſumpta: genus autem reſpectu differentiarum eſt in potentia ſecundo modo. — Omnis poā ē reducibilis ad actum.

Notandum quod ſicut materia prima in ſe conſiderata non eſt principium diſtinctionis, nec determinationis, nam in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum, ſeu determinatum, ut patet primo meta ſecundum translationem Arabicam, in tex. Commen. 17. ita nec genus quod eſt propoſitionale materiæ in ſe conſideratum, erit principium diſtinctionis, ſeu determinationis.

Ibi. Per hoc ad aliud, &c. Reſpondet ad vltimam replicam, & tria facit. Primo oſtēdit iſtam eſſe veram, animal eſt rationale. Secundo declarat quomodo eſt vera. Tertio reſpondet illi replicæ. Secundum ibi. Sed non eſt, &c. Tertium ibi. Non eſt enim, &c. Concedit igitur doctor hanc propoſitionem, animal eſt rationale. Cuius ratio eſt, quia ſua contradictoria eſt falſa, ſcilicet nullum animal eſt rationale. Notādum quod contradictio [quæ eſt prior aliis oppoſitionibus, ut probat Franciſcus primo, diſtinct. octaua, quęſt. ſecunda] eſt aptiſſima ad inquirendam ueritatem, & falſitatē propoſitionis, quia omnis propoſitio habet, uel habere poteſt contradictoriam. propter quod Philoſophus, ſeptimo Top. ca. 9. docet, quod propoſitio, & problema facilius deſtruitur per contradictionem inuentam in ipſo, ſed difficulter conſtruitur. — Cōtradictio ē aptiſſima ad inquirendam veritatē, & falſitatem propoſitionis.

Sciendum tamen contradictoria eſſe in duplici differentia, quædam ſunt complexa, quædam incomplexa. Complexorum alia ſunt de ſubiecto ſupponente diſcrete: ſuntque ſingularis affirmatiua, & ſingularis negatiua de extremis, & copulis ſynonimis: vt ſortes currit, ſortes non currit. Alia ſunt de ſubiecto ſupponente communiter, ſeu communiter tento: & ſunt uniuerſalis affirmatiua, & particularis, ſeu indefinita negatiua, uel vniuerſalis negatiua, & particularis, ſeu indefinita affirmatiua, de extremis, & copulis ſynonimis. Contradictoria incomplexa ſunt quorum vnum eſt poſitiuum, & alterum implicans id cum negatione infinitante, vt homo non homo. Quot ſint conditiones contradictionis declarat Philoſophus, ſecundo Elen. capit. 9. & Scotus. 4. diſtinct. decima, quæſt. quarta, & D. Thom. primo Periher. lectione nona. An verò neceſſe ſit in contradictoriis incomplexis alterum eſſe uerum, & alterum falſum. Declarat Tartaretus in quā facit de ſufficientia diuiſionum, ac ſpecierum poſt prędicamentorum, articulo primo, ſciendo tertio. — Cōtradictoria quotup. — Cōtradictoria incōplexa quę.

Ibi. Sed non eſt vera, &c. Mauritius dupliciter exponit hanc literam. Vno modo recurrendo ad illas tres acceptiones termini communis, de quibus ſupra quæſt. nona. Alio modo vt vniuerſaliter, idem eſt quod in propoſitione uniuerſali. Et iſte ſecundus modus exponendi magis mihi placet. Vult enim doctor hanc eſſe falſam, omne animal eſt rationale.

Ibi. Non eſt enim, &c. Reſpondet ad ultimam replicam, ſuppoſita illa diſtinctione de potentia. Concedit nullum eſſe inconueniens

ueniens, aliquid verè prædicari de eo quod eſt in potentia ad ipſum, ideſt indeterminatè ſe habet ad ipſum, & hoc particulariter[ideſt in propoſitione particulari, ac indefinita]non uniuerſaliter, ideſt in propoſitione vniuerſali. Loquendo verò de potentia vt dicit ordinem ad actum,nõ uidetur verum, quod aliquid poſſit prædicari verè de eo,quod eſt in potentia ad ipſum. Vnde quamuis iſtà concedatur, animal eſt rationale,iſta tamen negatur, corpus eſt anima.

QVÆSTIO XXVI.

An differentia poſſit definiri?

MAuritius duplicem rationem aſſignat quare doctor prius diſputauit de priori differentiæ definitione, quam quæreret an differentia poſſit definiri.

Ordo

Prima ratio eſt,quia illa definitio intelligitur de differentia fundamentaliter ſumpta:quæ vt talis non niſi per accidens, & minus principaliter,ſeu ſecundario conſideratur a logico.

Mauritij rñſiones

Secunda ratio eſt,quia dato etiam quod illa definitio intelligi poſſit de differentia ſumpta pro ſecunda intentione, non tamẽ illa definitio datur de differentia ſecũdum illam rationem, ſecundum quam principaliter, vel quaſi præcisè hic conſideratur: conſideratur enim hic differentia ſecũdum rationem vniuerſalis, vel prædicabilis,modo prior definitio non datur de differẽtia, vt eſt vniuerſale, ſeu prædicabile, ſed ut conſtitutiua ſpeciei, ſecus eſt de poſteriori definitione.

auctoris rñſiones

Aliter etiam dicere poſſumus,quod doctor hic diſputat de differentia formaliter ſumpta,ac ſupponente pro ſecunda intentione,at prius diſputauit de differentia formaliter ſumpta, ac ſupponente pro prima intentione. Et iure doctor talem ſeruauit ordinem, quia in doctrina notiora nobis præponuntur, ſed quæ dicuntur de ſecundis intentionibus, vt ſupponunt pro primis,ſunt notiora nobis, igitur diſputatio de differentia ſupponente pro prima intentione debet præcedere diſputationẽ de differentia ſupponente pro ſecunda intentione.

Aliter quoque dicere poſſumus, quod doctor hic,& ſequenti quæſtione diſputat de definitione differentiæ, quæ datur per genus,& differentiam: prius autem diſputauit de definitione differentię, quæ datur per fundm̃,& terminũ, defõ autẽ relatiuũ, quæ datur fundm̃,& terminum,eſt notior illa,quæ datur per genus,& differentiam, & ideo meritò prius diſputauit doctor de priori definitione, quam quæreret de differentia,an definiri poſſit.

Difficultatis dilutio.

Sed eſt difficultas, quare doctor de aliis vniuerſalibus non quærit, an poſſint definiri, ſicut facit de differentia. Dico quod de differentia eſt ſpecialis difficultas, uidetur enim quod differentiæ non poſſit eſſe differentia, ut tangit primum argumentũ principale.

obiectionis dilutio.

Et ſi dicas hoc idem uideri de genere,quod ſcilicet non habeat genus ſupra ſe, & per conſequens quod non poſſit definiri. Dico quod non eſt ſimile de genere,& de differentia. Nam differentiæ,tã genericæ, quam ſpecificæ, uidetur omnino repugnare poſſe habere aliam differentiam. Sed generi, alio a generaliſſimo,non uidetur repugnare poſſe habere aliud genus ſupra ſe.

Corpus quæſt.

Ad hanc quæſtionem breuiter doctor reſpondet,concedendo quod differentia põt definiri: & loquitur doctor de dñia ſumpta pro formali,ſupponente pro ſecũda intentione,& vt eſt quoddam uniuerſale. Loquitur etiam de definitione logica, quæ conſtat ex genere, & differentia.

Quod autem poſſit ſic definiri:probat doctor,nam quicquid habet genus, & differentiam poteſt definiri,ſed differentia formaliter ſumpta habet genus,& differentiã, ergo &c.

Minor probatur, nam vniuerſale eſt genus eius,vt declaratum fuit ſupra quæſt.8. ac alibi,& in quale eſſentiale eſt eius differentia conſtitutiua, cum ſit diuiſiuum vniuerſalis,vt deſcendit in differentiam,quod

nia

manifeſtum erit ex dicendis in ſequenti quęſtione,& ex dictis ſupra quæſtio. decimaſecunda.

Duabus rationibus arguit pro parte falſa. Prima quarum ſic diſponatur. Omne quod definitur habet differentiam,ſed differentia non habet differentiam, ergo differentia non definitur. Minor probatur, quia ſi differentiæ eſſet differentia, eſſet procedere in infinitum in differentiis:ſicut enim ipſius rationalitatis eſſet differentia. ita quoque illius alterius differentię,[quæ dicatur a] eſſet alia differentia, ſic procedendo in infinitum.

Reſp.ad 2.ar. pr. Reſponſio eſt negando minorem,differentię enim,inquantum eſt ſpecies vniuerſalis,eſt differentia,quę eſt in quale eſſentiale. Et ad probationem patet, quod tunc daretur proceſſus in infinitum in differentiis, quando differentiæ, vt differentia eſſet alia differentia.

Io. Anglici rñſio Io. Anglicus dicit,quod hęc ſolutio non poteſt tota verificari de differentia ſecunde intentionaliter ſumpta, nec tota de differentia prime intentionaliter ſumpta:ſed prima pars eſt vera de differentia fundamentaliter,& ſecunda[quę incipit ibi.Sed poteſt habere,&c.] de differentia pro formali accepta. Et ratio huius eſt, quia doctor in prima parte loquitur de differentia, quæ habet rationem differentię reſpectu alicuius,at differentia ſecunde intentionaliter ſumpta reſpectu nullius,habet rationem differentię;quia non reſpectu huius, & illius differentiæ, eo quod reſpectu illarum habet rationem ſpeciei,vel generis intermedii: nec habet rationem differentiæ reſpectu illius in quo fundať, qa de fundamento non prædicatur in quale eſſentiale,nec conſtituit,nec diſtinguit fundamentum, quę tamen omnia conueniũt differentiæ reſpectu illius, reſpectu cuius eſt differentia. Secunda verò pars huius reſponſionis[dicit Io. Anglicus] non poteſt verificari de differentia fundamentaliter ſumpta, quia illa non poteſt eſſe ſpecies reſpectu alicuius, nec aliqua differentia pōt eſſe genus reſpectu illius. Sarnanus inſequitur hunc modum dicendi. Et parum de ipſo mentionem facio,quia quandoq. Mauritium,quandoque Anglicum inſequitur, & nihil de ſuo addit: & quando viri iſti diſcrepant,ipſe non a ueritate coactus, ſed a facilitate illectus[hunc vel illum inſequitur,ſicut in propoſito facit.

Hic modus dicendi mihi non placet.Tũ quia hęc reſponſio tunc non eſſet ad propoſitum argumenti, in quo doctor loquitur de differentia pro formali. Tum quia dicit doctorem dicere in prima parte illius reſponſionis,differentiam reſpectu alicuius poſſe habere modum differentiæ: Cuius tamen oppoſitum Doctor manifeſtè habet, ut ſtatim dicam. Tum quia exponit ly reſpectu cuius, ideſt reſpectu ſpeciei: quod mihi non placet, quia ly cuius refert differentiam, de qua prius doctor mentionem facit. Expono ergo poſt Mauritium totam hanc literam de differẽtia formaliter ſumpta. Dicit ergo doctor, quod differentiæ non eſt differentia, &c. Vult dicere, quod ſi differentia ſumatur, vt differentia, ſic ipſa non habet differentiam;ſicut nec genus ſumptum, vt genus habet genus ſupra ſe. Hoc ſic declaro differentia,quæ eſt tertium uniuerſale, ut comparatur ad quale eſſentiale, non habet rationem differentię, ſed rationem ſpeciei: quia differentia non comparatur ad aliquod ſecundum rationem differentiæ, niſi ut diuiſiua, uel vt conſtitutiua [comparatur enim ad genus vt diuiſiua, & ad ſpeciem vt conſtitutiua] modo differentia, quæ eſt tertium uniuerſale, non comparatur ad ipſum quale eſſentiale, ut diuiſiua, vel vt conſtitutiua ipſius qualis eſſentialis,igitur reſpectu ipſius non habet rationem differentiæ. Lra exponitur

Exemplum eſt de genere,quod non habet genus reſpectu cuius habeat rationem generis: unde quamuis genus habeat vniuerſale ſupra ſe,quod eſt genus eius, non tamen genus, vt comparatur ad uniuerſale habet rationem generis, quia reſpectu vniuerſalis habet rationem ſubiicibilis,quę non eſt ratio conueniens generi, vt eſt genus; ita differentia, quæ eſt tertium vniuerſale,ut comparatur ad quale eſſentiale habet rationem conſtituti eſſentialiter, & ex conſequenti habet rationem ſpeciei; quia correlatiuum differentię, inquantum conſtituens, eſt ſpecies inquantum conſtituta.

Reſponſio igitur ad hoc argumentum primum,eſt negando minorem.

Ad cuius probationem negandum eſt, quod detur proceſſus in infinitum in differentiis;quia talis proceſſus daretur, quando differentia,vt habet rationem differentię,haberet differentiam, quod non eſt dicendum,habet enim differentiam,vt habet rationem ſpeciei.

Notandum,quod omnia vniuerſalia reducuntur ad genus,vel ad ſpēm, non equidem quia genus, vel ſpecies contineant alia vniuerſalia eſſentialiter, & quidditatiuè ſed quia continet alia accidentaliter,& denominatiuè. Cum enim quodlibet vniuerſale habeat ſub ſe multa inter ſe dr̄ia, aut ſolo numero,aut etiam ſpecie, iō cuilibet uniuerſali poteſt applicari modus generis,vel modus ſpeciei. Non autem cuilibet poteſt applicari modus differentiæ,uel modus proprii,quicquid ſit de accidente,quia non quodlibet vniuerſale eſt, quo aliqua eſſentialiter differunt,nec quodlibet egreditur a principiis ſpeciei.

obiectio — Ibi.Contra tunc differentia, &c. obiicit contra iam datam reſponſionem. Quod.n. eſt per ſe tale, reſpectu cuiuſcunque eſt tale,prius enim inquantum prius eſſentialiter non variatur pp variationem poſterioris.4.diſt.11.q.3. Sed differentia eſt per ſe, neceſſario differentia, ergo reſpectu cuiuſcunque,& ex conſequenti reſpectu qualis eſſentialis habet rationem differentiæ.

Reſpon. — Reſpondet doctor concedendo quod differentia,vt quid,neceſſario eſt differentia vt quid, ſed non eſt differentia vt modus,imo eſt ſpecies vt modus. Vltimum argumentum cum ſua reſponſione patet.

Dfia pro 1.intentione an poſſit definiri. — Circa hanc quęſtionem eſt difficultas de dr̄ia ſumpta pro prima intentione,an.ſ. poſſit definiri. Et videtur ꝙ ſic,nam ſpecies definitur,at differentia pro prima intentione eſt ſpecies,ergo &c.Minor probatur,quia prædicatur de differentibus numero in q̄d, vt rationalitas de hac,& de illa rationalitate.

Species duplex. — Poteſt dici, quod ſpecies prædicata, vt talis non definitur, quia eius vt talis, nec eſt genus, nec differentia. Secus eſt de ſpecie ſubiecta,modo differentia prime intentionaliter ſumpta,non eſt ſpecies ſubiecta. Sed an hęc diuiſio ſit bona,alibi habet videri.

QVÆSTIO XXVII.

Vniuerſalium Scoti.

An hæc definitio ſit conueniens. Differentia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale?

ORDO huius quęſtionis ad ſequentem patet ex dictis ſupra in quæſtionibus de genere,ubi prius doctor dubitauit circa totam generis definitionem, poſtea circa eius partes, quod eadem ex cauſa hic quoque facit. Termini patent ex dictis.

In corpore quęſtionis doctor tria facit. Primo ponit quandam diſtinctionem. Secundo ponit duas concluſiones. Tertio obiicit contra dicta in declaratione primæ concluſionis, quas obiectiones ſoluit. Secundum ibi. Hęc definitio, &c. Tertium ibi. Contra illa differentia,&c. — Dfæ diuiſio.

Eſt igitur diſtinctio, quod duplex eſt differentia,quædam vltima, quędam intermedia. Notandum, illa differentia dicitur vltima, quæ ſumatur ab vltima realitate, ſeu ab vltima forma, qualis eſt differentia diuiſiua vltimi generis, & conſtitutiua ſpeciei ſpecialiſſimæ,ut rationale, & aliæ huiuſmodi differentiæ. — Dfia vltim.quare ſic dicatur.

Illa verò dicitur intermedia, quę ſumitur a realitate mediante inter primam, ac potentialem, & inter vltimam realitatem: ſeu quæ ſumitur a forma non ultima, qualis eſt differentia diuiſiua generis non vltimi,ac conſtitutiua ſpeciei ſubalternæ. Vt corporeum,animatum,uel ſenſibile in genere ſubſtantiæ. — Dfia intermedia quare ſic dr̄.

Sarnani error. — Sarnanus hic dicit, irrationale eſſe differentiam vltimam. Quod eſt falſum,nam irrationale prædicatur de diffe-

differentibus ſpeciei, ergo non eſt vltima differentia: Conſequentia patet ex his quę habet hic doctor.

Ibi. Hæc definitio, &cæt. Doctor ponit duas concluſiones, quas deinde probat. Et primo probat ſecundam. Secundo primã. Secundum ibi Tamen non eſt, &c. Prima concluſio eſt quod hæc definitio conuenit differentię intermediæ vniuerſaliter, ideſt communiter: non autem vniuerſaliter conuenit cuilibet differentię. Secunda cõcluſio eſt quod, hæc eſt vera definitio.

Ibi, Ponuntur enim, &c. Probat Secundam concluſionem, quod ſcilicet hęc ſit vera differentiæ definitio, hæcque probatio eſt eadem cum illa, qua ſupra probauit definitionem generis eſſe ueram definitionẽ. Conſtat enim ex genere, quod eſt vniuerſale; & ex differentia, quę eſt prædicari de differentibus ſpecie, in quale eſſentiale: q a ſicut genus, ita & differentia eſt ſpecies reſpectu vniuerſalis, ac vniuerſale per differentias ſibi additas deſcendit in ipſam differentiam. Nam quale eſſentiale diuidit vniuerſale, contrahendo ipſum ad differentiam, quæ eſt eius ſpecies; ſunt enim differẽtię diuiſiuę ſuperiorum, conſtitutiuæ inferiorum.

Notãdũ No tandum doctorem notanter dixiſſe, Per differentias ſibi additas, &c. Nam differentiæ vere dicuntur addi generi, quod diuidunt, cum non ſint de eius quidditate, vt alibi probatum fuit: non autem dicuntur addi inferiori, quod conſtituunt, quia ſunt de eius eſſentia, uel quidditate.

Ibi. Tamen non eſt, &c. Probat a ſimili ſecundam concluſionem, quod ſcilicet hęc definitio non conuenit vniuerſaliter cuilibet differentiæ, quia non differentiæ vltimæ, ſed tantum intermedię. Sicut enim duplex eſt ſpecies, ſcilicet ſpecialiſſima, ſeu vltima, & intermedia, ſeu ſubalterna: ita duplex eſt differentia, ultima, & intermedia.

Et ſicut Porphyr. aſſignat unam diffinitionem, quæ conuenit tantum ſpeciei ſpecialiſſimæ; & nullam aſſignat, quę ſolummodo conueniat ſpeciei ſubalternę: ita aſſignat vnam definitionem tantum conuenientem differentiæ intermediæ; & nullam aſſignat tantum conuenientem differentiæ vltimæ.

Sarnanus ex hoc loco doctoris, vbi dicit duplicem eſſe differentiam, ſcilicet ultimam, & intermediam, colligit plures eſſe formas in eodem compoſito, quia iſtæ differentię non ſunt niſi formæ. Contra quãuis enim ſumendo formam pro ratione quidditatiua [prout accipitur forma a Platone] differentia poſſit dici forma: & quot ſunt differentiæ: tot ſint formę. Sarnani error.

Forma duplic.

Tamen ſumendo formam pro altera parte compoſiti phyſici [prout accipitur ab Ariſt.] falſum eſt quod differentia dicatur forma, & quod tot præciſe ſint differentiæ, quot ſunt formæ, nam ab eadem forma poſſunt ſumi plures differentiæ. Falſum eſt etiam, quod ex hoc loco Scoti colligi poſſit, plures eſſe formas in eodem compoſito; eo modo quo Thomiſtę hoc negant, & Scotiſtæ aſſerunt. Dña quõ põt dici forma.

Loquuntur enim ipſi de forma, quę eſt altera pars compoſiti phyſici. Nec illa probatio aliquid ualet, procedit namque de forma ſumpta pro ratione quidditatiua, ſic enim differentia poteſt dici forma, ut diximus. Non autem poteſt dici forma phyſica, niſi forte originatiuè, & fundamentaliter.

Ibi. Contra illa differentia, &c. Obiicit dupliciter contra dicta in declaratione primæ concluſionis. Dictum enim fuit quod definitio de qua quæritur hæc quęſtio, cõuenit tantum differentiæ intermediæ, & non vltimæ. Contra quia ſi hæc definitio non conuenit differentiæ ultimę, hoc ideo eſt quoniam vltima differentia debet definiri per differentibus numero. Sed hoc eſt falſum, igitur etiam falſum eſt, quod illa definitio non conueniat differentiæ vltimæ. Quod autem illud ſit falſum probatur, nam aliter ſequeretur vltimam differentiam eſſe aliud vniuerſale ab intermedia.

Patet a ſimili, ſicut enim ſpecies eſt aliud vniuerſale a genere: & tamen non eſt alia differentia inter genus, & ſpeciem, niſi in differentibus ſpecie, & numero, cum tam genus, quam ſpecies prædicentur de pluribus, & in quid.

Ita quamuis non ſit alia differentia, ſeu diuerſitas inter differentiam intermediam

diam & ultimam, niſi in differentibus ſpecie, & numero; tamen ſicut ibi de genere, & ſpecie, ita hic de differentia intermedia, & ultima uidetur ſequi, quod differant ſpecie, & conſtituant diuerſa vniuerſa vniuerſalia.

Ibi. Quæ duo, &c. Vult dicere doctor ꝙ illa duo [ſcilicet differentibus ſpecie, & differentibus numero] conſimiliter ſe habent circa prædicari in quid, & in quale. Ideſt ſicut diuidunt prædicari in quid, & conſtituunt diuerſa vniuerſalia. Similiter diuidunt prædicari in quale, & conſtituunt diuerſa vniuerſalia.

Secunda obiectio

Ibi. Item ſecundum nullam, &cæt. Obiicit ſecundo contra eandem concluſionem, ac eius probationem. Et duo facit. Primo, quod dictum eſt. Secundo remouet quandam reſponſionem. Secundum ibi. Nec illud tantum, &cæt. Obiicit igitur ſecundo, quaſi confirmando priorem obiectionem, ſic: ſi illa differentię definitio [ſcilicet prædicari de pluribus differentibus ſpecie in quale] non conuenit differentiæ vltimæ, ergo differentia æquiuocè conuenit differentiæ intermediæ, & vltimæ: quod eſt falſum.

Conſequentia probatur, quia æquiuoca dicuntur quorum nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa, igitur ſi differentia ſecundum illam definitionem non dicitur vniuerſaliter de qualibet differentia, cum nec ſecundum aliquam aliam poſſit dici vniuerſaliter de qualibet differentia, ſequitur quod differentia æquiuocè dicatur de differentia intermedia, & ultima.

Quod autem differentia ſecundũ nullam aliam definitionem poſſit dici uniuerſaliter de qualibet differentia, probatur ſic. Ad hoc quod aliqua definitio dicatur de quolibet contento ſub definitio, neceſſe eſt tam genus, quam differentiam dici de quolibet contento ſub definito, ut patet de animali, & rationali, quæ dicuntur de quolibet homine, ſicut & iſta definito, animal rationale, ſed genus quod ſumeretur in illa alia definitione differentiæ eſſet prædicari in quale, & differentia eſſet, aut differentibus ſpecie, aut differentibus numero, quia non per alias differentias diuiditur prædicari in quale, ſed nec differentibus ſpecie, nec differentibus numero, conuenit cuilibet differentiæ, ergo &c.

Ibi. Nec illud tantum, &cæt. Remouet quandam reſponſionem. Poſſet enim quis dicere, quod differentia, vt communis eſt intermediæ, & vltimæ, poteſt ſic definiri. Eſt quæ, ſeu quod prędicatur de pluribus in quale. Inſtat: nam ęquiuocum nec definiri, nec definire poteſt, ſed ly pluribus æquiuocè conuenit pluribus ſpecie, & numero, ergo non poteſt definire differentiam. Reſpon.

Inſtãtia.

Minor patet, nam ſi unum oppoſitorũ eſt æquiuocum, reliquum quoque erit æquiuocum, ſed unum, & plura, ſeu multa opponuntur, & vnum æquiuocè conuenit uni ſpeciei, & vni in numero, ut patet, quinto metaphyſi. capitu. de vno, text. Commento octauo, & inde, ergo, &cæte.

Ibi. Sed tunc uidetur, &c. His obiectionibus reſpondet. Et primo ſatisfacit ſecundæ obiectioni. Deinde inſtat contra reſponſionem. Vltimo reſpondet huic inſtantiæ. Non reſpondet autem primę obiectioni iam adductę, quia ei ſatisfacere poſſumus per ea, quæ dicet reſpondendo ad inſtantiam illam. Reſponſio igitur ad obiectionem ſecundam eſt, negando conſequentiam: non enim eſt verum, quod differentia conueniat ęquiuocè intermediæ, & vltimæ. Reſp. ad 2. obiectionẽ.

Definitio namque, quæ conuenit differentiæ, vt eſt tertium vniuerſale, ſeu ſecundum quam dr̃ de intermedia, & vltima, eſt prędicari de plurib. in quale eſſentiale. Et cum probatur hanc non eſſe bonam definitionem, quia in ea ponitur ly plurib. quod eſt æquiuocum. Dicẽdum hoc eſſe falſum, quia tunc definitio uniuerſalis poſita, primo Perih c ſ. nihil ualeret, quia in ea ponitur prædicari de plurib. abſolutè, i. ſine aliqua dictione diſtrahente, diminuente, uel contrahente, non enim additur differentibus ſpecie, vel numero; ſed abſolutè dicitur a Philoſ. vniuerſale eſſe quod prædicat̃ de pluribus. Ibi. Et non pro aliquo ſignificato, &cęt. Nota quod doctor hic loquitur de ly pluribus, ac ſi eſſet ęquiuocum, ut ſupponit argumentum. Et ideo dicit, quod ly

ly pluribus in definitione vniuerſalis, non ponitur pro aliquo ſignificato certo, & determinato, quia non pro differentibus ſpecie, uel pro differentibus numero [quæ ſunt ſpecialia, ac certa ſignificata ipſius pluribus.] Sed ponitur abſolutè: quod tamen non faceret Philoſophus, ſi ly pluribus eſſet ęquiuocum.

Ibi. Vel ſi ſic: ideſt vel ſi illa vniuerſalis definitio aliquid valet, ita ut non uitietur per ly pluribus [& hic accipitur ſi pro quia] tunc poterit differentia definiri in communi [ideſt vniuerſaliter] per prædicari de pluribus in quale; quia non uitiatur per ly pluribus, cum non ſit æquiuocum.

Inſtātia. Ibi. Sed contra &c. Inſtat contra hanc reſponſionem, ſi enim differentia, ut definitur per prædicari de pluribus in quale eſſentiale, eſt tertium vniuerſale, ergo genus & ſpecies erunt vnum vniuerſale, cuius definitio eſt prædicari de pluribus in quid. Conſequentia patet a ſimili, ſicut enim differentia intermedia, & vltima non faciunt diuerſa vniuerſalia, quamuis illa de differentibus ſpecie, & iſta de differentibus numero prædicetur, ita genus, & ſpecies non faciunt diuerſa vniuerſalia, cum non differant, niſi in differentibus ſpecie, & numero.

Ibi. Dici poteſt, &c. Reſpondet huic inſtantiæ, ac primæ obiectioni: & duo facit. Primo quod dictum eſt. Secundo ponit quoddam notabile. Reſpondendum eſt, negando conſequentiam. Ad cuius probationem dicendum, quod non eſt ſimile de differentia intermedia, & ultima, ac de genere, & ſpecie, quia differentia intermedia, & vltima non differunt, niſi in differentibus ſpecie, & numero, at genus, & ſpecies differunt etiam, quia in quid conuenit eis æquiuocè, cum genus prædicet partem eſſentiæ, ſpecies verò totam eſſentiam.

Reſpon.

Hic duo notabis. Primò quod ex hoc loco doctoris colligere poſſumus id quod alibi dixi; ſcilicet quod differentibus ſpecie, & numero non ſunt differentiæ vere contrahentes ipſum prędicari de pluribus in quid, ad genus, & ad ſpeciem: tales enim differentiæ ſunt prędicare totam eſſentiā, vel partem eſſentiæ, per modum eſſentiæ.

Differētiæ contrahētes ꝑdicari dē pluri-b. ī quid q̄ ſunt.

Secundo notabis id quod dixi ſupra q. 12. parum ante argumenta principalia, ubi duas difficultates propoſui, ac ſolui.

Ibi. Pro definitione autem, &cęt. Ponit quoddam notabile pro definitione vniuerſalis, ac pro definitione differentiæ ſic in communi: & hoc propter id quod tangitur in illa ſecunda obiectione. Dicit ergo plura eſſe vniuocum ad plura ſpecie, & ad plura numero. Et cum probatur quod non quia unum, & plura opponuntur, & vnum eſt ęquiuocum ad unum numero, & ad vnum ſpecie, ergo, & plura erit æquiuocum. Dicit doctor, quod ſi unum eſſet ęquiuocum, plura quoque eſſet æquiuocū; quia vnum, & plura omnimode opponuntur, vt dicit Commen. primo Top. capitu. 6. de eodem & diuerſo, & in Epito. met. trac. primo.

Plura ē vniuocū ad plura ſpē, & plura nū mero.

Quod poſtea non ſequitur ſi vnum inſit vni numero, & vni ſpecie, ſicut ſimpliciter, & ſecundum quid, quia ſi vnum oppoſitorum ſe habeat ad illa, de quibus dicitur, vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid, non ſequitur alterum oppoſitorum ſe habere eodem modo ad ea, de quibus dicitur, poteſt enim eſſe vniuocum. Exemplum eſt, nam homo, & non homo opponuntur, & tamen non ſequitur non hominem ſe habere ad mortuum, & non mortuum, ſicut ad ſimpliciter, & ſecundum quid [eſt enim vniuocum ad illa] quamuis homo conueniat homini mortuo, & non mortuo, ſicut ſimpliciter, & ſecundum quid.

Hic tria ſunt notanda. Primo quod priuatio, negatio extra genus, & negatio in genere differunt, ut dicit Scotus, primo, diſtinctione vigeſima. Priuatio quippe requirit ſubiectum aptum, uel ſecundum ſe [vt eſt de homine cæco] vel ſecundum ſuum genus, vt eſt de talpa, quæ dicitur cæca inquantum animal, non inquantum talpa, quinto metaphyſi. text. Commento vigeſimoſexto. Negatio extra genus abſolutè nihil requirit, vt dicitur quarto metaphyſi. text. Comment. quarto, contradicitque affirmationi ſimpliciter, vt dicit doctor primo, diſtinctione vigeſimaoctaua, quęſtione prima, & eſt vera de quolibet, de quo eſt falſa affirmatio, ſiue de ente, ſiue de non ente.

Priuatio negatio extra genus, & negatio in gn̄ differū. & quid ſint.

Dicit enim Philoſophus primo Priorum, cap. 42. Si ergo de omni vno, vel affirmatio, vel negatio vera, ſi non eſt negatio: palam quod affirmatio erit. Aequaliter etiam dicitur de ente, & non ente, vt dicit Scotus. 1. diſtinct. 20. vnde non album eſt vniuocum ad omne ens, & non ens, quod non eſt album, ac ſupponit pro eis, ut dicit Tartaretus, 2. Periher. quæſt. 1. art. 2. dubitatione prima. Negatio autē in genere quaſi mediat priuationē, & negationem extra genus, quia requirit ſubiectum, de quo dicatur, non tamen aptitudinem ad formā. Talemq. negationem fortè importat diuerſitas, quia negat idētitatē ſine aptitudine.

Diuerſitas quid īportat. Secundo notādum, quod ly non mortuū, poteſt accipi, aut pro lapide, pro libro, ac pro aliis huiuſmodi, quæ non ſunt mortua. Mortuū quid. Non enim verè dicitur mortuum, niſi animal quod caret uita, non principio ſenſus, & motus. vt ait Auerr. primo de anima, Comment. 95. & quinto de anima, Commen. 16. & Comment. 3. & 37. Aut poteſt accipi pro homine viuo.

Dubiū literale. Modo difficultas eſt, an cum doctor dicit, quod non homo eſt vniuocum ad mortuum, & non mortuum, accipiat non mortuum primo, vel ſecundo modo. Videtur enim quod non mortuum ſumatur primo modo, nam non homo non dicitur de homine uiuo, ergo nec dicitur de non mortuo ſampto ſecundo modo, igitur non homo non eſt vniuocum ad mortuum, & non mortuum ſic ſumptum: quia quicqd eſt vniuocum ad aliqua dicitur de illis, cū ergo doctor dicat hoc in loco, non hoīem eſſe vniuocum ad mortuum, & non mortuum, non poteſt accipere non mortuum ſecundo modo.

Ad oppoſitum tamen facit litera quam ſubdit doctor, dicit enim, licet homo conueniat ſimpliciter, & ſecundum quid illis, ſcilicet mortuo, & non mortuo: nam ly illis, eſt pronomen demonſtratiuum, ſed homo conuenit ſecundum quid mortuo, ergo conuenit ſimpliciter non mortuo, de quo ſupra facit mentionem, at non conuenit ſimpliciter non mortuo ſumpto primo modo, vt patet, ergo doctor accipit nō mortuum ſecundo modo.

Reſpon. Breuiter dico, quod in propoſito poteſt accipi ly non mortuum vtroque modo. Si ſumitur ſecundo modo, dici poteſt, qđ veritas, vel falſitas enunciationis non tollit vniuocationem prædicati, vt dicit Mauritius. Vnde non ualet iſta conſequentia, non homo non dicitur vere de homine viuo, ergo non homo non eſt vniuocum ad hominem viuum, non enim eſt neceſſe vniuocum ad aliqua vere dici de illis, ſed ſufficit, quod vere, uel falſe de illis dicatur. Si verò accipiatur primo modo, tunc dicendum eſt, quod ly illis demonſtrat mortuum, & non morruum, ſed non ſumptū eodem modo, quia prius (quando ſcilicet dicit non hominem eſſe vniuocum, &cæt.) accipitur non mortuum primo modo. At quando dicit, licet homo conueniat, &c. accipitur non mortuum ſecundo modo. Tertio notandum, quod defendere poſſumus vnum eſſe æquiuocum ad ea, de quibus dicitur, vt declarauimus ſupra q. 22. vide ibi.

Ibi. Nec eſt inconueniens, &c. Reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. obiectio Poſſet enim aliquis dicere, ſi vnum, nec eſt vniuocum, nec æquiuocum, ergo non poteſt diſtingui in vnum genere, ſpecie, & numero, quia quicquid diſtinguitur in aliqua, vel eſt vniuocum, vel æquiuocum ad illa, cum inter vniuocum, & æquiuocum non detur medium.

Reſpon. Reſpondet nullum eſſe inconueniens aliquod nomen diſtingui in aliqua, ad quæ nec eſt vniuocum, neque æquiuocūm; ut patet de vno, ſeu de eodem, primo Topic. capitu. ſexto, & quinto metaphyſic. text. Commento decimoſecundo. imo quinto met. plura nomina diſtinguuntur non in vniuocata, nec in æquiuocata, ſed in ſimpliciter, & ſecundum quid, vt patet de priuatione, tex. Comment. vigeſimoſeptimo, & de eodem tex. carente Commento. Vnde Comment. in Epito. met. tractatu primo, ait quod idem dicitur tot modis, quot dicitur vnum. Diuerſum verò, ut ait Auerroes ibidem, ac primo Topic. capitu. 6. dicitur modis oppoſitis illis modis, de quibus dicitur ipſum idem. Notanda ſunt tria.

Notādū Primo, doctorem hic loqui ſecundum mentem Auerroiſtarum, ac Thomiſtarum, ponentium analogum eſſe medium inter vniuocum, & æquiuocum. Vide Auerr. quarto

quarto metaphyſi. Commento ſecundo. & in libro deſtruct. diſputatione ſeptima, in ſolutione ultimi dubii, ubi habet hæc verba. Sunt aliqua, quæ includuntur uno nomine, non incluſione rerum vniuocarum, nec incluſione rerum æquiuocarum, ſed incluſione rerum relatarum ad aliud. Cum igitur vnum dicatur ſecundum quendam modum nominum analogorum, ut dicit Auerro. in Epitom. met. tracta. primo, ideo diuiſio vnius non erit in vniuocata, nec in æquiuocata, ſed in analogata, ſeu in ea ad quæ ſe habet, ut ad ſimpliciter, & ſecundum quid.

Priuatio multiplic. Secundo notandum ex quinto metaph. text. Commento 27. & ex 9. metaph. text. text. Commento tertio, & ex Epitom met. Auer. tracta. primo, & ex Scoto, primo diſtinct. 28. quæſtione prima, quod priuatio poteſt accipi multipliciter. Vnde Philoſophus quinto met. cap. de priuatione, diſtinguit modus priuationis dupliciter. Primo ex parte aptitudinis. Secundo ex parte negationis. Poteſt enim vtroque modo diſtingui priuatio, quia in ipſa includitur aptitudo, & negatio. Ex parte aptitudinis ipſam diuidendo habet quatuor modos.

Primus modus ſumitur ſecundum qđ aptitudo conſideratur, non ex parte ſubiecti, ſed ex parte rei, qua aliquid dicitur priuari. Et ſic tunc adeſt priuatio, cum aliquod ens non habet aliquid eorum, quæ nata ſunt haberi, licet illud tale ens non ſit natum habere illud tale quo dicitur priuari.

priuatio reperit̃ ĩ qualibet creatura non aũt in Deo. Hocque modo dicimus plantam priuari oculis, quia aliquod ens natum eſt habere oculos. Et priuatio hoc modo ſumpta reperitur in qualibet creatura, quia nulla creatura datur, quæ habeat omnes perfectiones, quæ natæ ſunt haberi a quolibet ente, tam creato, quam increato. At in Deo non eſt priuatio hoc modo ſumpta, quia in eo ſunt omnes perfectiones, quæ natæ ſunt haberi a quouis ente.

Secundus modus ſumitur ex parte aptitudinis ſubiecti. Et ſic tunc aliquid dicitur priuari, quando non habet id quod natum eſt habere, aut ſecundum ſe, aut ſecundum genus. Hocque modo dicimus nedum hominem cæcum, ſed talpam quoque priuari uiſu: quia homo ratione generis, ac ratione ſpeciei natus eſt habere uiſum; talpa uerò, & ſi non ratione ſpeciei, ratione tamen generis [ſcilicet inquantum animal] nata eſt habere viſum.

Tertius modus ſumitur ex parte aptitudinis ſubiecti, ac ſimul ex parte circunſtãtiarum, puta temporis, loci, partis, ac cõſimilium. Vnde catulus ante vnum diem non dicitur cęcus. Similiter nox non dicitur priuatio lucis in quocunque loco, ſed in illo loco, in quo nata eſt eſſe lux; aliter in die eſſet nox in antro obſcuro, & in cubiculo habente feneſtras clauſas. Item non dicitur quis edentulus, quia nõ habet dentes in manu.

Quartus modus ſumitur ex parte aptitudinis ſubiecti, & ex parte modi auferendi id quod aliquid natum eſt habere ſecundum impetum naturalem, vel voluntariũ. Et ſic priuatio eſt ablatio cuiuſque rei per uiolentiam.

Violentia enim eſt contra impetum, ſeu appetitum naturalem, ac uoluntarium. Hocque modo dicimus uiatorem priuari pecunia a prædone. Diſtinguuntur etiam modi priuationis ex parte negationis: & ſic eius ſunt quinque, uel quatuor modi, uel fortè tantum tres, quia primus, ſecundus, & tertius modus videntur coincidere.

Primus igitur modus eſt cum apud latinos iſta ſyllaba in, & apud Græcos iſta litera a, componitur cum aliquo nomine concreto, importante de modo ſignificandi aliquod ſubiectum aptum natum habere formam importatam ratione ſignificati a tali concreto. Exemplum eſt de inæquali, quod ſignificat [ut notat priuationem] id quod non habet, & natum eſt habere æqualitatem.

Ex hoc ſequitur, quod iſta nomina inæqualitas, irrationale, ac ſimilia non dicunt priuationem, quia primum, cum ſit abſtractum, non importat ſubiectum; ſecundum verò non importat ſubiectum aptum natum.

Secundus modus eſt quum ratione

appoſitionis ipſius in , ſignificatur negatio, uel id, quod turpiter habet. Sicut inuiſibile dicitur, quod non habet colores, vt eſt de voce: ac etiam quod eſt turpe, ſeu deforme, ac horribile, inuiſibile vulgo dicitur. Et iſte modus reducitur ad primum, ut patet.

Tertius modus eſt cum ratione negationis appoſitæ ſignificatur priuatio, ſeu negatio alicuius, non ſimpliciter, ſed quãtum ad aliquem gradum, ut dicendo non ignitum, ſignificatur id quod parum habet de igne. Et iſte modus reducitur ad ſecundum, & ex conſequenti ad primum: quia parum habere de igne, eſt aliquo modo praue, ac turpiter habere.

Quartus modus eſt cum aliquid dicitur priuari aliquo, quia non facilè, uel non bene poteſt attingere illud: ut aliquid poteſt dici inſecabile, quoniam non facile, uel non bene ſecatur. Et ita priuatio hoc modo attenditur quantum ad negationem modi attingendi.

Quintus modus eſt, quando aliquid dicitur priuari aliquo, quia omnino non habet illud, quod tamen natum eſt habere. Et ſic ille homo dicitur cæcus, qui in ambobus oculis non habet uiſum.

Tertio notandum, quod ad propoſitum Doctoris ſufficiunt modi priuationis deſumpti ex parte aptitudinis: nam priuatio uidetur ſe habere ad illos modos, vt ad ſimpliciter, & ſecundum quid.

Quoniam tertius modus dicitur propriiſſimè: ac ſimpliciter priuatio: at primus, ac quartus modus non dicitur priuatio, niſi ſecundum quid.

Argm̃ 1. princ. Quinque rationibus arguit doctor pro parte falſa, prima, & ſecunda procedunt ex inæqualitate, ſeu non conuertibilitate definitionis, & definiti. Nam illa definitio non eſt conueniens; quę extenditur a definito; ſed iſta definitio [prædicari de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale] exceditur a differentia, quæ eſt tertium vniuerſale, quæ hic definitur a Porphyrio. ergo iſta definitio non eſt conueniens.

Minor probatur, differentia enim hic definita, quæ eſt tertium vniuerſale prædicatur de differentia ultima, ſeu completiua ſpeciei, de qua tamen non dicitur illa definitio, quia differentia ultima non prædicatur de differentibus ſpecie, cum tantum ſint ſpeciei ſpecialiſſimę, & eius ſuppoſitis, ſeu inferioribus, quæ tantum numero differunt.

Ad hoc argumentum patet reſponſio ex dictis, neganda eſt enim minor. Ad probationem dicendum, quod ſupponit vnum falſum, ſcilicet illa definitione definiri differentiam in communi; definitur enim tantum differentia intermedia, quæ non dicitur de vltima differentia, ſicut nec illa definitio. Reſp. ad 1. arg dr.

Secundo principaliter arguit oſtendendo hanc definitionem non eſſe conuenienter datam de differentia intermedia: nam nulla definitio eſt conueniens, quæ excedit definitum, ſed iſta excedit differentiam intermediam, ergo non eſt conuenienter data de differentia intermedia. Minor probatur, hæc enim definitio dicitur de aliquo, de quo non dicitur differentia; nam ſenſibile prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale, & tamen ſenſibile non eſt differentia. Argm̃ princip.

Probatur, quia impoſſibile eſt aliquam ſecundam intentionem in abſtracto prædicari de re primæ intentionis, ſed differentia eſt abſtractum ſignificans aliquam intentionem ſecundam, & ſenſibile eſt res primæ intentionis, ergo differentia non poteſt prædicari de ſenſibili.

Probatio aſſumpti, ſeu minoris, quia illud a quo denominatiuum differt ſolo caſu, eſt abſtractum, ſicut patet ex definitione denominatiuorum, ſed differens, quod eſt denominatiuum, differt a differentia ſolo caſu, ergo differentia eſt abſtractum.

Quod autem differens differat ſolo caſu a differentia, ſeu dicatur denominatiuè a differentia patet per Porphyr. nam vbi vult exponere membra diuiſionis differentiæ exponit ſic, ratione differentiæ communiter ſumptæ, differt ſortes ſenex a ſe puero. Et conſimiliter in aliis. Ideſt a differentia propria, &c. magis pro-

propria aliquid dicitur differens, vt homo per riſibilitatem, ac rationalitatem eſt differens ab aſino.

Reſp.ad 2. argm̃ princ. Ad ſecundum reſpondendum eſt negãdo minorem. Ad cuius probationem dicẽdum, quod aſſumit falſum, ſcilicet quod ſenſibile non ſit differentia Et cum probatur, quia differentia eſt abſtractum Dicendum hoc eſſe falſum de differentia ſecundę intentionaliter ſumpta, licet ſit verum de differentia prime intentionaliter ſumpta, a qua dicitur differens. In hac litera ſunt quædam digna ſcitu, ac declaranda. Primum eſt, quod differẽtia poteſt eſſe nomen primę intentionis, vel ſecundæ.

Primo modo eſt nomen abſtractum, & ſignificat relationem, vide ea quæ dicam, infra declarando ſolutionem quarti principalis.

Ibi. Et eſt ſpecies multitudinis, &cæt.

Multitudo dup. Dicit Doctor, quod differentia, quæ eſt relatio realis, eſt ſpecies multitudinis, vt multum eſt differentia entis, quia ſic multum ſignificat multitudinem realem, & non multitudinem rationis, cuius multitudinis rationis ſpecies eſt differentia, quæ eſt relatio rationis, de qua infra erit ſermo.

Et ſi obiicias, quia relatio non eſt ſpecies abſoluti, ſed multitudo eſt ens abſolutum, ergo differentia, quæ eſt relatio realis, non eſt ſpecies multitudinis.

Dña an ſpecies multitudinis. Minor probatur, tum quia multitudo eſt quantitas, tum quia unum, & multa ſunt rationes fundandi relationes, primi modi 5.met.tex.com.20. at quod eſt ratio fundandi relationem eſt abſolutum, & nõ relatio, aliter eſſet procedere in infinitum in relationibus. Item entis non ſunt differentiæ, ergo differentia non poteſt eſſe ſpecies multitudinis, vt multum eſt differentia entis. Mauritius diuerſimodè reſpondet.

Mauritii rñſio nes. Primo negat multitudinem, & quantitatem eſſe abſolutum.

Secundo dicit differentiam, & diuerſitatem eſſe quoſdam modos accidentales multitudinis.

Tertio diſtinguit de multitudine pro formali, & pro ſubſtrato. Aliter ego reſponderẽ ſupponendo duas diſtinctiones.

Auctoris rñſio. Spẽs dupliciter. Prima eſt, quod ſpecies, quandoque ſumitur propriè, pro illa quæ ponitur ſub aſſignato genere, & prædicatur in quid de differentibus numero. Quandoq; ſumitur impropriè prout idem eſt, ꝙ modus, ſicut accipitur a Philoſopho in c.qualitatis, ubi enumerat quatuor ſpẽs, i. modos qualitatis. Secunda diſtinctio eſt, quod duplex eſt multitudo, quædam abſoluta, ſeu tranſcendens, quæ eſt paſſio diſiuncta entis, quædam numeralis, quæ eſt quantitas. Hæc diſtinctio colligi poteſt ex dictis Ariſt 5.met. tex.com. 18. vbi habet hæc verba. Multitudo ergo quantum aliquid, ſi fuerit numeralis. Quaſi dicere vellet, multitudo, quæ eſt numeralis, eſt quantitas, multitudo vero, quæ non eſt numeralis, ſed abſoluta, ac tranſcendens, non eſt quantitas. Multitudo duplex.

Hanc etiam diſtinctionem manifeſte ponit Auerr. in Epitom. meth. tract. tertio, ubi habet hæc verba contra Auicennam. Multitudo abſoluta communior eſt multitudine numerali, quemadmodum, &c., ipſum unum abſolutè eſt communius vno numerali, quod eſt principium numeri. Vbi per vnum abſolutum, & per multitudinem abſolutam intelligit vnum, & multa, quæ ſunt diuiſiua entis inquantum ens. Ex his patet, quod differentia, quæ eſt relatio realis, poteſt eſſe ſpecies, ſeu quidam modus multitudinis tranſcendentis, nec ſequitur, quod relatio ſit ſpecies quantitatis, quia multitudo tranſcendens, nec eſt quantitas, nec relatio.

Relõ pt fundare relõnẽ. Ad aliud quod obiicitur dico, quod una relatio poteſt fundare, & eſſe rationem fundandi aliam relationem, quia ſecundum Euclidem, quinto geometriæ, in principio, proportionalitas eſt ſimilitudo duarum proportionum, ergo ſuper proportionem, [quæ dicit formaliter relationem] vel ſuper eius vnitatem fundatur ſimilitudo, vide Doctorem in 4 d. 6 q 10. Aliter poſſumus dicere, quod multitudo, quæ eſt ratio fundandi relationem primi modi, eſt multitudo numeralis, quia relationes primi modi fundantur ſuper rem de genere quãtitatis, & principaliter ſuper numerum. Vide Doctorem 1.d.19 & 31.& q.6.quol.& 5 met. Ad vltimum dicendum ꝙ cum Doctor dixit multum eſſe differentiam entis, extendit nomen differentiæ, ad modos intrinſecos, & ad paſſiones diſiunctas entis.

Ibi.

Ibi. Secundo modo eſt concretum, &cç. Dicit Doctor quod differentia, vt eſt nomen ſecundæ intentionis, eſt nomen concretum, ſicut & alia nomina intentionum, de quibus hic in logica agitur, vt ſæpius ſupra dictum fuit. Quod oſtendendo duo facit. Primo declarat a quo ſumitur differentia, ſeu nomen differentiæ. Secundo oſtendit differentiam eſſe nomen concretum.

Dria ut ē nomē cōcretū.

Secundum ibi. Significat autem, &cæt. Dicit ergo. Et tranſumitur a differentia, vt eſt nomen primæ intentionis Notandum quod hoc Doctoris dictum poteſt intelligi aut de differentia quæ eſt ſecunda intētio, aut de differentia, vt eſt nomen ſecundæ intentionis. Primo ſic exponatur litera, differentia ſecundæ intentionaliter ſumpta tranſumitur, ſeu originatiuè ſumitur a differentia, ut eſt nomen [ideſt, quæ ſignificatur per nomen] primæ intentionis. Hic duo ſunt notanda.

Primo, quod licet differētia formaliter, & fundamentaliter, ſeu originatiuè ſumpta ſignificetur per nomē primæ intentionis, tamen hic Doctor præcisè loquitur de differentia originatiuè ſumpta: nam a differentia, quæ eſt relatio realis non originatūr differentia, quæ eſt ſecunda intentio.

A quo ſumitur dria, ut eſt intētio.

Secundo notandum, quod differentia, ut eſt intentio ſumitur a forma, ſeu ab eius realitate, vt eſt ſub iſta proprietate, quæ eſt facere aliud, vel alteratum, ſeu ſumitur a tali proprietate. Sępius enim dictum eſt intentionem ſumi a proprietate rei, ſeu a re, vt eſt ſub proprietate. Poteſt enim exponi litera de differentia, ut eſt nomen ſecundę intentionis. Et tunc tranſumptio de qua hic loquitur Doctor eſt quantum ad ſimilitudinem vocis. Sicut enim nomen riſus tranſumitur ad floritionem prati ſignificandam, ita nomen differentię, ſignificans quandam relationem realem, tranſumitur ad ſignificandum quandam intentionem ſecundam. Quod autem nomina intentionum ſumantur a nominibus rerum, patet ex Porph. cap. de genere, vbi loquendo de genere dicit. Ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum.

A quo trāſumitur nomē drię

Noīa intētionū ſumuntur a nominibus rerum.

Ibi Significat autem, &c. Reddit rationem quare differentia, ut eſt nomen ſecundæ intentionis, eſt nomen concretum. Et ait. Autem (pro quoniam) ſignificat intentionem applicabilem ei, quod eſt principium formale differentiæ, vt eſt res primæ intentionis. Notandum quod differentia originatiuè dici poteſt principium formale differētiæ, quæ eſt relatio realis, quia eſt ratio fundandi talem relationem, quandoque enim accipitur ratio pro forma, ut eſt de mente Ariſt. 3. met. tex. com. 3. vbi appellat ſpeciem, ac formam domus rationē. Notandum etiam quod Doctor addidit illa verba, vt eſt res, &cæ. ad differentiam ipſius differentiæ ſecundæ intentionaliter ſumptæ, nam differentia originatiuè non eſt eius principium formale, ſed ſolummodo materiale, principium enim eius formale, ſeu ratio fundandi differentiam, vt eſt intentio, eſt proprietas differentiæ originatiuè, vt talis proprietas eſt per intellectum apprehenſa.

Ibi. Cum oſtenditur &cæ. Reſpondet ad id, quod ſumitur ad probandum, quod differentia ſit nomen abſtractum. Dicitque quòd differre, ſeu differens tantum dicitur denominatiuè a differentia, ut eſt nomen primæ intentionis, ſignificans quandam relationem realem, & non dicitur denominatiuè a differentia, ut eſt nomen ſecundæ intentionis Vnde ſortes ſenex dicitur differre, ſeu differens a ſe ipſo puero, nō quia differentia, quæ eſt intentio, ſit in uno, uel in utroque extremo, puta in ſorte ſene, & in ſorte puero, a qua denominatiuè ſortes dicatur differens, ſed quia inter ſortem ſenem, & ſortem puerum eſt differentia, quę eſt relatio realis, quę fundatur, uel in utroque extremo, vel in uno extremo, & terminatur ad aliud, a qua poſtea differentia denominatiuè dicitur ſortes differens. Quando ergo Porphyr. dicit, quod ſortes ſenex differt a ſe puero, accipit differre, ſeu differens, ut eſt denominatiuum dictū a differentia, quæ eſt relatio realis.

Ibi. Ergo in altero extremo, &c. Declarat, quod eſt fundamētum differentię, quę eſt intentio, quod fundamentum denominatur ab intentione differentiæ, diciturq; differentia. Et ait. Quod in altero extremo eſt aliquod principium, quod (denominatiuè) dicitur differentia, vt differentia eſt intentio, nam differentia hoc modo ſumpta eſt nomen concretum.

Illud

Illud principium eſt pueritia, ergo pueritia eſt differentia communis. Similiter eſt de extremis differentiæ proprię, & magis propriæ. Notandum quod illud principium de quo loquitur Doctor, eſt principium formale differendi. Vult ergo breuiter Doctor, quòd ſortes ſenex dicatur differẽs a ſeipſo puero, & homo denominetur differẽs ab aſino, a differentia, ut eſt relatio realis, & non a differentia, quæ eſt ſecunda intentio, at pueritia rationalitas, & ſenſibilitas denominatiuè dicitur differentia a differentia, quæ eſt ſecunda intentio, poteſt enim rationalitas dici differentia, quia differentia, vt eſt ſecunda intentio, eſt nomen concretum.

Tertio principaliter arguit ſic. Nulla definitio non relatiui, in qua ponitur ratio, ſeu id quod eſt de ratione relatiui, vt eſſentiale, eſt bona, vel conuenienter data, ſed differentia non eſt relatiuum, & in illa definitione [eſt, quæ prædicatur, &c.] ponitur ratio, ſeu id quod eſt de ratione relatiui, vt eſſentiale, ergo illa definitio non eſt conuenienter data.

Minor probatur quoad vtramque partem. Et primo, quòd in hac definitione ponatur ratio relatiui, ſeu id quod eſt de rõne relatiui, nam prædicari de, eſt ratio, ſeu de ratione relatiui, quia conuenit prædicatis intentionalibus, quæ referuntur ad ſubiecta, propter quod ponitur in definitione vniuerſalis, vt ſupra dictum fuit.

Altera pars minoris [quod ſcilicet differentia non ſit relatiuum] probatur dupliciter. Primo ſic, nulla relatio eſt relatiuũ, at differentia eſt relatio, ergo differentia non eſt relatiuum.

Maior probatur, nam nulla relatio refertur, aliter eſſet procedere in infinitum in relationibus, quia quicquid refertur, relatione refertur, & ideo ſi relatio refertur, alia relatione refertur, ſic in infinitum procedendo, cum non ſit maior ratio de poſteriori relatione, quam de priori Cum igitur quodlibet relatiuum referatur, nulla relatio erit relatiuum.

Minor probatur, quia quicquid eſt ratio referendi eſt relatio, ſed differentia eſt ratio referendi, nam ſecundum ipſam refertur differens, ad differens, omne enim differẽs aliquã differentia differt a differente, ergo differentia eſt relatio, non diſquiparantiæ, ſed æquiparantiæ. Secundo eadem pars minoris [quod ſcilicet differentia non ſit relatiuum] probatur inductiuè ſic, quia quodlibet relatiuum refertur ad aliquid, ſed differentia ad nihil refertur, quia non ad rem primæ intentionis, cum non ſit ſimul natura cum re primæ intẽtionis, nam ſecunda intentio nõ eſt ſimul natura cum prima intentione, nec ad aliquam ſecundã intentionem refertur, quia nec ad genus, nec ad ſpeciem, nec ad indiuiduum, quodlibet enim illorum habet proprium correlatiuum, ut patet ex dictis, correlatiuum enim ſpeciei eſt indiuiduum, & generis eſt ſpecies, nec idem primo refertur ad plura. Nec etiam refertur differẽtia ad proprium, vel ad accidens, ut eſt manifeſtum.

Reſpondendo ad hoc argumentum duo facit. Primo declarat, quæ differentia eſt relatio, & quæ differentia refertur. Secundo declarat ad quid refertur dría. Reſp ad 3. princ.

Secundum ibi. Cum autem, &c. Dicit ergo Doctor, quod differentia, ut eſt res primæ intentionis, eſt relatio, & ſic non refertur, quia relatio non refertur, ſed eſt ratio referendi, ut autem eſt ſecunda intentio, refertur, & non eſt relatio. Notandum, quod ſunt duæ vulgatæ propoſitiones, apud Scotum, & Franc. de May.

Prima eſt, quod cuicunque quo correſpondet ſuum proprium quod, vel quis, & è conuerſo. Vide Doctorem 1.d.4. q.1. & 2. ac alibi ſæpe. Verumtamen eſt, quod ad explicandum ipſum quo, quandoque neceſſe eſt fingere nomina, quia ſæpe nomina non ſunt impoſita, ut patet de quatuor vltimis prædicamentis, & de quibuſdam aliis. Propter quod Auer. 8. phy. com. 23. utitur hoc uocabulo, vbicatio. Et Doctor quarta diſtin. quadrageſima nona, in quatuor vltimis quæſtionibus, utitur hoc vocabulo ſortitas. Cuicunque quo corrñdet ſuũ propriũ quod.

Secũda propoſitio [quæ ponitur a Frã. 1. diſt. decima, quæſt. 3.] eſt, quod principio quo repugnat, eſſe quod, & è conuerſo. Propter quod quidam negant, quod eſſentia diuina generet, uel generetur, ſpiret, vel ſpiretur, nam eſſentia ſe habet, ut quo, tam in generatione, quàm in ſpiratione. Et Boetius de hebdomadibus, dicit quod, in creaturis diuerſum eſt eſſe, & id quod eſt, Prĩcipio quo repugnat eſſe qđ.

ſiue

R clõnõ refertur ſiue quo eſt,& quod eſt. Ex his ſequitur, ꝙ cùm relatio ſit ratio referendi, quod ipſa non refert. Et cum relatiuum referatur, ideo relatiuum non erit relatio.

Obiectiõis dilutio. Quod ſi obiicias, quia relatio refertur ſeipſa ad fundamentum, vt dicit Doctor. 2.diſtinc.1.quæſt.5. reſpondendo ad quartam rationem Henrici. Dicò, quod relatio quæ identificatur realiter fundamento [de qua ibi loquitur Doctor] refertur ſe ipſa realiter, non ſe ipſa formaliter, ad fundamentum.

Ibi. Cum autem, &cæt. Hæc eſt ſecunda pars huius reſpõſionis, in qua Doctor duo facit. Primo declarat ad quid refertur differentia, ſecundum rationem ſui generis. Secundo ad quid refertur, ſecundum ſpecialem rationem.

Secundum ibi. Dicitur autem &cæt. Quantum ad primum dicit, quod differentia, ut eſt intentio poteſt referri ad aliud, vel ſecundum rationem ſui generis, vel ſecundum ſuam propriam rationem.

Dĩa ad q̃d refertur. Primo modo refertur ad ſubiectum tãquã ad primum correlatiuum. Et per ſubiectũ intelligit quodcunque ſubiicibile, vel ſit ſpecies, vel indiuiduum, de quo prędicatur differentia in quale. Et notanter dico in quale, quia non loquitur de eo, de quo prędicatur differentia in quid, puta de hac, & illa differentia. Quod autem differentia, ſecundum rationem ſui generis, referatur ad ſubiectum tanquam ad primum correlatiuum, & non primo ad indiuiduum, uel ad ſpeciem, probat Doctor per Ariſt. 4. Topic. cap.4. vbi vult ſpeciem dici, ad illud, ad q̃d dicitur genus. Quod non uidetur eſſe verũ, niſi loquendo de ſpecie, ſecundum rationem ſui generis, nam ſecundum talem rationem refertur ad ſubiectum, ſicut genus, & differentia. Notandum, quod per rationem ſui generis intelligit Doctor, [vt exponit Anglicus] vniuerſale in communi, vel prędicatum in communi. Vel dicamus ꝙ intelligit prædicari, quod eſt ratio, ſeu pars rationis, ſeu definitionis vniuerſalis, quod eſt genus differentiæ.

Dĩa qũo primo refert̃ ad gen⁹, et ad ſp̃ẽm. Ibi. Dicitur autem, &c. Declarat ad quid refertur differentia, ſecundum rationem ſpecialem, ac propriam ipſius differentiæ, quæ eſt diuidere, & conſtituere. Dicitque quod primum correlatiuum differentiæ inquantum eſt diuiſiua, eſt diuiſum, ſed genus inquãtum diuiſum, vnde genus, vt genus, primo refertur ad ſpeciem, ſed ut diuiſum, primo refertur ad differentiam, Similiter differentia, ut conſtitutiua, primo refertur ad ſpeciem, non inquantum ſpecies, quia ſic primo refertur ad genus, ſed inquantum conſtituta, per differentiam.

Id ẽ q̃uo pt prĩo refertur ad plura. Hic ſunt tria notanda. Primo, quod idem poteſt primo referri ad plura relationibus diuerſarum rationũ, Socrates enim inquantum pater per ſe primo refertur ad filium, & inquantum ſimilis per ſe, refertur per ſe primo ad ſimile. Ita dicendum de differentia, quæ ratione diuerſarum habitudinum refertur per ſe primo ad diuerſa. Secundo notandum, quòd cum dicimus, quod differentia, ut diuiſiua, primo refertur ad diuiſum, & vt conſtitutiua, primo refertur ad conſtitutum, accipitur primo pro primitate adęquationis, nam ęquè primo refertur ad utrumque. Si autem fiat ſermo de primitate originis, vel naturę, poteſt dici, quod differentia, prius comparatur ad diuiſum, quam ad conſtitutum. Si autem ſit ſermo de prioritate perfectionis, primo comparatur ad conſtitutum, quoniam perfectior eſt habitudo cuiuſcunque ad finem, quam ad materiam, quia in his, quæ ordinantur ad finem, ſumitur perfectio a fine.

Dĩa diuidere g nus, ꝯ cõſtituere ſpẽm quid. Tertio notandum, quod nominales dicunt, differentiam diuidere genus eſſe, differentiam eſſe inferius termino generico. Et differentiam conſtituere ſpeciem, dicunt, nil aliud eſſe, quàm differentiam poni in definitione ſpeciei. Vide multa ad propoſitum in Logica Ocham, cap.23. Aliter dicunt alii, quod ſcilicet differentiam diuidere genus, eſt differentiam manifeſtare a poſteriori communitatem, ac ſignificationem generis.

Diuiſio duplex. Vnde non eſt hic ſermo de diuiſione reali, qua lignum ſecatur in duas, vel plures partes, ſed de diuiſione logicali, quæ eſt manifeſtatio a poſteriori, quo ad communitatem, vel ſignificationem ſaltem materialem alicuius.

Diuiſio logicalis qui Conſtituere uero ſpeciem non eſt producere ſpeciem, ſed eſt metaphyſicaliter componere ſpeciem, fit autem talis compoſitio ex realitate generis, ac differentiæ.

Aliter etiam ego dicerem, quod cum genus

genus ſit quoddam totum, & habeat partes [vnde dicit Philoſophus primo phyſ. tex. com 4. vniuerſale autem totum quoddam eſt, multa n. cõprehendit, ut partes uniuerſale] idcirco dicimus differentiam diuidere genus, cum contrahit ipſum genus ad aliquam ſpeciem, eſt enim genus quantum eſt ex ſe potentiale, ac indifferens ad hanc, vel illam ſpeciem, ad quam poſtea per differentiam contrahitur, ac determinatur, differentiam ergo diuidere genus, eſt differentiam cõtrahere, ac determinare ipſũ genus.

Argũ 5. princ. Quoniam prius reſpondet quinto, quã quarto argumento, ideo prius formabo quintam rõnem, ac eius rñſionem declarabo. Arguit ergo ſic, unius rei eſt tantũ vna definitio. 6. Top. ſed differentia eſt una res, ergo eius eſt tantum una definitio, ergo cum Porph. ponat alias definitiones differentiæ ab iſta, uel illæ non valent, uel iſta non valet, ſ. differentia prædicatur de pluribus differentib. ſpecie in eo quod quale.

Reſp ad 5. princ. Dicendum eſt, ꝙ unius abſoluti eſt tm̃ vna definitio indicans eſſe eius in ſe, illius autem quod refertur per ſe primo ad plura, ut tale poſſunt eſſe plures definitiones, vt declaratum fuit ſupra q. 21. reſpondendo ad tertium principale, cum igitur dña referatur ad diuerſa, ut ſupra dictum fuit, ideo eius poſſunt eſſe multæ definitiones.

Differẽtiæ defi nitiones declarãt. Prima dñæ definitio eſt eius, ſecũdum qđ eſt conſtitutiua ſpeciei. Cuius definitionis ſenſus eſt. Differentia eſt qua abundat ſpecies a genere. Ideſt quæ cum genere conſtituit ſpeciem, vbi ponitur ſpecies, vt correlatiuum dñæ, ut ſpecies habet rõnem conſtituti, & differentia rõnem conſtituentis.

Differẽtia ẽqua ſpẽs abũdat a genere. Et abundare a genere eſt conſtituere, ſecundum propriam rõnem conſtituendi, conuenientem dñæ, quia tam genus, quàm differentia conſtituunt ſpeciem, aliter tamen & aliter. Sed hæc omnia declarata fuerunt ſupra q. 25.

Abũdare a gñe quid. Secunda dñæ definitio [quæ eſt, differentia prædicatur de pluribus, &c.] eſt differẽtiæ intermediæ, inquantum eſt uniuerſale, ſeu inquantum prædicatur de pluribus. Sed ſi ſumatur generalius [quod fit dempto, ſeu remoto hoc, quod eſt differentibus ſpecie] eſt propria definitio dñæ, inquantum hic, in hoc capite, de illa agitur. Dña. n. ut eſt tertiũ uniuerſale, de qua primo agitur in hoc cap. ſic definitur, eſt quę, vel quod prædicatur de pluribus in quale eſſentiale, ut in corpore huius q̃onis dictũ fuit. Aliæ duæ definitiones. ſ. tertia [quę eſt differentia eſt, quod natum eſt diuidere ea quæ ſunt ſub eodem genere] & quarta [q̃ eſt, differentia eſt, qua differunt a ſe ſingula] ſunt dñæ inquantum eſt diuiſiua. Verum tamen eſt, ꝙ cum duplex ſit diuiſio, una actiua, alia paſſiua, ideo una definitio dñæ. ſ. tertia datur a diuiſione actiua, & quarta a diuiſione paſſiua. Diuiſio duplex. In tertia definitione ponitur rõ dñæ diuiſiuæ, & hoc cũ dicitur, natum diuidere. Ponitur etiam correlatiuum, quod eſt genus diuiſum, & hoc cum dr̃ ſub eodem genere. Ponitur etiam terminus diuiſionis, & hoc cum dicitur, ea quæ ſunt ſub eodem genere, ſpecies enim quę ſunt ſub eodem genere ſunt ea in qua diuiſum, puta genus, diuiditur. Aliq ſic exponunt, differẽtia eſt, quod natum eſt diuidere [ideſt diſtinguere, & facere differre] ea quæ ſunt ſub eodem genere, cuiuſmodi ſunt ſpecies. Iuxta mentem nominalium poſſet ſic exponi illa differentiæ, definitio differentia eſt, quod natum eſt, &cęt. ideſt differentia poteſt eſſe medium concludẽdi negatiuam, in qua negatur id, quod ponitur ſub uno genere, ab alio, quod ponitur ſub eodem genere.

Quarta definitio differentiæ non multũ ua..., ut ipſe Porphyrius dicit in littera. Et cum corrigitur ab ipſo met Porphyr. addendo iſtam particulam, & conducit ad eſſe, & eſt pars eſſentialis eſſe rei. Tunc [dicit Doctor] contrahitur magis ad differentiam conſtitutiuam. Et ita de differentia datur una definitio inquantum eſt diuiſiua, quę eſt tertia in ordine. Alia inquantum eſt uniuerſale, quæ eſt ſecunda. Et aliæ duæ inquantum conſtitutiua, ſcilicèt prima, & quarta, quarum definitionum, quarta poteſt poni, ut expoſitio, ſeu probatio primæ, propter hoc enim ſpecies abundat a genere in differentia, quia differentia conducit ſpeciem ad eſſe, & eſt eius pars eſſentialis. Duo ſunt notanda. primo, ꝙ in illa quarta definitione differentiæ, non accipitur ly ſingula diſtributiuè, quia nulla eſt differentia, qua differant a ſe ſingulæ ſpecies, nam per rationalitatem

Singula duplic.

bos

bes non differt ab aſino, licet bene homo per ipſam rationalitatem ab omni alia ſpecie animalis differat. Sed accipitur particulariter, ſeu loco ſigni particularis, & tunc ſenſus eſt, differentia eſt qua differunt a ſe ſingula, ideſt aliquæ ſpecies.

Secundo notandum, quòd quidam dicunt, ut Boetius Anton. Andreas, & quidam alii, Porphyrium per illa verba. Quod ad eſſe conducit, &c. corrigere quartam definitionem. Et quidam alii dicunt, quod corrigit tertiam. Si corrigit quartã, hoc ideo facit, quia non quodlibet, quo ſingula poſita ſub eodem genere differunt, debet dici differentia magis propriè, quam tamen intendit definire, ut patet de eſſe aptum natum ad nauigandum, quo homo differt ab aliis animalibus, & tamen non eſt eius differentia. Si uero Porphy. per illa verba intendit corrigere tertiam definitionem. Dicendum eſt, quod hoc ideo fecit, quoniam non quodlibet, quod natum eſt diuidere ea, quæ ſunt ſub eodem genere, debet dici differentia, ut patet de eſſe aptũ natum ad nauigandum, quod eſt hominis paſſio, & non differentia. Debet igitur addi, quod conducat ad eſſe, & ſit pars eſſentialis rei.

4. argũ princip. Quarto principaliter arguit ſic. Quicquid definitur differt ſpecie ab alijs per ſuam definitionem, ſed differentia non differt, ergo nec definitur. Minor probatur, concretum non poteſt prædicari de abſtracto, quia concretum, & abſtractum ſunt oppoſiti modi, inſeparabiles a ſignificato, vt ſignificatur per talem dictionẽ, & hinc eſt quod falſificant propoſitionem, ut dictum fuit, ſupra quæſtione decima ſexta. Sed differentia eſt abſtractum, & differt, ſeu differens eſt concretum, ergo differentia non differt.

Reſp. ad 4. princ. Reſponſio eſt negando minorem. Ad cuius probationem, negandum eſt, quod in iſta propoſitione differentia differt, ſit prædicatio concreti de abſtracto, eſt enim prædicatio concreti de concreto, quia differentia eſt concretum ſignificatque tertiũ vniuerſale, & ly differt, ſeu differẽs eſt concretum dictum a differentia, ut eſt relatio, non equidem realis, ſed rationis.

Reſpondendo Doctor duo facit. Primo reſpondet. Secundo obiicit dupliciter, ac ſoluit.

Secundum ibi. Contra videtur, &cæt. In prima parte tria facit. Primo ponit quandam diſtinctionem de differentia. Secundo oſtendit probabilitatem illius diſtinctionis. Tertio reſpondet ad formam argumenti.

Secundum ibi. Hoc videtur, &cætera.

Tertium ibi. Tunc ad argumentum, &c. Diſtinctio igitur eſt, quod differentia, ut eſt nomen ſecundæ intentionis, eſt æquiuocum. Nam uno modo accipitur pro differentia, quæ eſt tertium vniuerſale, & ſic differentia ſignificat intentionem applicabilem ei, quod eſt principium differentiæ, vt differentia eſt relatio realis. Et differentia hoc modo ſumpta eſt nomen concretum, prædicaturque de principio relationis realis, quæ dicitur differentia, uel saltẽ de eius conceptu: vnde iſta eſt vera, rationale eſt differentia. Alio modo differentia ſignificat relationem rationis, & ſic eſt nomen abſtractum, ſicut quando eſt nomen primæ intentionis, ſignificans relationem realem. Cuius ſpecies ſunt differentia numero, ſeu numeralis, & differentia ſpecie, ſeu ſpecifica, nam differentia numeralis eſt differentia, ſimiliter differentia ſpecifica eſt differentia. Cuius poſtea indiuidua ſunt hæc, & illa differentia numeralis, hęc & illa differentia ſpecifica. Et ſicut differens poteſt eſſe concretum differentiæ ſignificantis relationem realem, ita ſimiliter quandoque eſt concretum differentiæ ſignificantis relationem rationis, cuius ſpecies ſunt differens ſpecie, & differens numero, & indiuidua ſunt hoc, & illud differens ſpecie, hoc & illud differens numero. (Dr̃ia, ut ẽ nomẽ ſecundę intẽtionis ẽ ęquiuocum.)

Duo ſunt notanda. Primo, quod differentia dupliciter accipi poteſt. Vno modo prime intentionaliter. Alio modo ſecunde intentionaliter. Et hoc eodem modo poteſt diſtingui unitas, multitudo, & quantitas. (Differẽtia quo tuplicit. Vnitas, multitudo, & q̃titas duplicıter.)

Differentia primo modo ſumpta poteſt accipi, vel formaliter, vel fundamentaliter, ac originatiue. Differentia formaliter ſũpta eſt, quędam relatio realis, qua illa, quę differunt, [vt homo, & aſinus] dicuntur formaliter differre. Sicut enim duo alba di- (Dr̃ia formaliter quid.)

dicuntur formaliter ſimilia ſimilitudine, ita homo, & aſinus dicuntur formaliter differre differentia, quæ equidem differentia dicit relationem, ſicut alietas, diſtinctio, ac identitas. Eſtque differentia hoc modo ſumpta abſtractum, cuius concretum, ſeu denominatiuum eſt differens. Differentia originatiuè eſt id a quo ſumitur, ſeu originatur differentia, quæ eſt relatio realis, & differentia, quæ eſt ſecunda intentio originatur enim relatio realis a ratione formali fundandi ipſam, & ſecunda intentio originatur ab eo a quo ſumitur.

Dña originatiuè, quid

Ratio uero fundandi differentiam, quæ eſt relatio realis, eſt ultima forma, uel ultima realitas, ab utroque enim poteſt ſumi differentia, vt docet Doctor, prima diſt. 8. quæſt. 3. ac alibi. Vnde homo anima rationali, uel rationalitate (intelligendo per rationalitatem, vltimam realitatem animæ rationalis) differt ab aſino, non equidem formaliter, [quia ſic differt differentia, quæ eſt relatio] ſed fundamentaliter, ac originatiuè. Ab hocque eodem (ſcilicet ab ultima forma, vel ab vltima realitate formæ) originatur differentia, quæ eſt ſecunda intentio, diuerſimodè tamen, quia differẽtia, quæ eſt relatio realis originatur a forma, vel ab eius vltima realitate, vt habet eſſe materiale, at differentia, quæ eſt ſecunda intẽtio originatur a forma, uel ab eius realitate, vt habet eſſe cognitum. Et ſi quæras, an illud idem, quod eſt ratio fundandi differẽtiam, quæ eſt relatio realis, ſit ratio fundãdi differentiam, quæ eſt ſecunda intentio?

Rõ fundãdi differentiã q eſt relõ realis

Dña, q̃ eſt relõ realis, & q̃ eſt ſecũda intẽtio originãť ab eodẽ

Dico, quod non, nam ratio fundandi differentiam, quæ eſt relatio realis eſt vltima forma, vel ultima realitas formæ, vt habet eſſe materiale, & ideo forma, vel realitas dicitur fundamentum remotum, ſeu fundamentum, quo illius differentiæ. Sed ratio fundandi differentiam, quæ eſt ſecunda intentio, eſt ipſius formæ, vel realitatis proprietas, & apprehenſa, ac comparata per intellectum, quæ proprietas fortè eſt facere aliud, vel alteratum. Fundamentum vero quod, ſeu propinquum differentiæ, quæ eſt ſecunda intentio, eſt forma concretiuè ſumpta, vel realitas, vt habet eſſe cognitum, vide infra q. 34. in ſolutione primi principalis, vbi ponam unum notandum.

Nõ ẽ eadẽ rõ fũdãdi differẽtiã q̃ eſt relõ realis, & dñã q̃ ẽ ſecunda intentio

Ex quo ſequitur, quod illud idem [diuerſimodè tamen ſumptum] quod eſt fundamentum, quo differentiæ, quæ eſt relatio realis, eſt fundamentum quod differentiæ, quæ eſt ſecunda intentio. Sequitur etiam vlterius, quòd differentia, quæ eſt ſecunda intentio applicatur ei, quo eſt principium differentiæ, ſeu a quo originatur differentia, ut eſt relatio realis, quia idem eſt principium a quo originatur differentia, quæ eſt relatio realis, & fundamẽtum quod differentiæ, quę eſt ſecunda intentio. Differentia ſecundè intentionaliter ſumpta poteſt accipi dupliciter. Vno modo, vt eſt tertium vniuerſale, de quo agit Porph. in cap. de differentia. Et ſic ſignificat intentionem applicabilem ei, quod eſt principium differentiæ, vt eſt relatio realis, & ſic differentia eſt concretum, cuius abſtractum eſt intentio differentiæ. Vnde non ſemper eſt neceſſe concreta, & abſtracta conuenire in principio uocis. & differre in fine, vt patet de ſtudioſo dicto a uirtute. Sed tantum eſt neceſſe, quando abſtractis ſunt nomina impoſita, & vbi concretum poteſt formari ab abſtracto, & vniuerſaliter, vbi ſunt denominatiua re, ac uoce. Alio modo poteſt accipi differentia, ut eſt ſecunda intentio, pro quadam relatione rationis. Et hæc eſt abſtractum, cuius ſpecies ſunt differentia ſpecifica, & differentia numeralis, concretum uero eſt differens, cuius ſpecies ſunt differens ſpecie, & differens numero. Sciẽdumque, quod huius, & illius differentiæ, quæ eſt ſecunda intentio, non eſt idem fundamentum quod, nam differentiæ, quæ eſt relatio rationis, fundamentum quod, & illud idem, quod eſt fundamentum, quod differentiæ, quæ eſt relatio realis. Verumtamen eſt, quod relationis realis eſt fundamentum, ut habet eſſe materiale, & relationis rationis, vt habet eſſe cognitum, ac cõparatum. Ex hoc ſequitur, quod differentia, vt eſt ſecunda intentio, primo, ac ſecũdo modo ſumpta, non eſt eadem differentia, ubi enim ſunt diuerſa fundamenta, ibi ſunt diuerſæ relationes. Sequitur etiam vlterius, quod cum dicimus, homo differt ſpecie ab aſino, & ſortes differt numero a Platone, poteſt ly differt accipi, vel ut concretum differentiæ, quæ eſt relatio realis, vel differentię, quæ eſt relatio rationis.

Abſtractum, & cõcretũ non ſẽp cõueniunt in pĩcipio vocis, & differũt in fine.

Niſi

intentione Commen. ideo Philoſophus in meta. diuidit unum ſecundum diuiſionem logicam.

Aliter poſſumus dicere, quod aliquid cõſiderari a metaphyſico, vel a logico contingit dupliciter. Vno modo metaphyſicè. Alio modo logicè. Metaph. conſiderat metaphyſicè tantum de rebus: logicè verò poteſt conſiderare de intentionibus, & maximè vbi pertractantur nomina multiplicia. Logicus autem de intentionibus logicè, & de rebus metaph. conſiderat.

Tertium notabile. Tertium notabile eſt, quod ponẽdo vnũ & multa, ac eorum ſpecies poſſe ſumi æquiuocè, ſic faciliter ſaluatur eorum vniuocatio in omni genere, quia poſſumus dicere, quod vniuocè reperiuntur in omni genere inquantum intentiones, licet non inquantum res.

Quartũ notabile. Per quartum notabile, reſpondet cuidã tacitæ interrogationi: poſſet enim quis q̃rere, an ſaluetur vniuocatio ipſius in quid ad genus, & ad ſpeciem ponendo ipſum eſſe intentionem. Dicit doctor, quod non, quia in quid poteſt eſſe æquiuocum ad plura ſpecie [ideſt ad genus] & ad plura numero, ideſt ad ſpẽm. Propter hoc ergo doctor appoſuit ly tamen, quod eſt aduerſatiua coniunctio. (Tñ q̃d.)

Vltimũ notabile. Vltimum notabile eſt, quod per hanc eandem diſtinctionem ſaluare poſſumus, ly pluribus in definitione vniuerſalis, non eſſe æquiuocum rebus diuerſorum generum. Notandum, q doctor forte hic non loquitur de ly pluribus, vt comparatur ad plura ſpecie, & ad plura numero, ad quæ dictum fuit ſupra, q eſt vniuocum: ſed vt comparatur ad ea quibus applicatur. Et hoc dicit doctor, vt ſoluere poſſimus hoc argumentum. Vniuerſale eſt applicabile vniuocè rebus diuerſorum generum; quod non contingit de ly pluribus, ergo vniuerſale non rectè definitur per prædicari de pluribus. Dicendum quod ly plurib. poteſt accipi, vt eſt res, vel vt eſt intentio. Secundo modo vniuocè dicitur de rebus diuerſorum generum, ſicut etiam vniuerſale. (pluribus duplicibus.)

QVÆSTIO XXVIII.

Vniuerſalium

An differentia prædicetur in quale?

ORdo huius quæſtionis ad præcedentem, & ad ſequentem patet ex his, quæ diximus ſupra in quæſtionibus de genere. Vnicus terminus relinquitur declarandus, ſcilicet quale, quod poteſt accipi, vel prime, vel ſecunde intentionaliter. Prime intentionaliter poteſt accipi, aut ſyncategorematice, & ſic eſt quæſitiuum prædicamenti qualitatis. Aut categorematicè, & hoc tripliciter, quia vel ſignificat differentiam eſſentialem, vel formam accidentalem de genere qualitatis, quæ accidentaliter qualificat ſubiectum: vt dicit Philoſophus. 5. met. cap. de quali. Vel ſignificat quicquid in diuinis habet rationem actus, vel quaſi formæ. Vnde dicit Doctor. 1. diſtinctione 26. reſpondendo ad argumenta principalia, q illa ſola propriè vocantur attributa, quæ quaſi qualitates perficiunt in eſſe ſecundo rem præſuppoſitam in perfecto eſſe primo, ſcilicet quantum ad omnem perfectionẽ, quę conuenit rei, vt eſt ſubſtantia. Quale ſecunde intẽtionaliter ſumptum poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro intentione applicabili ei, quod eſt in genere qualitatis; ſicut enim intentio applicabilis ei, quod eſt in prędicamento ſubſtantię appellatur ſubſtantia, quemadmodum dictum fuit ſupra quæſt. 4. vbi dicebat Doctor, quod ſecundæ ſubſtantiæ [vt de eis loquitur Philoſophus in prædicamentis] ſunt accidentia intentionalia; ita intentio applicabilis ei, quod eſt in genere qualitatis, vocatur qualitas, ſeu quale.

(Quale quotup. — Attributa formæ.)

Alio modo ſumitur quale ſecunde intentionaliter, vt ſignificat quendam modum prædicandi condiſtinctum contra p̄dicari in quid. Et notandum quod ſicut aliud eſt prædicari in quid, & aliud eſt prædicare quid, vt dicet doctor infra ſoluēdo primum principale. Ita aliud eſt prædicari in quale, & aliud eſt prædicare quale. Ad hoc enim quod prædicetur in quale, oportet quod prædicet qualitatem, vel ſubſtantialem, vel accidentalem per modum qualificantis, ſeu denominantis. Ad hoc autem quod prædicet quale ſufficit quod prædicet qualitatem. Vnde dicendo albedo eſt color, color prędicat quale de albedine, non tamen prædicatur de albedine in quale, ſed in quid.

P̄dicari ī quale, & p̄dicare quale differunt.

Corpus quęſt.

In corpore quæſtionis doctor duo facit. Primo, reſpondet ad quęſtionem, probando duplici ratione Porphyrii, affirmationem eius. Secundo, pro intellectu eorum, quę dicit in illis duabus rationibus, ponit quoddam notabile fundatum ſuper diſtinctionē actus. Secundum ibi. Intelligēdum tamen, &c.

Dr̄ia p̄dicatur in quale

Dicit ergo, quod differentia prædicatur in quale, quia prędicatur per modum denominantis, & qualificantis; quod oſtendit auctor [ſcilicet Porphyr.] dupliciter. Primo probat ratione deſumpta a proprietate reſpondendi. Illud enim prędicatur in quale, per quod reſpondemus ad interrogationem factam per quale, ſed differentia eſt huiuſmodi, quia interrogantib. nobis, qualis eſt homo, conuenienter reſpondemus per differentiam, dicimuſque ipſum eſſe rationalem, ergo differentia prædicatur in quale.

Leui Gerſonidis error

Spēs nō p̄dicat̄ ī quale q̄d

Nota quod Leui Gerſonides in annotationibus, quas facit in caput de differētia, dicit quod per ſpeciem quoque fit reſponſio in eo quod quale, & ita ſecundum ipſum ſpecies prædicatur in quid ratione generis, & in quale ratione differentiæ. Sed ſupra impugnatus fuit iſte modus dicendi, non enim eſt verum quod ſpecies prædicetur in quale quid.

Secunda ratio Porphyrii ſumitur a proprietate eſſendi: & eſt talis. Quicquid reſpectu alicuius habet rationem actus, & formæ, prędicatur de illo in quale; ſed differentia reſpectu ſpecici habet rationem actus, & formæ, ergo differentia prędicatur in quale de ſpecie.

Maior patet, quia prędicari per modum actuantis, informantis, & qualis, eſt prædicari in quale; nam forma, qualitas, & actus idem ſunt. Minor probatur dupliciter. Primo ſic. Sicut eſt in compoſito reali, ita proportionabile eſt in compoſito rationis, ſed in compoſito reali, eſt aliquid habens rationem materiæ, & aliquid habens rationem formæ, igitur in compoſito rationis erunt aliqua iſtis proportionabilia, ſed differentia non eſt proportionabilis materiæ, ergo eſt proportionabilis formæ

Maior huius rationis habetur ab Auerr. in libro deſtruct. diſput. ſeptima, in ſolutione tertii dubii, & ſecundo cœli. Commento quadrageſimo nono. Minor patet ex primo phyſico. vbi probat Philoſophus, quod principia ex quibus componitur res naturalis ſunt tantum duo, & non plura, nec pauciora. Vnde licet priuatio ſit principium ex quo fit, non tamen eſt principium ex quo componatur res naturalis compoſita.

Prīcipia rerū naturaliū ſunt tm̄ duo.

Priuatio q̄uo prīcipiū, & q̄uo nō.

Minor quæ ſubſumitur poteſt ſic probari, quod habet rationem materię, ſeu q̄d eſt proportionabile materiæ, eſt indeterminatum, ac potentiale: iſta namque ſunt p̄pria materiæ: quoniam materia, vt materia eſt quid paſſiuum, primo de generatione. tex. Com. quinquageſimoquinto. ſed potentia paſſiua eſt potentia contradictionis. 9. met. tex. Com. 17. Etiam materia eſt nuda, & mera potentia paſſiua, vt dicit Them. 5. phy. ſuper tex. 2. Modo dr̄ia, nec eſt indeterminata, nec eſt in potentia, eſt enim finalis ſubſtantia rei, & definitio. 7. metaph. tex. Com. 43. & Auer. 2. de anima, Com. 8. dicit. Quod genus demonſtrat materiam, & dr̄ia formam Quod ideo uidetur eſſe verū, quia genus comparatur ad differentiam ſicut potentia ad actum, & ſicut materia ad formam. Secundo probatur illa minor principalis ſic [quæ erat quod dr̄ia habet rōnē actus.] Omnia ex quibus fit unum per ſe, alterum ſe habet vt potentia, alterum vt actus, per Ariſt. 8. metaph. tex. Comm. 6. 9. & 15. ſed differentia non ſe habet vt potētia, vt iam probatum eſt, ergo ſe habet vt actus.

Dr̄ia nec eſt indeterminata, nec ī potētia.

Notan-

Notandum, ꝙ cum doctor dicit formã, qualitatem, & actum eſſe idem, accipit qualitatem largè, ut ſ. ſe extendit ad quodlibet accidens, & ad differentiam. Quod autem actus, & forma ſint idem, patet ex 9. meta. tex. Com. 17. Vide ad hoc doctorem in p̄dicam. q. 14. in fine.

Ibi. Intelligendum tamen, &cæte. Ponit quoddam notabile, vt intelligere poſſimus quomodo differentia prædicatur in quale.

Actus quotup. Notandum ꝙ actus pōt accipi dupliciter; Vno mō vt ſe extendit ad operationem, dicit enim Auer. 9. met. Comm. 16. ꝙ nomen actus etiam dr̄ de operatione in lingua græca Alio modo accipitur, vt idem eſt ꝙ forma.

Actus 1. & actus 2. quid. Si actus accipitur primo mō, & diuidatur in actum primum, & ſecundum, quãad modum diſtinguitur a Philoſ. 2. de anima, tex Com. 2. & a D. Thoma. 1. par. quæſ 48. art. 5 ac alibi ſæpe: Scotus quoq. multis in locis loquitur de actu, primo, & ſecundo modo ſumpto. Sic per actum primum intelligimus formam, ſeu eſſe, ſeu principiũ operationis: & per actum ſecundum intelligimus ipſam operationem. Vnde Alex. in paraphraſi, cap. 3. dicit. Actum primum eſſe habitum, ſeu poteſtatem; actum ſm̄ eſſe actum a ptãte profectũ. Et hoc idẽ dicit Simplicius, Ammonius, & Albertus in qōne de homine. Si autem actus ſumatur ſecundo modo: ſic cum diuidimus ipſum in primũ, ac ſecundum, per actum primum intelligimus actum, ſeu formam dantem eſſe ſimpliciter, & per actum ſecundum intelligimus actum dantem eſſe ſecundum quid, qualis actus eſt accidens. Modo doctor hoc in loco loquitur de actu ſumpto ſecundo modo, quia loquitur de actu, de quo loquitur Philoſophus 8. metaph text. Commen. 15. ſed Philoſophus ibi loquitur de actu, qui ſimul cum potentia conſtituit aliquod totum, ut atteſtatur doctor, 1. diſt. 26. reſpondendo ad rationes pro ſecunda opinione. Igitur cum doctor hic diſtinguit actum, in actum primum, & ſecundum: per actum primum intelligit formam, ſeu actum, ſeu qualitatem eſſentialem, & per actum ſecundum intelligit formam, ſeu actum, ſeu qualitatem accidentalem; Eſt autem actus accidentalis, in propoſito, qui non eſt de quidditate, ſeu de eſſentia rei; & hoc modo proprium poteſt dici actus accidentalis. Hoc totum poteſt confirmari, nã doctor dicit hic, quod forma, actus, & qualitas ſunt idem, & in prædicam. q. 14. diuidit formam, & qualitatem in eſſentialem, & accidentalem. Ex his omnibus patet, q̃d iſta diſtinctio de actu in primum, & ſecundum non eſt illa, quæ ponitur. 2. de anima.

Et ideo corrigendus eſt Io. Anglicus, & Mauritius dicentes, quod iſta diſtinctio ſumitur a Philoſopho in ſecundo de anima. Error Io. Ang. & Mau. Dicit ergo doctor, quod ſicut duplex eſt actus, ſeu forma, ac qualitas, ita duplex eſt modus qualis, nam vnamquamque rem conſequitur ſuus proprius modus eſſendi. a quo ſumitur modus prædicandi. Differentia ſumitur ab actu primo, ſcilicet a forma ſpecifica, quæ eſt qualitas eſſentialis, & cum modus eius prædicandi ſumitur a modo eſſendi formæ ſpecificæ, ſeu actus primi, qui eſt eſſentialiter ineſſe, ideo differentia prædicatur in quale eſſentiale. dr̄ia q̄r prędicat̄ in quale eſſẽtiale. Cum autem modus eſſendi aliorum actuum, a quibus ſumitur proprium, & accidens, ſit ineſſe accidentaliter, ideo proprium & accidens prędicantur in quale accidentale. ꝑpriũ. & accñs quare p̄dicant̄ ĩ quale accidẽtale.

1. Argũ princip. Tribus rationibus arguit pro negatiua. Prima ſic erigatur. Quicquid prædicatur quidditatiuè, prædicatur in quid, at differẽtia prędicat quidditatem eius eius vnus eſt; ergo prædicatur in quid. & ex conſequenti non in quale, quia in quid, & in quale ſunt oppoſiti modi prædicandi. Maior probatur, nam quid dicitur a quidditate, ergo ꝙ prædicat quidditatem, prædicatur in quid. Minor probatur, ſi enim differentia non prędicaret quidditatem eius, cuius eſt, non poneretur in eius definitione.

Reſp. ad 1. princi. Reſpondet negando maiorem, nam ad prædicari in quid non ſufficit prædicare quid, ſeu quidditatem, ſed oportet quod prædicet quid per modum quid.

Ad p̄dicari ĩ q̃ nō ſufficit p̄dicare q̃dditatem. Differentia autem licet prædicet quid, quia prædicat eſſentiam, non tamen prædicatur in quid, ſed in quale, quia non prædicat ipſum quid per modum ſubſiſtentis, ſed per modum informantis. Ex his habes, quod aliud eſt prædicare quid, ſeu quidditatem rei, & aliud eſt prędicari in quid.

Secundo principaliter arguit ſic. Quicquid prędicatur in quale eſt qualitas, ſed differentia non eſt qualitas, ergo differentia non prædicatur in quale, &c.

Maior patet quia quodlibet prædicamentum habet ſuum proprium modum prædicandi, qui ducit originem a ſuo modo eſſendi, ac correſpondet proprio modo interrogandi illius prædicamenti. Minor probatur: nam quodlibet accidens [& ex conſequenti qualitas] eſt poſterius ſubſtātia. ſeptimo metaph text. Commento quarto. Vnde 12. metaph. text. Comment. quadrageſimotertio. dicit Philoſophus, quod neceſſe eſt, vt illud, quod eſt prius ſubſtantia ſit ſubſtātia. At differentia non eſt poſterior, ſed prior ſubſtantia, cum ſit prior ſpecie, quæ eſt ſubſtantia, ergo differentia non eſt qualitas.

Reſp. ad 2. princ. Reſponſio eſt diſtinguendo de qualitate, nam qualitas poteſt accipi, vel tranſcendenter, & ſic dicicitur de differentia ſubſtātiæ, vt dicit Philoſophus, quinto metaph. cap. de quali, & doctor hic, & ſupra quæſt. 12. & 1. diſtinct 19. quæſtione prima.

Qualitas dup. Alio modo poteſt accipi, ut eſt unum generaliſſimum. Maior eſt vera ſumendo qualitatem tranſcendenter, & minor falſa. Si verò ſumatur qualitas, ut eſt vnum prædicamentum, ſic maior eſt falſa, & minor vera.

3. Argm princip. Tertio, & ultimo ſic arguit. Quicquid prædicatur in quale prædicatur denominatiue, ſed differentia non prædicatur denominatiuè, ergo nec in quale. Minor probatur dupliciter. Primo ſic, quòd prædicatur denominatiuè prædicat aliam eſſentiā a ſubiecto, ſeu ab eo, de quo dicitur, ſed differentia non prædicat aliam eſſentiā ab eo, de quo dicitur, cum ſit de eius eſſentia, ergo differentia non prædicatur denominatiuè Secundo probatur eadem minor ſic. Quicquid prædicatur uniuocè non prædicatur denominatiuè; ſed differentia prædicatur vniuocè, ergo non prædicatur denominatiuè. Maior patet, quia prędicatio denominatiua diſtinguitur contra prædicationem uniuocam, per Ariſt. in prædicamētis, ubi enumerat tres modos prædicandi diſparatos Minor patet per Ariſt. in prædicamentis, cap. de ſubſtantia in ſecunda proprietate, ubi dicit, ꝙ ſicut ſpēs, & genera, ita & differentia vniuocè prædicatur. Doctor tāgit hoc argumētum enthymematicè ſic. Si differentia prædicatur in quale prędicatur denominatiuè. Conſequens falſum, ergo, & antecedens. Falſitas conſequentis ꝓbatur dupliciter, eo ſcilicet modo, quo probauimus minorem.

Reſp. ad 3. princ. Huic argumento dupliciter reſpondet. Primo negando conſequentiam, & hoc ſi argumentum erigatur enthymematicè. Vnde non ualet conſequentia, niſi addatur antecedenti, quod prædicat aliam naturam. Sed tunc antecedens eſt falſum, quod ſcilicet differentia prædicetur in quale, & prædicet aliam naturam. Differentiæ enim ſubſtantiales ſunt de eſſentia congregati, de quo prædicantur. 5. met. Comm 7. Si autē argumentum formetur ſyllogiſticè, neganda eſt maior, niſi addatur illi eadem met particula, ita vt maior ſit iſta. Quicquid ꝑdicatur in quale, & prædicat aliam naturam, prædicatur denominatiuè. Sed tunc non ſequitur differentiam non prædicari in quale, ex hoc quod non prædicatur denominatiuè. Eſt enim fallacia a ſecundum quid ad ſimpliciter ſic arguendo, differētia non prædicatur in quale, ſic quod prædicet aliam naturam, ergo non prædicatur in quale. Eſt enim fallacia conſequentis a negatione minus communis, ad negationem magis communis; vnde non ſequitur non eſt homo, ergo nō eſt animal; ſimiliter nec ſequitur dr̄ia non prædicatur denominatiuè, ergo non prędicatur in quale. Quia dato etiam quod quicquid prædicatur denominatiuè prędicetur in quale: non tamen quicquid prædicatur in quale prædicatur denominatiuè: Et hoc ſumendo propriè prędicari denominatiuè.

Quale duplex. Alia reſponſio eſt diſtinguendo de quali accidentali, & eſſentiali. Si in antecedente ſumatur quale primo modo, ualet equidem conſequentia, ſed antecedens eſt falſum. Si verò accipiatur ſecundo modo, ſic nulla eſt conſequentia; quamuis antecedens ſit verum. Formando verò argumētum ſyllogiſticè, neganda eſt maior de quali eſſentiali: & concedenda de quali accidētali. Sed non ſequitur poſtea differentiam non prædicari in quale, propter æquiuocationem qualis; nam in maiori accipitur ꝓ quali accidentali, & in concluſione ꝓ quali

li eſſentiali.

Ibi. Nam denominatiuum, &c. Reddit rationem, quare conſequentia ualet, ſeu maior eſt vera, loquendo de quali acciden tali: & quare eſt falſa loquendo de quali eſſentiali. Ratio igitur eſt, quia tantum illa poſſunt prædicari denominatiuè, quæ prę dicantur in quale accidentale, nam ſolum modo talia poſſunt differre ſolo caſu, ideſt ſola cadentia ad ſubiectum. Vnde licet, quę prædicantur in quale eſſentiale habeant aliquid, de quo dicantur; non tamen habent illud tanquam ſubiectum ad quod cadant, vt accidens dicitur habere ſubiectum, ſeu eſſe in ſubiecto. Ad propoſitum applicabis id quod ſupra quæſtione decimaſexta. ac alibi diximus de denominatiuorum definitione.

Replicat contra rñſionẽ ad 1.pr. Ibi. Contra reſponſionem, &c. Replicat contra reſponſionem ad primum principale. Nam nihil poteſt aliquid prædicare ſub modo ſibi oppoſito, ſed quid, & quale opponuntur, & differentia prædicat quid, ergo non poteſt prædicari quid, & prędicari in quale.

Reſpondet negando quod quid, & in quale opponantur, nam modus non opponitur rei, nec è conuerſo. Sed bene res opponitur rei, & modus modo. Quod autem modus, & res non opponantur patet, nam oppoſita debent fieri circa idem, ideſt debent eſſe eiuſdem generis, vel rationis, quod non contingit de re, & de modo, ut patet de homine, & albedine. Vel debent fieri circa idem, i. circa idẽ ſuſceptibile, a quo mutuo ſe expellant, modo res, & modus non expellunt ſe inuicem ab eodem ſuſceptibili, imo modus videtur ſubiectari in re. Exẽplum de plurali, & ſingulari declaratum fuit ſupra.

Res, & modus nõoppo nuntur.

QVÆSTIO XXIX.

Vniuerſalium Scoti.

An mortale ſit differentia animalis rationalis diuiſiua, & hominis conſtitutiua?

CIrca ordinem huius quęſtionis non eſt immorandum cum ex dictis pateat. Duo ſunt termini declarandi, reliqui enim ex ſupra dictis patent.

Primus terminus eſt mortale, qui dicĩ a morte. Vnde ſicut mors eſt nomen æquiuocum, ita quoque mortale erit nomen æquiuocum. Sumitur enim quandoque mors pro ſeparatione animæ a corpore. Et hoc modo loquitur Philoſophus de morte, & pomo, & Auerr. in proęmio phyſi. & ſecundo phyſic. Commento 23. ubi dicit, quod mors eſt vltimum proueniens ex neceſſitate hyles, ideſt materiæ. Ad cuius ſimilitudinem quandoque ſumitur mors ꝑ ſeparatione animæ a Deo per peccatum. Ita quoque mortale (quod ſignificat morti ſubiectum, & non nunquam idem quod mortiferum, ſeu afferens mortem: vnde peccatum mortale, vocatur mortale, non non quia ſit morti ſubiectum, ſed quia mortem affert) aliquando accipitur, ꝓut idem eſt quod ſubiectum morti primo modo ſumptæ.

Mors quotup.

Mortale qd ſignificat, & quotup. accipiĩ.

Peccatũ mortale quaſ dr̃ mortale.

Aliquando verò ſumitur, vt idem eſt, ꝙ afferens mortem ſecundo modo ſumptã, ſeu ſubiectum morti hoc modo ſumptæ. Mortale primo modo ſumptum poteſt accipi tripliciter ſecundum Diuum Bonauẽturam, libro quarto, diſt inct. 43. articu. primo, quęſt. 4. Vno modo vt dicit naturalem aptitudinem ad moriendum: & ſic ſumi-

tur a D.Thoma 4. diſtinct.44. quæſtio.2. artic.1. Alio modo dicit poſſibilitatem ad moriendum. Tertio modo neceſſitatem. His poſſumus addere quartum modum, non numquam enim accipitur pro differētia eſſentiali hominis, & ſic dicit naturam cui conuenit mori, ut ait D.Thom. 2.diſt. 19. Et ſic homo per rationale a beſtiis, & per mortale a diuinis ſeparatur, ut ait D. Auguſt.lib.2.de ordine.cap.11.Dictum tamen Diui Thomę non credo eſſe verum, & infra oſtendam declarando vltimam rationem ad oppoſitum.

Rōnabile, & rōnale quotuplicit.

Secundus terminus declarandus eſt rationale, qui quandoque ſumitur ut idem eſt, quod rationabile, ut patet.7.metaphyſ. Comm.11.vbi Auer.dicit, quod rationabilitas eſt quidditas animalis rationalis; & hoc idem dicit de rationalitate, in fine eiuſdem Commenti. Et hoc idem patet ex D. Bonauen.3 diſtin.23.q.1.vbi ſcribit, quod aliquid dicitur rationale. Aut quia eſt conſonum rationi eleuatæ, & illuſtratę a lumine veritatis supernę. Aut quia eſt conſonum rationi conuerſę ad cognitionem ſenſibilem. Et hic accipit D.Bonauen.rationale, vt idem eſt, quod rationabile, ut clarum eſt. Hincque eſt, quod quidam dicunt, rationale poſſe accipi pro aptitudine ad ratiocinandum: quod verum eſt non diſtinguẽdo inter rationale, & rationabile. Quia ſi rationale ſumitur, vt diſtinguitur contra rationabile, ſic rationale ſignificat, qđ ratione utitur, vel vti poteſt: & rationabile ſignificat, quod ratione factum eſt, uel dictum, ut ſ D.Auguſt.lib. 2.de ordine, c.11. & hoc idem habetur in trilogio animæ Ludouici de Peruſia, parte prima, ca.30. Rationale, vt diſtinguitur contra rationabile, poteſt accipi dupliciter, vt colligimus ex dictis Scoti.3.diſt.33. Vno modo ſimpliciter, ſeu per eſſentiam. Alio modo tranſumptiuè, ſeu tantum per participationem. Primo modo aliquid poteſt dici rationale, aut ſtricte, & primo, aut non ſtricte, nec primo, ſed tantum ſimpliciter. Solus intellectus dicitur rationalis ſimpliciter, ſtricte, & primo. Voluntas vero dicitur equidem rationalis ſimpliciter: ſed non ſtrictè, nec primo. Tranſumptiuè autem appetitus ſenſitiuus dicitur rationalis; & hoc non quia ſit perſuaſibilis a ratione, non enim eſt liber: ſed quia obedibilis eſt rationi. Vnde D.Tho.prima ſecundæ.quæſ.56.art.6. dicit quod iraſcibilis, & concupiſcibilis ſunt rationales per participationem. Vide ad hoc Gabriel.3. diſtinct.23.q.1.artic.3.dub.1 His poſſumus addere, quod quandoque ſumitur rationale pro vltima realitate qua homo eſt homo, ſicut accipitur ab Auer.7.meta. Com. 11. Quandoque etiam accipi poteſt pro potentiis vegetatiuis in homine, quæ dicuntur rationales per coniunctionem: coniunguntur enim rationi in eodem ſuppoſito, vt ait Fran.de Mayr.3.d.33. q 2.art.9. Sed hic fortè dubitabit aliquis de voluntate, an ſit rationalis per eſſentiam. Et de cognitiua ſenſitiua, an poſſit dici rationalis. Ad primum dico, quod rationale poteſt accipi dupliciter. Vno modo vt idem eſt quod rationabiliter diſcurrere etiam circa vniuerſalia, vel rationabiliter eligere, & determinare de agibili. Alio modo preciſè vt idē eſt, quod rationabiliter diſcurrere etiam circa vniuerſalia. Primo modo voluntas eſt rationalis per eſſentiam. Secundo modo nō niſi per participationem; per eſſentiam aūt erit irrationalis. Ad aliud dubium dico, ꝙ ratio [vt eſt ad propoſitum noſtrum] poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro ratione vniuerſali, cuius eſt diſcurrere, ac ratiocinari etiam circa vniuerſalia. Alio modo pro ratione particulari, quemadmodum cogitatiua vocatur ratio, ut habet uideri a Commen. ſecundo, & 3.de anima. Si rationale dicatur a ratione primo modo ſumpta; ſic cognitiua ſenſitiua in homine poteſt dici rationalis ſubordinatiuè, inquantum ſcilicet ſubordinatur rationi. Si verò ſumitur rationale, vt dicitur a ratione ſecundo modo ſumpta, ſic cognitiuæ ſenſitiuę poſſunt dici rationales, etiam per eſſentiam. Hæc pro terminorum declaratione dicta ſufficiant.

Rōnale, & rōnabile diſferunt.

Intell's, volūtas, & appetitus ſenſitiuus q̄ pōt rōnales.

Vegetatiuę quō pñt dici rōnales.

Voluntas an rationalis ꝑ eſſētiā.

1. Argūm ad oppoſitum.

Ad oppoſitum arguit doctor ſex rationibus. Et primo probat animal rationale non eſſe genus, & arguit ſic. Quodlibet genus prędicatur in quid de differentibus ſpecie, ſed animal rationale non prædicatur in quid de differentibus ſpecie, ergo non eſt genus.

Minor probatur, ſi animal rationale prædicaretur de differentibus ſpecie, hoc eſſet quia prędicaretur de intelligentiis, ſed hoc

eſt

eſt falſum, quia animal rationale eſt ſubſtā tia animata ſenſibilis, quod nō eſt verum de intelligentiis.

Angeli an ſintq̃ d̃t aīalia rōnalia.

Sed contra hoc eſt D.Auguſt. de Ciuit. Dei, libro octauo,cap.14. Quod omnium animalium in quibus eſt anima rationalis tripartita eſt diuiſio,in Deos, ideſt in Angelos,ſeu heroas,in homines,& dæmones. & libr.9. cap.13. dicit tria eſſe genera animalium:immortale rationale, vt angelus; rationale mortale, vt homo : irrationale mortale,vt brutum.

Item ad hoc idem eſt D. Gregor. libro primo, Homilia decima. Qui dicit Angelum eſſe animal rationale. Item Dion. 4. de diuinis nominibus ait, quod in dæmonibus eſt phantaſia proterua, concupiſcentia demens, & furor irrationalis; quod nō eſſet, niſi eſſent animalia.

Ad Diuum Auguſtinum dico,quod loquitur ad mentem Platonis,vel Apulei,vel Heſiodi.Vnde Plato in quarto de legibus, & Epinom. ponit tres ordines Deorum, ſcilicet Deos,dæmones,& heroas.Et Heſiodus poſuit quatuor ordines rationalis naturę,ſcilicet Deos,dæmones,hæroas,& homines.

Angeli, & dęmo quō dñr aīalia rō nalia.

Ad Diuum Gregorium dicendum, q̃ loquitur metaphorice,vel per quandam eminentiam.Dicuntur enim Angeli animalia rationalia, aut propter ſimilitudinem rationis: aut quia eminentius habent multas proprietates, quas habent animalia ſic compoſita.

Ad Dion. dicas quod loquitur ſimilitudinarie, comparantur namque dæmones ſenſibilibus, ſicut homo non intelligens comparatur iumentis inſipientibus. Vel aliter dicamus,quod Angeli dicuntur animalia rationalia, ſimiliter, & dæmones accipiendo rationale,prout idem eſt, quod intellectuale,& accipiendo animal largè. Vide Egidium,ſecundo diſtinct.prima, parte ſecunda,quæſt.ſecunda,art.ſecundo, & diſtinct.8.quæſt.1. in ſolutione vltimi argumenti. Et Franc. de Mayr. ſuper vniuerſalia paſſu.24.

2.Argū. ad oppoſitum.

Arguit ſecundo,doctor probando quod mortale non ſit differentia,quæ conſtituat ſpeciem.Nam quælibet differentia ſumitur a forma, vel ab eius realitate, ſed mortale non ſumitur a forma, nec ab aliqua eius realitate,ergo mortale non eſt differentia. Maior patet, quia differentia ineſt ſpeciei ratione formæ,ergo ſumitur a forma. Minor probatur;mortale enim ineſt alicui tātum ratione materiæ, cum materia ſit principium qua res poteſt eſſe, & non eſſe per Ariſtot. ſeptimo metaphyſic.tex Commento 22.

Ibi.Et hoc intelligitur,&c.declarat de qua materia loquitur ibi Philoſophus, & dicit quod loquitur de materiis indiuidualibus, quæ non pertinent ad ſpeciei eſſentiam.Hic ſunt duo notanda. Primo, quod corruptibile,& mortale poſſunt dupliciter accipi primo cœli. 121. Vno modo vt important aptitudinem,& ſic ſunt paſſiones, & non differentię.

Corruptibile & mortale duplic.

Alio modo,vt important actum. Et ſic dico quod cauſa corruptionis, ſeu mortis eſt duplex;quædam eſt intrinſeca,quædam extrinſeca,vt ſcribit Auer.4 phyſic. Com. 128.Cauſa intrinſeca eſt duplex,alia eſt ſubiectiua,alia effectiua.Cauſa ſubiectiua,ſeu radicalis mortis, ac corruptionis eſt materia cum priuatione, quæ eſt mixta in eius ſubſtantia,ut dicit Auer.1.phy. Comment. 79.& de ſubſtantia orbis. 1. ac.3. cap. materia enim ratione priuationis eſt in potētia,vt tranſmutetur ad aliam formam, ut ſcribit Scotus,3.diſtinctio. vigeſimaſecunda,& hoc quia priuatio inclinatur ad maleficium.1. phyſic.tex Commen. 80. Quod autem materia ſit cauſa ſubiectiua mortis, ac corruptionis, poteſt confirmari per Scotum.4. diſt.43.quæſt.ſecunda, artic.ſecundo, vbi declarando hanc propoſitionem Ariſt.materia eſt qua res poteſt eſſe, & nō eſſe: dicit quod non tantum eſt intelligenda illa propoſitio de re, cuius materia eſt pars,ſed etiam de re cuius ipſa eſt receptiua. Ad hoc idem eſt Durandus, 3.diſtin. 16.quæſtio.prima, & Auerr. primo phyſic. & Burleus, primo phyſic. Comment.text. ſeptuageſimonono. Vnde ex hoc, quod materia poteſt eſſe ſubiectum ipſius eſſe, ideſt formę, & ipſius non eſſe, ideſt priuationis, ideo dicit Philoſophus materiam eſſe qua res poteſt eſſe,& non eſſe. Sciēdum tamen, quod materia in communi pertinet ad eſſentiam ſpeciei, cuius eſt pars, & non eſt cauſa propinqua corruptionis: materia autem indiuidualis, ſeu com

Materia quō cā corruptionis & mortis.

Materia eſt qua res pōt eē,& nō. eſſe.

tracta ad actualem exiſtentiam, quæ non eſt pars quidditatis, eſt cauſa propinqua corruptionis, ut dicit doctor hic, & in tertio, diſtinct. vigeſimaſecunda. Cauſa intrinſeca effectiua mortis eſt multiplex, ut docet doctor. 2. diſtinct. 15. & 19. & 3. diſt. 16. quæſt 2. Nam quandoque mors cauſatur a contrarietate qualitatum partium organicarum. Propter quod Auicen. primo ſuę phy. cap. 3. videtur dicere, quod materia ſecundum ſe non eſt principium corruptionis, ſed quia eſt adiuncta formæ habenti contrarium. Cor enim eſt calidum, & cerebrum frigidum, & ideo cordis caliditas poteſt intendi, ac calefacere cerebrum, ipſumque diſponere ad corruptionem, vnde quando ultra debitam proportionem augetur qualitas actiua vnius organi ſupra qualitatem, & virtutem alterius, accidit infirmitas, & quandoque mors. Poteſt etiam quandoque mors ab intrinſeco accidere propter debilitatem virtutis nutritiuæ, ut dicit doctor vbi ſupra, & D. Thom. prima parte, quæſt. 119. artic. 1. in reſpon. ad quartum argumentum.

Mors cauſatur a qualitatib. contrariis partium organicarum.

Mors quandoque cauſatur propter debilitatem virtutis nutritiuæ.

Cum enim agens naturale in agendo repatiatur, & tandem conſumitur, ideo calor naturalis agendo in humidum radicale paulatim deperditur. & tandem fit ita remiſſus, quod illa pars organica, cuius eſt, non poteſt amplius conuertere in ſe partem nutrimenti appoſiti, & ita cauſatur mors. Habet enim quælibet pars organica certã, ac determinatam periodum, in qua poteſt conuertere in ſe partem nutrimenti appoſiti, & in qua non poteſt. Ex his patet quod iſta potius poteſt uocari cauſa deficiens, quam efficiens. Tertio poteſt accidere mors ab intrinſeco propter nutrimenti ſubtractionem.

Cauſę autem extrinſecæ mortis ſunt duplices. Quædam ſunt propter diſpoſitionẽ contrariam continentis. Et hoc, vel quia continens directè corrumpit contentum, ut ignis lignum in ipſo poſitum. Aut quia continens corrumpit contentum, licet nõ ita ſubito, ut aer regionis intemperatæ. Aut quia prohibet neceſſarium ad uitam, cuiuſmodi eſt aqua, quæ prohibet reſpirationẽ. Quædam ſunt cauſæ extrinſecæ mortis, cauſantes mortem propter uiolentiam illatam. Vide ad hoc idem Diuum Bonauenturam, & Brulefer. 2. diſtinct. 19. quæſt. 5. Mauritius dicit, quod cauſa generalis corruptibilitatis rerum, eſt quia omnia originaliter ſunt ex nihilo. Quod non credo eſſe verum, niſi ſumendo corruptibilitatem pro annihilatione, creatura enim quęlibet quãtum eſt ex ſe tendit in nihil, quia eſt ex nihilo.

Cauſę extrinſecæ mortis.

Dicit etiam quod forma eſt cauſa corruptibilitatis. Quod non credo eſſe uerum [loquendo de forma, ut diſtinguitur contra efficiens] niſi de cauſa per accidens; forma enim per ſui pręſentiam eſt cauſa ipſius eſſe, & per ſui abſentiam ipſius non eſſe, ſeu corruptionis.

Tertio arguit ſic ad idem. Quælibet differentia conſtitutiua ſpeciei primo ineſt ſpeciei, poſtea indiuiduis, ſed mortale primo ineſt indiuiduis poſtea ſpeciei, ergo mortale non eſt differentia ſpecifica hominis conſtitutiua. Maior patet, nam differentia ineſt indiuiduis per formam [ideſt per quidditatem] ſpeciei, nam ſpecies dicit totam quidditatem indiuiduorum. Minor probatur; aptitudo ad aliquid eſt eius per ſe primo, cuius eſt terminus aptitudinis, ſed mortale dicit aptitudinem ad tranſmutationem, ſeu ad mori, tranſmutatio autẽ, ſeu mori eſt per ſe primo ſingularium, quia actus, & generationes omnes, & ex conſequenti corruptiones (oppoſita enim ſunt eiuſdem, & ad idem) per ſe primo ſunt circa ſingularia, primo met in proœmio, ergo mortale per ſe primo eſt ſingularium. Hic ſunt duæ propoſitiones declarandę.

3. Argũ ad oppoſitum.

Prima eſt, quod actiones ſunt ſingularium. Quæ ſi exponatur, ut accipitur a Philoſopho in proœmio met (vbi propter hoc præfert experimentum arti in agendo, uel expertum artifici. Debet intelligi non de actione, quę eſt reſpectus, quia talis poteſt eſſe vniuerſalium, ut infra ſtatim dicam: ſed de actione acta: non de immanente, quia talis poteſt eſſe circa uniuerſalia, ut patet de intellectu, ſed de tranſeunte, non ut habet eſſe cognitum, ſed ut habet eſſe exiſtentię.

Actiões ſunt ſingularũ, quõo intelligendum.

Dicunturque iſtę actiones eſſe ſingularium, ſeu circa ſingulare, vt ly circa notat habitudinem obiecti circa quod agẽs agit: medicus enim ſanat per ſe primo, aut Calliam, aut Socratem, ut dicit Philoſ. ibidem.

Poteſt

Poteſt etiam exponi ly circa, vt dicit habitudinem ſubiecti. Et ſic quęlibet actio, tam immanens, quam tranſiens, dicitur eſſe circa ſingulare, tanquam circa ſubiectũ; vnde quilibet conceptus (vt innuit Buridanus, 6. Eth.) quantumcunque vniuerſalis, vt conceptus entis, eſt in aliquo intellectu poſſibili ſingulari, puta in tuo, uel in meo.

Alia expoſitio eiuſdem propoſitionis. Poteſt etiam aliter exponi prædicta propoſitio (licet forte non ad mentem Ariſt. ibidem, ſeu non vt habetur a Philoſopho) de eo a quo eſt actio, ſeu de principio actiuo actionis. Pro qua expoſitione duo ſunt notanda.

prīcipiū duplic. Primo, quod principium poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro principio quo, quod eſt fundamentum pręciſe ſumptum, ſeu ratio agendi. Alio modo pro principio quod, ſeu pro principio propinquo, quod eſt fundamentum cum omnibus aliis concurrentibus ad rationem principii propinqui: ideſt ad hoc, ut actus elici poſſit. Hanc diſtinctionem accipere poſſumus ab Ariſt. nono metaph. nam definitio potentiæ actiuæ, quæ ponitur nono metaph. text. Commen. ſecundo, & 5. metaph. text. Com. 17. conuenit principio primo modo ſumpto. Principium verò ſecundo modo ſumptū, manifeſtè exprimit Ariſtot. 9. metaph. tex. Comment. 10. cum ait. Quoniam aliquid poſſibile, & quando, & quomodo, & quæcunque alia neceſſe eſt adeſſe in definitione. Et ſubdit. Tales potentię (ſcilicet irrationales) neceſſe eſt, vt poſſint quando paſſiuum, & actiuum appropinquantur, hoc quidem facere, illud verò pati.

prīcipiū ꝙ ſeu ꝓpinquū, quid eſt

ab eodē abſtracto pnt accipi plura de noīatiua. Secundo notandum, quod cum ab eodem abſtracto (& maximè dicente reſpectum) poſſint accipi multa denominatiua denominantia plura, ad quę cadit illa forma, vt do. et doctor, 1. diſtinct. 5. quæſt. 1. & ſimile in forma. parte 4. & Tromb. in formal. artic. 3. ideo ab actione poſſunt accipi plura denominatiua, quorum vnum denominabit principium formale, agendi, vt cū dicimus calor calificat, idest eſt quo habēs agit.

Aliud denominabit principium quod, vt cum dicimus ignis calefacit. His prænotatis dico, quod comparando actionem ad id, a quo eſt, vel ad id circa quod eſt, ut ly circa dicit habitudinem agentis, actio dicitur eſſe ſingularis, non tanquam ſolius denominati; quia etiam denominat principiū quo, quod eſt natura, & vniuerſale, vt docet doctor in ſua meta. ac alibi ſæpe: ſed tā quam vltimatè denominati. Ex quo ſequitur vtramque harum propoſitionum eſſe veram. Actio eſt ſingularis, ſeu circa ſingulare. Et actio eſt vniuerſalis, ſeu circa vniuerſale. Prima tamen non eſt vera, tanquam circa vltimatum denominatum, ſecunda vero tanquam circa denominatum non vltimatum.

Actiōes quo ſūt cā vl'is.

Aptitudo ad aliquid ē eius per ſe, cuius eſt terminus aptitudinalis. Secunda propoſitio declaranda eſt, quo modo aptitudo ad aliquid eſt eius per ſe, cuius eſt terminus aptitudinis. Quæ propoſitio ſumitur a Philoſopho in libro de ſomno, & vigilia, vbi dicit. Quod eiuſdem ſunt potentia, & actus. Hoc enim non uidetur eſſe verum, nam terminus riſibilitatis eſt ridere, at ridere per ſe, & primo ineſt homini ſingulari, ergo & aptitudo ad ridendum ꝑ ſe primo ineſt homini: & per ſe ſecundario huic homini. Et ſi dicas doctorem non dicere, quod cuius eſt terminus aptitudinis illius ſit aptitudo per ſe primo, ſed tātum dicit, quod eſt illius per ſe; & ſic concedo riſibilitatem per ſe conuenire huic homini, cum ipſius ſit ridere.

euaſiōis īpugnatio

Contra quia ſi non ſubintelligeretur ly primo, non eſſet ad propoſitum doctoris illa propoſitio; nam per illam non probaret mortale primo ineſſe indiuiduis quod tamen intendit probare. Poſſumus dicere qđ doctor accipit hic aptitudinem pro potentia. Vnde licet aptitudo (ſumpta vt diſtinguitur contra potentiam) poſſit eſſe per ſe primo alicuius, cuius per ſe primo non erit terminus eius, vt patet de riſibilitate: tamē potentia (& maximè loquendo de propinqua) non poteſt eſſe per ſe primo alicuius, niſi cuius primo eſt actus, ſeu terminus eius: & ratio huius eſt, quia potentia dicit ordinem ad actum: quod non eſt verum de aptitudine, vt in ſuperioribus declarauimus. Vel dicamus duplicem eſſe aptitudinem, ſcilicet propinquam, & remotam. Propinqua eſt per ſe primo illius, cuius primo eſt terminus eius. Remota autem poteſt eſſe per ſe primo alicuius, cuius tamen nec primo, nec per ſe, ſed tantum per accidens eſt terminus eius. Vt patet de riſibilitate, quæ per ſe primo conuenit hoī, cui tā

Reſpon.

aptitudo dup.

per

per accidens conuenit ridere. Vel aliter dicas ex his, quæ habet Canonicus primo phy.quæſt.1.art.3.dub.3 principali. Quod ſicut aptitudo poteſt accipi, vel in communi, vel vt contracta, puta corruptibile, & hoc corruptibile, ita quoque actus ſibi correſpondens poteſt accipi, uel vt communis, vel vt contractus, puta ridere, & hoc ridere. Et ſic dicas, quod cuius eſt actus primo modo ſumptus, eius eſt per ſe primo aptitudo primo modo ſumpta. Et cuius eſt actus contractus, eius eſt per ſe primo aptitudo contracta.

4. Argũ ad oppoſitum. Quarto arguit ſic ad oppoſitum. Quælibet differentia, vel ſit intermedia, vel vltima, eſt prior ſpecie, vel ſimul natura, & nunquam poſterior natura; ſed mortale nec eſt prius, nec ſimul natura, ſed poſterius ſecũdum naturam ipſo homine, ergo mortale non eſt differentia hominis conſtitutiua. Maior patet quia conſtituens, ac vniuerſaliter principium eſt prius, ſaltem natura, conſtituto, ſeu principiato.

Minor probatur, quia prius natura eſt homo, quam ſit aptus ad diſſolutionem: ſubiectum enim eſt prius natura, paſſione, & fundamentum relatione: in utraque reſolutiua proceditur à toto ad partes, ut patet ex primo phyſi.tex.Com. 3.

Mortale & corruptibile ſunt poſteria homine. Notandum quod ſi ſit ſermo de mortali, & corruptibili, vt dicunt actum, ſic certum eſt, quod ſunt poſteriora ipſo homine, quia terminus a quo mutationis eſt prior mutatione, corruptio autem eſt mutatio ab eſſe, ad non eſſe. Si autem ſit ſermo de mortali, & corruptibili, vt importãt aptitudinem. Sic dico, quod, aut primo inſunt ſingulari confusè tento, vt opinatur Sueſſanus in dilucidario diſputationum meta lib.1.diſput.8.

Aut primo inſunt ſpeciei, vt tenet Canonicus, & Scotus. 3. diſtinct. 22. & multi alii. Si primo inſunt ſingulari, ſic clarum eſt quod ſunt poſteriora ipſo homine; quia paſſio propria inferioris, ac ipſum inferius eſt poſterius ſaltem natura ſuperiori. Si autem primo inſunt homini: ſic dico, quod adhuc ſunt poſteriora ipſo homine, quia paſſio ſemper eſt poſterior ſubiecto.

5. Argũ ad oppoſitum. Quinto arguit ſic. Vltima differentia conuertitur cum definito, at mortale non conuertitur cum homine, ergo mortale nõ eſt ultima differentia hominis. Hic notare poteris id, quod ſupra diximus circa conuertibilitatem vltimæ differentiæ, ac paſſionis, quæ conuertuntur cum definito.

6. Argũ ad oppoſitum. Sexto arguit ſic. Differentia conducit ad eſſe, & eſt pars rei, per Porphyr. ſed mortale non conducit ad eſſe hominis, ſed magis ad non eſſe, quia terminus eius ad quẽ eſt non eſſe, ergo &c. Notandum quod illa eadem maior habetur, ſeptimo metaphyſi. tex.Commen.43. vbi ſcribit Philoſophus, quod vltima differentia eſt ſubſtantia rei, & definitio, quod non eſſet, ſi non conduceret ad eſſe. Ex his ſequitur contra Diuũ Thomam, quod mortale non eſt differentia eſſentialis hominis. Tum quia vt ſignificat naturam cui conuenit mori, non conuertitur cum homine, & ideo non erit vltima eius differentia. Tum quia ut ſignificat naturam cui conuenit mori, ſignificat aliquod compoſitum, differentia autem non eſt compoſita, ergo, &c. Contra D.Tho.

Corpus quæſt. Ad quæſtionem breuiter reſpondet tenendo propter iſtas rationes, quod animal rationale non eſt genus; nec mortale eſt differentia diuiſiua eius, vel conſtitutiua hominis. Et ſi dicas Diuum Auguſtinum lib.2.de ordine, ac alibi definire hominem hoc eodem modo, eſt animal rationale mortale. Et dicit quod per mortale ſeparatur a diuinis. Dicendum quod D. Auguſt. loquitur ſecundum mentem antiquorum ſapientum, ut ipſe met ibidem dicit. obiectio, & diſſolutio.

Argũ 1. princip. Pro parte falſa arguit doctor vna auctoritate, & duabus rationibus. Auctoritas eſt Porphy.in hoc cap.& in cap.de ſpecie, vbi dicit. Diuiditur enim animal rationali, & irrationali differentia, & rurſus mortali, & immortali differentia.

Reſp.ad 1.princ. Tria facit reſpondendo, primo ponit quorundam reſponſionem. Quam ſecundo loco impugnat. Tertio aliter reſpondet. Dicunt ergo quidam Porph. loqui ſecundum opinionem Platonis, exiſtimantis intelligentias eſſe animalia rationalia immortalia. Vide D.Auguſt. 8 de Ciui.Dei. ca. 14. lib.9.cap.13. Quod autem intelligentię ſint animalia, patet per locum a definitione ad definitum.

Aĩal ſcd̃m Platonem. Animal enim ſecundum Platonem eſt ſubſtantia ſe mouens motu uoluntario, at intelligentiæ ſunt ſubſtantiæ, mouentes ſe motu

motu uoluntario, ergo &cęt. Porph. ergo per Deos intelligit Angelos. Nec mirum, quia Platonici Angelos, dæmones, & heroas Deos appellant.

Ibi. Contra hoc, &cæt. Non intendit hic Doctor oſtendere, intelligentias non eſſe animalia rationalia, ſecundum mentem Platonis. Sed intendit oſtendere, ꝙ Porphy. (cum dicit in hoc libro, Deos ſeu intelligentias eſſe animalia rationalia) non loquitur, ſecundum mentem Platonis. Ratio autem Doctoris eſt, quia Porphy. in hoc cap. de differentia, non loquitur de animali, vt definitur a Platone, ſed vt definitur ab Ariſt. dicente tertio de anima, text. Comm. 63. animal eſſe corpus animatum ſenſibile Sed ut definitur animal ſecundũ hanc definitionem non dicitur de intelligentiis, ergo cum Porphyr. dicit Deos, ſeu intelligentias eſſe animalia rationalia, non loquitur ſecundum mentem Platonis.

Minor patet, Angeli enim non habent corpus, ut pro nunc ſupponitur.

Maior probatur. Porph. ponendo coordinationem eorum, quæ ſunt in genere ſubſtantiæ diuidit corpus animatum in inſenſibile, & ſenſibile, & ſub corpore animato, [tanquam ſub proprio genere] collocat animal, per hoc innuens, genus [.ſ. corpus aĩatum] deſcendere in hanc ſpeciem (ſubalternam, ſ. in animal) per alteram drĩarum diuiſiuarum (corpus animati puta per ſenſibile) ſic autẽ collocat Ariſt. animal (ſub corpore animato) & ſimiliter definit (animal) per illud genus, & illas drĩas (vt patet ex 3. de anima, vbi ſupra,) ergo loquitur (Porph. de animali) ſecundum opinionem Ariſtot. Notandum ꝙ iſta ratio Doctoris præſupponit animal definiri a Platone, eo modo quo dictũ eſt, vnde ſi animal definiretur per corpus a Platone, tunc dicendum eſſet Porph. loqui de animali etiam ſecundum Platonis intentionem.

Ibi. Poteſt igitur concedi, &cæ. poſito, ꝙ Porph. loquatur de animali, ſecundum opinionem Ariſt. & non ſecundum opinionẽ Platonis, declarat ſm̃ cuius opin. loquitͬ poſtea de Diis, ſeu de intelligẽtiis. Dicitq; quod loquitur de eis, ſecundum opinionẽ vulgi, concipientis quaſi idem de intelligẽtiis, ꝙ de ſubſtantiis corporeis, propter qđ vulgus ponit intelligentias eſſe animalia rationalia, ſecundum ueram rationem animalis. Et primo Doctor reddit rõnem qua re vulgus concipit idem de intelligentiis, ꝙ de ſubſtantiis corpore s. Dicitq; hoc iđ cõtingere, quia nihil cõiter concipitur niſi per aliquam ſpeciem imaginatiuã, ſeu ſenſibilem, oĩs. n. noſtra cognitio cõiter ortũ habet a ſenſu, per Ariſt. in de ſenſu, & ſenſato, & ideo (dicit Doctor) cõiter imaginatio circa inſenſibilia decipit (credendo. ſ. ita eſſe de inſenſibilibus, ſicut eſt de ſenſibilibus) & ideo [quia. ſ. imaginatio decipit] dr̃ 3. phyſ. tex. Comm. 75. ꝙ fatuum eſt credere imaginationi, nam eſſe nõ ſequitur imaginationem Notandum ꝙ qñ Doctor dicit. Nihil enim cõiter, &cæ. ly communiter ſumitur, ut idem eſt, ꝙ de lege communi, nam poteſt aliquid concipi ſupernaturaliter, & non per ſpeciem ſenſibilem. Quando autem dicit. Et ideo communiter imaginatio, &c. ly communiter accipitur, vt idẽ eſt, quod in pluribus.

Margin, left: Exponit intẽtio Porph.

Sed quæret forte aliquis, vtrum [dato, ꝙ animal ſit corpus aĩatum ẽt ſecundum Platonis opinionem] defendere poſſimus Porph. loqui ſm̃ mentem Platonis, cum dicit Deos eſſe aĩalia rationalia. Dicit Boetius, ꝙ Porphy. loquitur de ſole, de cœlo, & de aliis huiuſmodi, quæ ab antiquis nominabantur Dii, ſuntque animata, & rõnabilia, ſecundum Platonem. Sed Balduinus reprehendit Boetium, dicitq; Platonem nunquam dixiſſe iſta talia eſſe nominata. Sed contra ipſum Balduinum eſt expreſſa ſententia D. Auguſt. de Ciuit. Dei, libro 7. c. 6. & lib. 10. cap. 29. Vbi habet hæc verba loquendo de Platonicis. Solem quoq; iſtum, & cætera ſidera, non ſolum in libris veſtris corpora eſſe fatemini, verum etiam altiore, vt putatis peritia, hæc eſſe animalia beatiſſima perhibetis, & cum his corporibus ſempiterna.

Margin, right: Aliter exponĩt Porph. — Contra Balduinũ reprehẽdẽtẽ Boetiũ. — Plato poſuit ſolẽ, & ſtellas eſſe Deos.

Hocque ſcribit Plato in Timæo, ut refert Lodou. Viues in ſuis Commentariis. Dicebat etiam Varro, & Plato, ut ait Diuus Auguſt. de Ciu. Dei, libro 4. cap. 12. & libro ſeptimo, cap. ſexto, mundum eſſe corpus Dei, mundum enim eſſe animatum, animamquę illius eſſe Deum credũt. Ab iſtiſque parum differunt Stoici, Pythagorici, & Ionici Philoſophi, ut dicit idem Ludouic. Viues.

Ex his ergo patet Balduinum male reprehendere Boetium.

Poſſumus etiam aliter dicere, quod Porphyr. loquitur hic de Diis, ſecundum mentem Platonis, nam ſecundum eius mētem vere ſunt corpora animata. Dicunt enim Platonici, Deos habere corpora æthera, dæmones aerea, & homines terreſtria, & ideo dicunt Deos, & Dæmones, & homines eſſe animalia rationalia. Vide D. Auguſtin. de Ciuitate Dei, libro nono, capit. 8. 9. & 13. vbi ponit differentias, & conuenientias, quas Platonici ponunt inter Deos, dæmones, & homines.

2. Argū. princip. Secūdo principaliter arguit Doctor tali ratione. Non vltimæ differentiæ addēda eſt vltima differentia, ſed rationale eſt differentia non vltima, ergo ei addenda eſt vltima differentia, talis autem non eſt niſi mortale, ergo mortale eſt vltima differētia hominis conſtitutiua.

Minor probatur, nam vltima hominis differentia conuertitur cum homine, quia ineſt intelligentiis, ut hic dicit Porphyr. & Ariſt. primo Ethic. c. 13. vel cap. 9 vbi vult felicitatem eſſe operationem cum ratione, vel non ſine ratione, & decimo Ethic. vult q́ Dij ſint felices in ſpeculatione, ex quo ſequitur Deos habere rationem, & ex conſequenti eſſe rationales.

Reſp. ad 2. princ. Ad hoc argumentum ſtatim ſubdit reſponſionem, quæ eſt negando minorem. Ad cuius probationem dicit rationale æquocè conuenire intelligentiis, & nobis, & ideo non debet contrahi ad hominem per aliquam aliam differentiam.

Contra. Obiicit Doctor, quia potentiæ, actuſque omnes habentes idem obiectum ſunt eiuſdem rationis, ſed ratio, ſeu intellectus, & actus intelligendi noſter, ac intelligentiarum habent idem obiectum, ergo ratio, ſeu intellectus, actuſque intelligendi noſter, & intelligētiarum eſt eiuſdem rationis, & ex conſequenti vniuocus nobis, & illis. Ex quo ſequitur vlterius rationale, [quod dicitur a ratione, ſeu intellectu] eſſe vniuocum intelligentiis & nobis.

Maior probatur, quia per Ariſt. 2. de anima, tex. Comm. 33. & 37. Potentiæ diſtinguuntur per actus, & actus per obiecta, ergo vbi eſt identitas obiecti, ibi erit identitas actus, & potentiæ.

Minor patet, nam quod quid eſt rei materialis eſt obiectum intellectus noſtri, & intelligentiarum. Notanda ſunt duo.

Primo Doctorem dixiſſe. Saltem idem genere. Vel propter diuerſitatem ſpecificam, & ex conſequenti numeralem repertam in talibus quidditatibus. Vel forte (vt ait Mauritius) quia non ſemper eadem numero, vel ſpecie intelliguntur ab intelligētijs, & a nobis.

Secundo notādum ex eodem Mauritio, Doctorem ideo ſpecificaſſe potentiam, addendo ly naturalis, quia potentia intellectiua intelligentiarum, vt ſupernaturalis, id eſt, ut eleuata ſupernaturaliter per lumen gloriæ, poteſt habere aliud obiectum a q́ddítate rei materialis. Vel hoc ideo dicit propter diuerſitatem in principio, & modo cognoſcendi.

Reſpondet Doctor ſuſtinendo eandem reſponſionem, quod ſcilicet rationale eſt æquiuocum nobis, & intelligentijs. Cuius duplicem reddit rationem. Quarum prima eſt, quia intelligentiæ intelligunt per ſpecies non acquiſitas, ſed innatas, ſeu concreatas [quod enim eſt concreatum, ſeu congenitum, dicitur innatum, & coęuum. Vnde non accipitur hic innatum, ut idem eſt, quod inſitum a natura, ſicut ſumitur primo phyſic. text. Comm. 2.] ideo non egent ſenſibus ad ſcientias. Nos uerò [cum intelligamus per ſpecies acquiſitas] indigemus [ſenſibus] per Ariſt. primo poſter. [ac alibi] quia omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu. Reſp. ad 2. princ. Innatū dupliciter.

Sed non uidetur, quod intelligere per ſpecies innatas, & per acquiſitas arguat differentiam ſpecificam ſic intelligentium, & æquiuocationem ratiocinatiuę, quia aliter Chriſtus non eſſet homo vniuocè nobiſcum, habet enim ſpecies omniū rerum ſibi concreatas, vt habet uideri, 3. diſtinc. 14. obiectio difficilis

Rñſio. Dico hanc inſtantiam nihil concludere contra Doctorem, quia hic loquitur ſecūdum mentem aliorum. Dicit tamen Mauritius hoc medium non eſſet ſufficiens ad ponendam differentiam ſpecificam, & ideo non concludit Chriſtum non eſſe eiuſdem ſpeciei cum nobis.

Reſp. ad mētes D. Thomę. Poſſumus tamen ex principiis Thomiſtarum reſpondere, ac dicere, quod Angeli, ſeu intelligentiæ, ita intelligunt per ſpecies

cies innatas, quod non poſſunt intelligere per acquiſitas, dicũt enim intellectum Angelicum non eſſe nobilem ab obiecto extrinſeco, & quòd primum obiectum intellectus Angelici, eſt actu intelligibile, cum ſit immateriale, propter quod exiſtimant in Angelis non eſſe intellectum agentem. Intelligere ergo per ſpecies innatas, & non poſſe intelligere per acquiſitas, & intelligere, ſeu poſſe intelligere per acquiſitas, arguit differentiam ſpecificam. Modo quamuis Chriſtus intelligat per ſpecies innatas, poteſt tamen intelligere per acquiſitas, q͞a hoc ſibi non repugnat. Vide D. Thom. prima par. quæſt. 54 art. 4. & q. 55. art. 2. Quem impugnat Doctor. 2. diſt. 3. quæſtione 31. Sed vtrum, ſecundum veritatem Angeli cognoſcant omnia per ſpecies innatas.

Angeli, an cognoſcãt oĩa per ſpẽs cõcreatas. breuiter poſſumus dicere, ſecundum Doctorem, vbi ſupra, quæſtione decima. Quod omnium quidditatum habent ſpecies intelligibiles ſibi concreatas, non tamen omnium ſingularium. Et ideo poſſunt acquirere ſpecies a rebus, & proficere in cognitione experimentatiua ſingularium, nec eſt verum, quod in ipſis non ſit intellectus agens diſtinctus a poſſibili, vt declarat Doctor, 2. diſtinct. 3. quæſtio. 11. Hocque idem dicit Doctor de Chriſto, 3. diſtinct. 14.

Ibi. Præterea ipſi, &cæt Reddit aliam rationem ad aures eiuſdem D. Thom. quare rationale eſt æquiuocum Angelis, & nobis. Dicitque rationem huius eſſe, quia ipſi intelligunt complexa ſine diſcurſu, nos uerò cum diſcurſu, vt dicitur tertio, de anima. Omne noſtrum intelligere eſt cum continuo tempore. Notanda ſunt quatuor.

In incõplexis ñ eſt diſcurſus. Primo Doctorem dixiſſe complexa, quia &ſi poſſimus intelligere incomplexa cum aliquo ordine, non tamen cum diſcurſu, ſunt enim actiones intellectus diſtinctæ ſimplicium apprehenſio, & compoſitio, ſub qua comprehẽditur diſcurſus, vt patet ex 3. de anima, text. Com. vigeſimo primo. Secundo notandum illud Ariſtot. ſcilicet. Omne noſtrum intelligere, &cæt. haberi expreſſe in Libro de Memoria, & Reminiſcentia, capit. primo, vbi habentur hæc verba.

Intelligere eſt cũ cõſti tuo t͞pe. Propter quam igitur cauſam non contingit intelligere aliquid ſine cõtinuo, neque ſine tempore, quæ non in tempore ſunt, alia ratio. Et hoc idem poteſt colligi ex diuerſis dictis Ariſt. tertio de anima. Vnde tex. Comm. 28 dicit ſentire eſſe ſimile ipſi dicere, ſeu apprehendere, ac iudicare, ſentire autem eſt actus motus imperfecti, & motus eſt cum continuo tempore, igitur, & intelligere erit cum continuo, & tẽpore. Et iſta dixi, ſecundum quorundam expoſitionem.

Tertio notandum, quod D. Thom. prima parte quæſt. 58. art. 3. Et Aegidius, 2. diſtinct. 2. q 1. art. 1. & d. 3. par. 1. qõ 1. art. 2. & diſt. 9 q. 1. art. 5. dub. 4. tenet ꝙ Angeli non diſcurrant.

Ibique, Diuus Thomas ponit differentiam inter Angelum, & hominem per hoc quod eſt diſcurrere, & non diſcurrere.

Diſcurrerẽ quotupliciter. Quarto notandum, quod diſcurrere poteſt accipi tribus modis. Vno modo, vt idẽ eſt, quod intelligere unum poſt aliud, & ſic nun dicerent prædicti doctores Angelos non diſcurrere. Immo Egidius, diſt. 9. dicit Angelum non intelligere omnia ſimul, nec hoc fortè negaret D. Thomas. Alio modo, ut idem eſt, quod intelligere vnum per aliud. Et ſic D. Thom negat

Angelus diſcurrit. Angelum diſcurrere, quia cognoſcendo aliquid, cognoſcit ſimul omnia, quæ ſunt in illo, vt dicit, ubi ſupra, reſpondendo ad primum principale, Scotus uero q. 3, prologi, & 2. diſt 1. quæſt. 6. & d. 7. quæſt. 1. tenet Angelum hoc modo diſcurrere.

Tertio modo, ut idem eſt, quod intelligere unum poſt aliud, & per aliud diuerſis actibus. Et hoc modo ſecũdum ueritatem

Deus, an diſcurrat. Angeli poſſunt diſcurrere, Deus uero, & ſi diſcurrat, accipiendo diſcurſum primo, ac forte ſecundo modo, non tamen ſumendo diſcurſum, tertio modo, q͞a unitus actus intelligendi eſt in Deo.

Rõnale, an æquiuocum. Ibi. Contra, quia tunc, &cæ. Obiicit Doctor dupliciter contra id, quod dictum eſt, ſcilicet rationale eſſe æquiuocum. Primo ſic, ſi unum oppoſitorum eſt æquiuocum, reliquum quoq; æquiuocum erit, quia quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot dicitur, & reliquum per Ariſt. primo Topic. ſed rationale, & irrationale opponuntur, ergo ſi rationale eſt æquiuocum, & irrationale eſſet æquiuocum, quod tamen uidetur inconueniens, quia tunc intel-

intelligentia eſſet vno modo, ſeu in vno ſenſu irrationalis.

Item ſecundo ex definitione æquiuocorum arguitur ſic, æquiuoca ſunt quorum ſolum nomen eſt commune, ergo ſi rationale eſt æquiuocum intelligentijs, & nobis ſequitur intelligentias eſſe rationales, tantum ſecundum nomen, quia nos ſumus rationales ſecundum rem.

Irrõnale eſt æq uocum. Dupliciter reſpondet ad primam obiectionem. Primo concedit irrationale eſſe æquiuocum, & in uno ſenſu, intelligentiã eſſe irrationalem. Non ergo ſimpliciter eſt iſta concedenda, intelligentia eſt irrationalis, ſed bene poteſt concedi in uno ſenſu, præhabita diſtinctione de irrationali. Similiter iſta poſſet concedi in vno ſenſu, homo eſt irrationalis. Notandum, quòd cum Doctor in hac quæſtione ſequatur in multis viam communem, ideo declarandum eſt, quomodo irrationale, & rationale eſt æquiuocum. Dico ergo ex his, quæ habet Alexander Alenſis, par. 2. quæſt. 22. membro ſecundo, & ex his quæ habet D. Thomas, & Egidius multis in locis, quod ſicut ratio, ita quoque rationale, quandoque propriè, quandoque communiter ſumitur.

Rõ, & rationale quotupliciter. Ratio propriè ſumpta eſt virtus cognitiua diſcurrens, propter quandam obumbrationem, a præmiſſis ad concluſionem per modum, ſeu eſt quædam obumbratio intellectualis naturæ, ex eo, quod non ſtatim veritatem agnoſcit, ſed inquirẽdo per diſcurſum inuenit. Rationale propriè, vt eſt differentia hominis conſtitutiua ſumitur a ratione hoc modo ſumpta.

Ratio communiter eſt virtus intelligens inferiora, & ſuperiora, ſeu eſt cognitio virtutis non impreſſæ in materia. Et a rõne hoc modo ſumpta ſumitur rationale, qđ idem eſt, quod intellectuale, conuenitque Deo, Angelis quoque. Sed dicet forte aliquis rationale non eſſe æquiuocum ad rationale his duobus modis ſumptum, quia iſti duo modi ſe habent ſicut magis, & minus commune, cum quicquid eſt rationale, primo modo, ſit rationale, ſecundo modo. Dico, quod ſi rationale ſecundo modo ſumatur cum præciſione, ideſt præciſè pro intellectuali, ſeu pro natura, quæ poteſt intelligere ſine diſcurſu, ſeu pro eo ratione cuius ineſt intelligentiis intelligere ſine diſcurſu. (Rõnale qũo æq uocum.)

Et primo modo ſumitur pro eo ratione cuius ineſt homini intelligere cum diſcurſu, ſic rationale eſt æquiuocum. Similiter irrationale dicitur æquiuocè de eo, quod non diſcurrit, in quo ſenſu Angeli ſunt irrationales, ſecundum iſtos Doctores Et de eo, quod nõ poteſt intelligere, vel ſi poteſt intelligere, non tamen ſine diſcurſu. Et ſic homo eſt irrationalis. (Irrõnale eſt æquiuocum.)

Poſſumus etiam dicere, quod rationale, quandoq; ſumitur pro ultima differentia hominis conſtitutiua, & ſic illud dicitur irrationale, quod vltimatè non conſtituitur per rationalitatem. Nonnunquam etiam accipitur pro intellectualitate, quam Doctor in ſecundo, diſtinctione prima, quæſtione ſexta, dicit non differre ſpecie in Angelis, & in nobis, & hoc inquantum eſt intellectualitas. (Intellectualitas ĩ Angelis, & ĩ nobis non differt ſpẽ.)

Ibi. Vel aliter, &c. Dat aliam reſponſionem ad eandem primam obiectionem: Et notandum, quod quidam legunt litteram hoc modo. Vel aliter, quod ſimpliciter vera, &c. Quidam uero ſic corrigunt literam, vel aliter. quod ſimpliciter falſa, &c. Primus modus legendi literam poteſt ſaluari tenendo quòd ly in, in compoſitione irrationalis dicat negationem extra genus. Magis tamen ad intentionem Doctoris facit legere literam ſecundo modo. Dicit ergo Doctor, quod ſimpliciter [nulla ſcilicet diſtinctione præhabita] iſta eſt falſa, intelligentia eſt irrationalis. Cuius ratio eſt, quia irrationale non eſt æquiuocum, cum non opponatur ei ſecundum omnem eius ſignificationem, opponitur enim tantum rationali, & eſt differentia diuiſiua animalis, ac hominis conſtitutiua. Et non opponitur rationali, vt eſt differẽtia conſtituens ſpeciem ſubſtantię incorporeæ, quod eſt rationale ſumptum communiter pro intellectuali, conuenitque intelligentiis. Et tunc hæc propoſitio, homo eſt irrationalis, eſt omnino [. i. in quocũq; ſenſu] falſa, & hæc, bos eſt irrationalis, eſt omnino [ideſt ſimpliciter non præfata diſtinctione] vera. (Alia reſponſio)

Ibi. Contra priuatum, &cæ. Obiicit contra id, quod dictum eſt, ſcilicet iſtam propoſitionem eſſe veram, bos eſt irrationalis.

Nam

Nam ſi bos eſſet irrationalis, ergo eſſet aptus natus eſſe rationalis. Conſequens falſum, quia tunc non eſſet irrationalis; quod enim eſt aptum natum eſſe rationale, eſt rationale, quia rationale importat aptitudinem ad rationem. Conſequentia patet, nã irrationale dicit priuationem rationalis, at priuatio dicit negationem formæ, cum aptitudine ad formam.

Dupliciter reſpondet. Secunda ibi. Aliter poteſt dici, &c. In prima reſponſione negat conſequentiam. Ad cuius probationẽ dicit, quod irrationale, ut eſt differentia oppoſita rationali, debet accipi negatiuè, & non priuatiuè. Et ita ly in poſitum in compoſitione irrationalis non importat priuationem, ſed tantum negationem. Notandum quod quandoque propter euphoniã, ſeu vocis ſonoritatem, licet mutare literas in voce; vt in propoſito contingit in hac voce, irrationale, vbi mutatur in r. deberet enim dici inrationale, quod poſtea non eſt ita ſonorum ſicut irrationale.

Irrõnale nõ ĩportat priuationem.

Ibi. Contra tunc, &c. Obiicit contra hãc reſponſionem. Nam ſi ly in, importaret negationem, & non priuationem, ergo irrationale non eſſet differentia diuiſiua animalis, quod manifeſte patet eſſe falſum. Conſequentia probatur dupliciter.

Primo, quia nulla differentia diuiſiua generis excedit, ſeu in plus ſe habet quam genus diuiſum, ſed tunc irrationale in plus ſe haberet quam animal, quia etiam lapis eſt irrationalis hoc modo, ideſt non rationalis.

Secundo probatur ſic. Quælibet differentia conſtitutiua generis ſubalterni per ſe prædicatur de differentia diuiſiua eiuſdem generis, ſed ſi in compoſitione ipſius irrationalis ly in accipiatur negatiuè, ſenſibile, quod eſt differentia conſtitutiua animalis, non prædicatur per ſe de irrationali, ergo ſi ly in accipitur negatiuè, irrationale non erit differentia diuiſiua animalis. Minor patet, nam ſi ſenſibile prædicatur per ſe de irrõnali hoc mõ ſumpto, prædicatur ẽt per ſe de quolibet, de quo dicitur irrationale hoc modo ſumptum, ſicut patet per illam regulam anteprædicamentalem. Quando alterum, &c. ſed falſum eſt, quod ſenſibile dicatur de quolibet, de quo dicitur irrationale, nam lapis eſt irrationalis, ideſt non rationalis, & tamen non eſt ſenſibilis. Maior probatur: nam differentia ſuperior per ſe prædicatur de differentia inferiori, ut cõmuniter elicitur ex text. quadrageſimo tertio, ſeptimo met. ſed differentia conſtitutiua generis ſubalterni eſt ſuperior ad differentiam diuiſiuam eiuſdem generis, ergo differentia conſtitutiua per ſe prædicatur de diuiſiua eiuſdem generis.

Reſpondet negando conſequentiam. Ad cuius probationem dat duas reſponſiones. Secunda ibi. Vel poteſt, &c. Prima reſponſio eſt ad vtrumque, ideſt ad vtramq. probationem conſequentiæ. Diſtinguit ergo de negatione, in genere, & extra genus, de qua ſupra multa diximus. Aitque quod ly in hic in propoſito noſtro importat negationem in genere, & non extra genus. Ex quo patet quod irrationale non excedit animal, neque ſenſibile, & ideo poteſt diuidere animal, & de ipſo poterit prædicari ſenſibile, quia lapis non eſt irrationalis hoc modo. Secus tamen eſſet ſi irrationale diceret negationem extra genus.

Negatio duplex.

Irrõnale dicit negationẽ in gñe.

Ibi. Vel poteſt concedi, &c. Quia remaneret difficultas propter ſecundum iſtorum, ideſt propter ſecundam probationem conſequentię. Dato enim quod irrationale dicat negationem in genere; non tamen ſenſibile adhuc poterit prædicari per ſe de irrationali; quia affirmatio non prędicatur per ſe de negatione. Ideo doctor dicit quod irrationale non eſt differentia propriè loquẽdo, ſed tantum circumlocutiuè. Cuius ratio eſt, quia quælibet differentia accipitur a forma, & nulla a negatione formæ: cuius ſignum eſt, quia diuerſarum ſpecierum diuerſę ſunt differentiæ proprię, ſeu vltimæ, & completiuæ: at irrationale ſumitur a negatione formę, vt clarum eſt. Notandum ex 7. metaph Comm. 41. & 8. met. Com. 5. Quod quando differentiæ latent poſſunt ſumi accidentia, & qualitates loco differentiarũ. Quandoque etiam loco ipſarum ſumuntur operationes, vt ſcribit Auer. quarto, cœli, Commen. 6. & Commento 26. ac alibi.

Irrõnale eſt. dña circũlocutiuè.

Accidentia qñq. ſumunt loco differẽtiarum.

Ibi. Aliter poteſt, &c. Hæc eſt alia reſponſio quam dat ad obiectionem poſitam ibi. Contra priuatum, &c. Eſt autem hęc reſpõſio diſtinguendo conſequens, nam bouem eſſe aptum natum eſſe rationalem, 1 poteſt intel-

cis exponit illam famoſam propoſitionē. Potentiæ diſtinguuntur per actus, & actus per obiecta. Nam in 2. diſtin. 24. dicit hanc propoſitionem eſſe veram ſolum de potentiis organicis, quę ideo diſtinguuntur, ſeu manifeſtantur diſtingui per obiecta; quia tale obiectum non percipitur niſi a tali potentia; & hoc propter talem potentiæ mixtionem. Et notandum, quod non eſt neceſſe tantam diſtinctionem eſſe in potentiis, quanta eſt in actibus, ac in obiectis, vt dicit doctor vbi ſupra, & in eodem 2. diſt. 16. eadem enim potentia uiſiua poteſt habere plures viſiones, & eſſe reſpectu plurium colorum. At in 1. diſt. 6. quæſt. 1. exponendo vniuerſaliter hanc propoſitionem de qualibet potentia, tam organica, quam nō organica. Dicit eſſe veram de actibus adæquatis: & hoc loquendo aut tantum de abus, qui ſunt de genere qualitatis, aut tantum de illis, qui ſunt de genere actionis: intellectus enim poteſt habere duos actus adæquatos qui ſint diuerſorum generum.

In pontē tiis nō ē tanta diſtinctio, q̃ta ē in actib. & obiectis.

In quolibetis verò q. 13. art 3. declarat quo modo actus diſtinguuntur per obiecta, dicitque. Quod non diſtinguuntur per obiecta, ſicut per formalia diſtinctiua, nec ſicut per correlatiua; nec ſicut per terminos relationis incluſæ in actibus. Sed diſtinguuntur per obiecta quantum ad manifeſtationem. Vel diſtinguuntur per obiecta, ſicut per aliqua extrinſeca a quibus actus dependent; dependentia eſſentiali, & propria poſſunt enim abſoluta [qualia ſunt operationes] diſtingui per aliqua extrinſeca [puta per obiecta] ſunt cauſata per cauſas proprias, ſiue per illa ad quæ habent dependētiam propriam in entitate, & vnitate. D. Thomas 1. parte, quæſt. 59. artic. 4. dicit qđ potentiæ diſtinguuntur, non ſecundum diſtinctionem materialem obiectorum, ſed ſolum ſecundum rationem formalem obiecti. & q. 77. art. 3. dicit hoc eſſe uerum, tā de potentia actiua, quam de paſſiua. Vbi Caietanus dicit, quod potentias diſtingui per actus, & per obiecta, poteſt intelligi quadrupliciter.

Act. quō diſtiguū tur p obiecta.

Poās diſtigui p actus, & obiecta quadrupliciter.

Vno modo vt ly per denotat differentiā diſtinctiuam. Secundo vt ly per denotat principium declaratiuum, ſeu manifeſtatiuum tantum a poſteriori. Tertio vt ly p denotat principium diſtinctiuum omnino extrinſecum. Quarto vt ly per denotat principium definitiuum, extrinſecum quidem a re, ſed intrinſecum definitioni rei. Primum & ſecundum modum dicendi reprobat. Tertium verò approbat. Magis tamen ei placet vltimus modus dicendi; diſtinguuntur enim potentiæ [ait ipſe] per actus a priori, non tanquam per differentias, nec tanquam per cauſas omnino extrinſecas, ſed tanquam per cauſas incluſas neceſſaria tanquam correlatiuum in definitionibus potentiarum datis per additamentum. Henricus a Gandauo, quolibe. 8. quæſt. 15. dicit hanc propoſitionem [potentiæ diſtinguuntur per obiecta] generaliter eſſe veram de potentiis paſſiuis: quia ſecundum diuerſitatem obiectorum, a quibus potentię diuerſimodè patiuntur, inquantum diuerſimodè ab eis patiuntur, ſunt diuerſæ potentiæ. Ex hoc enim quod color, & ſonus diuerſimodè immutant, & inferunt ſenſui paſſiones, concludimus potentias eis correſpondentes, & diuerſas.

Secundo notandum, quod videtur philoſophum 2. de anima ponere differentiā inter ſenſum communem, & alios ſenſus propter diuerſum modum operandi, nam ſenſus particulares ſolummodo apprehendunt propria obiecta, non autem conferunt illa ad inuicem, nec eorum differētias agnoſcunt (ſaltem loquendo de obiectis propriis diuerſorum ſenſuum, quod dico, quia ſecundum Diuum Thom. prima par. q. 78 art 4. ſenſus proprius iudicat de ſenſibili proprio, diſcernendo ipſum ab aliis, q̃ cadunt ſub eodem ſenſu) ſecus eſt de ſenſu communi, cognoſcit enim, & confert obiecta diuerſorum ſenſuum particularium, & ideo uocatur ſenſus communis, non equidem per prædicationem, ut dicit D. Thom. vbi ſupra, & Doctor in libris de anima, quęſtione decima, quia tunc non haberet operationem propriam diſtinctam de operationibus ſenſuum particularium, ſed eſt communis, quia eſt radix, & principium exteriorum ſenſuum: imo immutatio cuiuslibet ſenſus terminatur ad ſenſum communem, ſicut plures lineæ ductę a circunferentia terminantut ad idem centrum.

Modus operādi ſenſus cōis.

Sēs particulares q̃ obiecta diſcernūt.

Sēſus cōmunis quō dicaē cōis.

Vel dicamus quod iſte modus operandi eſt poſſe habere actum ſuum, tam in præſentia, quam in abſentia obiecti. Et ſi quæras, quod nam eſt obiectum ſenſus communis? Dico ſecundum Doctorem, vbi ſupra, illud eſſe ſenſibile in communi; quod eſt innominatum. Et nota, quod non loquor hic de ſenſibili communi per prædicationem; & non accipio hic ſenſibile commune, vt accipitur a Philoſopho, ſecundo de anima, tex. Commen. 63. cum dicit magnitudinem, & figuram eſſe ſenſibilia communia.

3. Argm̄ princip. Arguit doctor vltimo principaliter ſic. Si rationale eſſet vltima differentia hominis, ergo irrationale erit vltima differentia conſtitutiua tantum alterius ſpeciei ſpecialiſſimæ, quod patet eſſe falſum.

Conſequentia probatur, quia differentię diuiſiuę additæ generi ſimiliter conſtituunt ſpeciem, ergo ſicut una conſtituit ultimam ſpeciem, ita & altera.

Reſp. ad 3. princ. Reſpondet negando conſequentiam, licet enim vtraque differentia conſtituat ſpeciem, non tamen eſt neceſſe, quod ſi vna conſtituit ſpeciem ſpecialiſſimam, quod ſimiliter, & altera, quę ſibi opponitur, conſtituat ſpeciem ſpecialiſſimam.

Et hoc maxime eſt verum, vbi eſt oppoſitio imperfecti ad perfectum, vt eſt in propoſito noſtro, cum enim in vno quoque genere ſit vnū primum quod eſt menſura eorum, quæ ſunt in illo genere, ideo vno perfecto exiſtente, poſſunt eſſe multa imperfecta per receſſum ab illo ſecundum diuerſum gradum.

QVÆSTIO XXX.

Vniuerſalium

Vtrum proprium ſit vniuerſale?

Hvius quæſtionis ad pręcedentes ordo, ex vniuerſalium ordine patet. Ratio verò prioritatis huius quæſtionis ad ſequentem eſt: quia prius inueſtigandum eſt de vno quoque definito, in quo genere ſit, quam quæramus an conuenienter definiatur per talem, vel per talem definitionem, quoniam oſtendimus definitionem eſſe conuenienter aſſignatam ex generis diuiſione. Ordo quæſt.

Vnicus terminus relinquitur declarandus, ſcilicet proprium, quòd dicitur a propè. Pro cuius notitia ſciendum eſt vltra ea, quę diximus ſupra quæſtione ſexta, de proprietate. Quod proprium diuerſimodè ſumitur a Philoſopho, & ab auctoribus. P̄prium vnde ſic dicatur.

Nam quandoque pro definitione, & aliquando pro eo, quod communi nomine dicitur proprium; non nunquam etiam pro deſcriptione ſumitur. Prima duo membra ponuntur aperte a Philoſopho, 1. Topic. capi. tertio. vbi habet hæc verba. Quoniam autem proprium hoc quidem quid eſt eſſe ſignificat, illud autem non ſignificat, diuidatur proprium in vtraſque prædictas partes, & vocetur illud quod quid erat eſſe ſignificat terminus, reliquū vero ſecundum communem de ipſo aſſignatam nominationem nuncupetur proprium. Hæc ille, vbi per terminum intelligit definitionem, ut clarum eſt legenti primum Top. & præcipue caput. 4. Deſcō vocatur p̄prium.

Quod

Quod autem deſcriptio appelletur proprium, patet ex quinto Topic. capit. ſecundo, vbi Philoſophus vult. Quod oportet vt in definitionibus, ſic & in propriis proximum genus exprimi, deinde iam hoc pacto adiungi cætera, quę ſeparant, atque ſeiungunt. Vbi per proprium deſcriptionem intelligit. Et per id quod coniungit, & ſeparat, intelligit proprium, de quo ſtatim, riſibilitas enim ſeparat ſecundum Philoſophum.

Proprium ſecundo modo ſumptum ſubdiuiditur a Philoſopho, quinto Topi. cap. primo. Nam aliquid poteſt dici propriū, aut per ſe, & ſemper. Aut ad aliud. Aut aliquando.

Proprium primo modo eſt [vt ait Commen] quod diſtinguit id quod propriè concernit totam rem, vt riſibile. Poteſt enim proprium eſſe plurium, & ſeparat ab omnibus, vt ait Alexan. & a Porphyrio vocatur proprium quarto modo. Et a Diuo Bonauentura, ſecundo diſtinctione decima ſexta. quęſtio. 3. appellatur proprium ſimpliciter.

Proprium ſecundo modo eſt, quod tantum diſtinguit ab hoc ente. Quod contingit dupliciter, quia aut eſt ſemper & neceſſarium, vt referendo hominem ad equū dicimus ipſum eſſe bipedem. Et proprium hoc modo ſumptum, vocatur a Porphyr. proprium ſecundo modo, quod ineſt omni, ſed non ſoli. Aut diſtinguit ab hoc ente pro maiori parte: vt concupiſcibili proprium eſſe dicimus perſuaderi a ratione, ſeu obedire rationi, ac cogitatiuæ; animæ proprium eſſe dicimus imperare corpori, quod tamen quandoque non euenit, ut in ſceleſtis uiris contingit. Et forte proprium hoc modo ſumptum, eſt idem cum primo modo poſito a Porphy. Vnde ſicut perſuadere, rationis, ac cogitatiuæ proprium eſſe dicitur, quia per hoc ſeiungitur a concupiſcibili, ita eſſe grammaticum videtur eſſe proprium huius hominis, quia per hoc ſeiungitur ab alio homine.

Proprium verò aliquando eſt, quod nō ſemper, ſed aliquando ſeparat, quando ſcilicet ineſt. Vt hominis alicuius ambulantis in gymnaſio dicimus proprium eſſe ambulare, & hoc ſi comparatur ad alium hoīem non ambulantem. Et ad proprium hoc mō ſumptum poteſt forte reduci tertius modus poſitus a Porphy. caneſcere enim non ſemper, ſed aliquando homini ineſt. Et notandum quod iſta duo membra, ſcilicet proprium ad aliud, & proprium aliquando continentur ſub ſecundo membro diuiſionis poſitæ a Diuo Bona. vbi ſupra, quod ab ipſo vocatur proprium alicui, & hoc modo ſumitur proprium, vt diſtinguitur contra commune. Doctor hic loquitur de eo, quod dr̄ proprium per ſe, & ſemper. Quod ſic definitur ab Ariſt. 1. Top. capit. 4. Eſt quod non indicat quid eſt eſſe, ſoli autem ineſt, & conuerſim prædicatur de re. Et nota quòd dicit doctor in ſequentibus principalius loquatur de proprio ſecunde intentionaliter ſumpto, quandoque tamen mentionem facit de prime intentionaliter ſumpto. *Proprium quid.*

Ad oppoſitum adducit Porphyrium, ac Ariſt. primo Top. cap. 4. enumerantem proprium inter prædicata: vnde quodlibet p̄dicatum [excepta definitione] eſt vl'e. *Arg. ad oppoſitum.*

In corpore quæſtionis duo facit. Primo reſpondet ad quæſtionem. Secundo diſtinguit de proprio, & hoc propter argumenta. Secundum ibi. Intelligendū tamen, &c. Dicit ergo doctor ꝙ proprium eſt vniuerſale. Quod probat tali ratione, quicquid prædicatur de pluribus eſt vniuerſale, at proprium prædicatur de pluribus, ergo proprium eſt vniuerſale. Maior patet propter adæquationem definitionis, & definiti. Minor probatur ſic. Quicquid prædicatur conuertibiliter de aliquo, quod eſt vniuerſale [ſi habet unum modum prædicandi] eſt vniuerſale, ſed proprium prædicatur cō uertibiliter de aliquo, quod eſt vniuerſale, & habet vnicum modum prædicandi, ergo proprium eſt vniuerſale. Maior patet quia oppoſitum prędicati infert oppoſitum ſubiecti, nam quod non eſt vniuerſale non poteſt conuerti cum uniuerſali, ſicut nec minus commune, cum magis communi. *Corpus quæſt.* *Proprium eſt vl'e.*

Et nota, quod in illa maiori addidi, ſi habet vnum modum prædicandi, propter definitionem; quę quamuis conuertatur cum ſpecie, non tamen eſt vniuerſale, quia non habet vnicum modum prædicandi, ut ſupra declaraui.

Secundo notandum, quod cum propriũ vt eſt nomen primæ intentionis, poſſit dici tripliciter, vt diximus ſupra, ſcilicet aut per ſe, & ſemper, aut ad aliud, aut aliquando; ideo loquendo de eo, quod dicitur proprium duobus vltimis modis, dico verum eſſe, quod dicit hic Doctor, quod. ſ. aliquid poteſt dici proprium indiuidui, ſicut ſpeciei: nam ſicut comparando vnam ſpeciem ad aliam, illud dicitur proprium vnius ſpeciei, quod conuenit vni, & non alteri, ſeu quod non eſt commune vtrique: ita quoque comparando vnum indiuiduum ad aliud, illud dicitur eſſe proprium vnius, quod non eſt commune illis, & conuenit alteri illorum.

Si autem ſit ſermo de eo, quod dicitur proprium per ſe, & ſemper, non uidetur verum, quod poſſit aliquid dici proprium indiuidui, ſicut & ſpeciei; & hoc maximè ſumendo proprium ut diſtinguitur contra commune; non enim uidetur verum quod aliquid conueniat per ſe ſecundo modo adæquatè, & ſemper alicui indiuiduo, quo tamen modo aliquid poteſt conuenire ſpeciei.

Ibi. Alio modo, & cætera. Ponit aliud membrum huius diſtinctionis, quod ſcilicet proprium poteſt eſſe nomen ſecundæ intentionis, ſignificans intentionem ſecundam, & ſic eſt concretum dictum ab intentione proprii, vt infra dicet; & eſt prædicatum conuertibile non prædicans eſſentiam, vt definitur primo Topic. capitu. quarto, vnde proprium non debet explicare naturam, ſeu eſſentiam rei, vt etiam dicitur quinto Topic. capitulo tertio.

ꝓprium eſt ſpẽs vl'is. Et ſic proprium, ut eſt talis intentio, eſt ſpecies vniuerſalis, probatur. Quodlibet enim in quod aliquid deſcendit per differentias ſpecificas ei additas, eſt ſpecies reſpectu illius, quod ſic deſcendit, ſed proprium eſt huiuſmodi reſpectu vniuerſalis, quia vniuerſale deſcendit in ipſum per iſtas differentias ipſius diuiſiuas, ſcilicet prædicari conuertibiliter in quale accidentale, ergo proprium eſt ſpecies vniuerſalis. Hæc ratio ſatis patet ex his, quæ diximus in ſuperioribus.

1 Argm̃ princip. Quatuor rationibus arguit ad negatiuam. Primo ſic. Nullum oppoſitum verè prædicatur de oppoſito, ſed propriũ, & commune opponuntur, ergo proprium non eſt commune, ergo nec vniuerſale; probatur conſequentia, quia commune, & vniuerſale idem ſunt, igitur a quo vnum remouetur, & reliquum remouebitur.

Duas affert reſponſiones. Prima eſt diſtinguendo de proprio, vt eſt prima, uel ſecunda intentio. Minor eſt vera de proprio, vt eſt prima intentio, de quo argumentum verè concludit, quia non eſt commune, vt dictum fuit ſupra. Eſt autem falſa minor de proprio, ut eſt ſecunda intentio, quia tale verè eſt commune, & non dicitur proprium, niſi tranſumptiuè, ſeu non niſi, vt ſupponit pro prima intentione. Reſp. ad 1. princ. ꝓprium & cõmune qũo opponũtur. ꝓprium qũo põt dici cõe.

Aliter reſpondet negando minorem de proprio, & communi pro ſecunda intentione quomodocunque ſumpta; nam licet ꝓprium, & commune ſint relatiua, ſicut pater, & filius, non tamen ſunt oppoſita, niſi reſpectu eiuſdem: unde proprium vt comparatur ad ſpeciem; non poteſt dici reſpectu eius proprium, & commune. Poteſt tamen dici proprium reſpectu ſpeciei, & commune reſpectu indiuiduorum ſub ſpecie contentorum. Nam cum dicimus proprium prædicari de pluribus, intelligẽdum eſt de pluribus indiuiduis, & non de pluribus ſpeciebus, quia ſpeciei eſt proprium. Idẽ qũo põt dici ꝓprium & cõe.

Item ſecundo principaliter arguit ſic. Nullum vniuerſale prædicatur de re in abſtracto, ſed proprium prædicatur de re in abſtracto, ergo proprium non eſt vniuerſale. 2. Argm̃ princip.

Argumentum eſt in Feriſon. Minor patet, hęc enim eſt vera, riſibilitas eſt proprietas, at proprietas eſt abſtractum proprii.

Reſpondet negando minorem de proprio ſecunde intentionaliter ſumpto. Ad eius probationem dicit, quod proprietas eſt nomen primę intentionis, vt eſt abſtractum a quo denominatiuè dicitur proprium, vt eſt nomen primę intentionis; proprium autem, vt eſt nomen ſecũdæ intentionis, non dicitur denominatiuè a proprietate. Reſp. ad 2. ar. pr. proprietas ẽ nomen primæ intẽtionis.

 Ibi.

Ibi. Contra riſibile,&cætera. Dupliciter obiicir contra dicta. Et primo oſtendit, quod proprietas eſt nomen ſecundæ intentionis,& ſic.

Nulla res primæ intentionis prædicatur de re ſecundæ intentionis in abſtracto,nec è conuerſo, ſed proprietas prędicatur in abſtracto de proprio,quod ſignificat ſecundam intentionem,ergo proprietas non eſt nomen abſtractum primæ intentionis.Minor probatur, ſequitur enim, riſibile eſt proprietas,riſibile eſt proprium, ergo proprium eſt proprietas.

Secundo obiicir, quia ſi proprietas non eſſet abſtractum proprii, vt eſt nomen ſecundæ intentionis,tunc non videtur poſſe aſſignari proprii abſtractum.

Ad primam reſpondet negando minorem. Ad cuius probationem dicendum, quod committit fallaciam accidentis, propter variationem medii, & figuræ dictionis propter variationem ſuppoſitionis. Vnde riſibile, quod eſt medium, & ſubiectum in vtraque præmiſſarum, in maiori ſupponit materialiter,ſeu perſonaliter, & ſic extraneatur ſibi proprium, ut eſt intentio: in minori autem ſupponit ſimpliciter,& ſic extraneatur ſibi proprietas, vt eſt nomen, ſeu ſignificatum nominis primæ intentionis.

Abſtractũ proprii qđ. Ad ſecundam reſpondet,quod abſtractũ proprii circumloquitur per iſta nomina, intentio proprii: vnde proprietas non eſt abſtractum proprii,ut proprium eſt nomẽ ſecundæ intentionis. Et hoc idem dictum fuit ſupra de genere,& differentia.

Notandum, quod ſicut diximus ſupra de differentia,ita quoque dicere poſſumus de proprio. Poteſt enim accipi proprium, vel fundamentaliter,vel formaliter, vel ꝑ ſecunda intentione.

ꝓprium tripliciter.

Primo modo propria paſſio emanans, ſeu pullulans a principiis intrinſecis, ac formalibus ſubiecti,uocatur proprium, vt riſibile,nam propria paſſio [puta riſibile] eſt fundamentum proprii, quod eſt ſecunda intentio.

ꝓprium formaľr quid. Secundo modo proprium eſt relatio realis, ſicut & commune, quod ſibi opponitur: & eſt concretum denominatiuè dictum a proprietate, ſicut & commune a communitate. Ipſiuſque proprii [quod eſt relatio realis] fundamentum, poteſt poni idem [licet ſecundum diuerſa eſſe] quod eſt fundamentum proprii pro ſecunda intentione ſumpti: fundatur enim in riſibili [& hoc ſiue riſibile importet quid abſolutum, ſiue quandam habitudinem] quædam relatio realis, quæ in abſtracto vocatur proprietas, & in concreto proprium, terminaturque ad hominem: & ita huius relationis extrema ſunt entia realia, ſecundum eſſe reale,& ideo relatio iſta erit realis.

Tertio modo proprium eſt ſecunda intentio,quæ eſt prædicatum conuertibile in quale accidentale.

Tertio principaliter arguit ſic. Si genus eſt ad aliquid, & ſpecies erit ad aliquid, ſed vniuerſale eſt ad aliquid,& proprium non, ergo vniuerſale non eſt genus proprii, & ex conſequenti, proprium non erit vniuerſale. Maior eſt Ariſtote. quarto Topic.capit. quarto, & non capite nono, vt communiter allegatur. Minor probatur quo ad vtramque partem. Et primo quod vniuerſale ſit ad aliquid probatur ſic. Quicquid eſt eſſentialiter prædicabile eſt ad aliquid, at uniuerſale eſt huiuſmodi cum ſit aptum natum prędicari de pluribus, ergo &c. 3.Argũ princip.

Hęc maior patet, quia quod eſt eſſentialiter prædicabile dicitur ad illud de quo prædicatur, ſiue ad ſubiicibile. Secunda pars minoris [quod ſcilicet proprium non ſit ad aliquid] probatur dupliciter. Primo ſic, ſi proprium refertur ad aliud, maximè refertur ad illud, cuius eſt proprium, ſed hoc non eſt dicendum, ergo, &cætera.

Minor probatur: proprium nullius dicitur proprium, niſi ſui ſubiecti, ſed non refertur ad ſuum ſubiectum, quia nullum accidens refertur ad ſuum ſubiectum; aliter quodlibet accidens eſſet relatiuum, ergo proprium non refertur ad illud cuius eſt proprium.

Secundo probatur eadem ſecunda pars minoris, ſic. Id quod refertur, eſt ſimul natura cum eo ad quod refertur, quia relatiuum ſimul natura eſt cum correlatiuo, ſed proprium non eſt ſimul

mul natura cum eo cuius eſt proprium, quia id cuius eſt proprium eſt prius natura ipſo proprio, cum res ſit prior natura intentione. Nec valet dicere, quod proprium non eſt proprium rei, ſed intentionis, & ideo refertur non ad rem, ſed ad intentionem aliam, cum qua poteſt eſſe ſimul natura.

Non enim refertur ad genus, uel ad ſpeciem, vel ad differentiam, vel ad indiuiduum, quia quodlibet iſtorum habet proprium correlatiuum ad quod dicitur, nec idem bis dicitur. Nec refertur ad accidens, ut eſt manifeſtum, ergo per inductionem patet proprium ad nullam intentionem referri.

Reſp. ad 3. princ. Huic argumento dupliciter reſpondet. Primo dicit, quod eſſe per ſe ad aliquid contingit dupliciter. Vno modo per ſe, & primo. Alio modo per ſe non primo. Si genus ſit per ſe ad aliquid, oportet ſpeciem eſſe ad aliquid per ſe non primo, quia eſt ad aliquid ſecundum ſuum genus, & ſic intelligendus eſt Philoſophus, quarto Topicorum, oportet enim ſpeciem, & genus eſſe unius, ac eiuſdem prædicamenti.

Si genus eſt ad aliqd, & ſpēs erit ad aliqd

obiectionis dilutio. Quod ſi obiicias per Philoſophum ibidem dicentē. Quod ſi genus eſt ad aliquid non neceſſario, & ſpecies erit ad aliquid. Dicendum ſecundum Commen. in expoſitione illius capituli 4. Philoſophum loqui ſecundum ꝙ vulgariter putatur: exiſtimat enim vulgus ſcientiam ad aliquid, & quòd grammatica, quæ eſt eius ſpecies, nō ſit ad aliquid, & ideo loquendo ſecūdum vulgū [ſicut etiam facit in prædicamentis] dicit illum locum tm̄ tenere conſtructiuè, & nō deſtructiuè, unde non uř ſequi, ſpecies nō eſt ad aliquid, ergo nec genus. Cum igitur vniuerſale, quod eſt genus proprii, dicitur ad aliquid [ſcilicet ad illud de quo dicitur] vel ad ſubiectum [ideſt ad ſubiicibile] quia prædicatum dicitur ad ſubiectum, i. ad ſubiicibile, idcirco neceſſe eſt dicere, proprium dici ad aliquid, ſcilicet ad id de quo dicitur.

Propriū dř ad aliquid.

Subiectum eſt nomen æquocū. Notandum, quod probationes, prima, & ſecunda, partis ſecundæ minoris, æquiuocant de ſubiecto, nam ſi aliquid ualent, procedunt de ſubiecto inhæſionis, nam ad tale ſubiectum non videtur accidens referri per ſe, & eſſentialiter, etiam tale ſubiectum eſt naturaliter prius eo, quod ſibi ineſt. Non autem procedunt de ſubiecto ſumpto pro ſubiicibili, ſeu inferiori: nam ad tale ſubiectum poteſt aliquid referri per ſe & eſſentialiter, ut patet de uniuerſali, & eius ſpeciebus, uniuerſaleque, ac proprium eſt ſimul natura cum tali ſubiecto.

Alia rñ. ſio ad 3. princ. Ibi. Aliter poteſt, &c. Ponit aliam reſpōſionem ad idem argumētum tertium. Quę eſt negando ſecundum partem minoris, nam proprium ne dum ratione ſui generis (vt procedit prior reſponſio) refertur ad aliud, ſed etiam ſecundum ſuam propriam rationem: id autem ad quod proprium inquantum proprium refertur, eſt ſpecies, non inquantum ſpecies, quia ſic eſt correlatiuum generis, nec inquantum conſtituta, quia ſic eſt correlatiuum differentiæ, ſed inquantum habens proprium.

Spēsq̄ꝫ ē correlatiuum proprii.

Notandum, quod ſpecies, vt eſt correlatiuum proprii, nō dicitur habere proprium ſicut ſubiectum accidens, nec ſicut ſubiectum habet ſuam propriam paſſionem [niſi ſpecies, & proprium ſumantur fundamentaliter] ſed dicitur habere proprium, ſicut ſuum correlatiuum, eo modo quo dicimus patrem habere filium. Verum tamen eſt, quod ſpecies poteſt habere proprium, ſicut ſubiectum habet accidens, loquendo de proprio fundato in ſpecie: immo proprium quoque hoc modo poteſt habere proprium, quia intentiones aliis, ac ſibi ipſis applicari valent, vt declaratum fuit ſupra, quæſtione ſexta, ac alibi.

Hř multiplicit. q̄ꝫ ſpēs hēt proprium.

ꝓprium pōt hr̄e ꝓprium

Ibi. Cum dicitur, & cætera. Reſpondet ad primam probationem ſecundæ partis minoris. Conceditque proprium non referri niſi ad illud cuius eſt proprium. Et cum dicitur illud tale non eſſe niſi ſubiectum proprii.

Hoc eſt falſum, nam id ad quod proprium refertur, non eſt ſubiectum eius, ſed eſt ſpecies, vt diximus. Species autem non eſt ſubiectum proprii, ut eſt intentio: ſed ſubiectum eius eſt res aliqua intentionis primæ habens eſſe cognitum, puta riſibile.

Subiectū proprii q.d.

Notan-

Notandum, quod ſpecies, vt eſt intentio poteſt dici ſubiectum proprii, ſumendo vtrumque, vt ſupponunt pro fundamentis.

Species quō pt dici ſubiectum proprii.

Ibi. Tamen illud, &cæ. Intendit Doctor reſpondere cuidam tacitæ obiectioni. Poſſet enim quis dicere, quòd communiter cōceditur, ſpeciem eſſe ſubiectum proprii. Reſpōdet Doctor illud commune dictum eſſe verum, ſumendo ſpeciem, & proprium fundamentaliter, ſic enim concedimus ſpeciem eſſe ſubiectum proprii, quia illud cui applicatur intentio proprii, poteſt eſſe in eo, cui applicatur intentio ſpeciei, vt riſibile in homine. Notādum, quod Doctor nō curat hic de veritate illius ꝓpoſitionis aſſumptæ in arguendo, ſcilicet nullum accidens refertur ad ſubiectum. Aut quia licet concederetur, nihil tamen ex ipſa concluditur, quia & ipſe Doctor concedit proprium non referri ad ſubiectum. Aut quia licet quodlibet accidens referatur ad ſubiectum per ſe ſecundo modo, inhærentia ſaltem aptitudinali: nullum tamen refertur per ſe primo modo ad ſubiectum, neque actuali, neque aptitudinali inhærentia. Vide Doctorem in quarto diſtinct. duodecima, quæſt. prima. Cum igitur Doctor hic loquatur de eo, quod refertur per ſe primo modo, ideo illa propoſitio aſſumpta non facit ad ſuum propoſitum, nec cōtra ipſum concludit, & hoc ſiue accidens, nullo modo referatur ad ſubiectum, ſiue tantum referatur relatione actuali, uel aptitudinali.

Reſp. ad 2. ꝓbōnē ſecūdę partis minoris.

Ibi. Ad ſecundam probationem, &cæt. Reſpondet ad aliam probationem eiuſdem ſecundæ partis minoris. Et intendit negare illam minorem, quod ſcilicet proprium non ſit ſimul natura cum eo cuius eſt proprium, & quia hoc clarum eſt in intentionibus, de ſpecie, quæ eſt proprii correlatiuum, ut dictum eſt. Idcirco Doctor hoc idem declarat de rebus, vt ſubſunt intentionibus, ſeu de intentionibus, vt ſupponunt pro rebus. Dicit ergo, quod licet ſubiectum, ſecundum ſe, abſolutè, & prime intētionaliter acceptum, ſit prius proprio, ne dum ſecunde intentionaliter, ſed etiam prime intentionaliter ſumpto, ut homo eſt prior natura riſibilitate: tamen ſubiectum inquantum habens proprium nō eſt prius natura proprio, quia non habet proprium niſi inquantum inducit modum ſpeciei, & inquantum inducit modum ſpeciei non eſt prius, ſed ſimul natura cum proprio: modo ſubiectum non eſt, nec dicitur correlatiuum proprii niſi inquantum habens proprium. Exemplum poteſt poni de Tantalo, & Oreſte, nam licet Tantalus ſit prior tempore Oreſte: tamen Tantalus inquantum pater eſt ſimul natura cum Oreſte inquantum filius eius. Vult ergo Doctor breuiter dicere, quod ſubiectum proprii [ideſt ſubiectum riſibilis in quo fundatur proprium] poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, ſecundum ſe, & ſic eſt prius proprio, Alio modo, ut eſt relatiuum, ſecundum dici, & ſic eſt ſimul natura cum proprio.

4. Argũ princip.

Vltimo principaliter ſic arguit. Nullum ens reale, eſt uniuerſale, ſed proprium eſt ens reale, ergo propriū non eſt vniuerſale.

Maior patet, quia non loquimur de eo, quod eſt vniuerſale denominatiuè, ſic enim aliquod ens reale, poteſt dici vniuerſale: ſed loquimur de eo, quod eſt vniuerſale quidditatiuè.

Minor probatur, quia quod manet non exiſtente intellectu [ſeu operatione intellectus] eſt ens reale, ſed proprium eſt huiuſmodi, quoniam nullo intellectu conſiderante, adhuc habere tres ineſt omni triangulo, & ſoli, & ſemper, & ex conſequenti nulla exiſtente operatione intellectus, proprium ineſt triangulo, ergo proprium eſt ens reale.

Reſp. ad 4. princ.

Reſponſio eſt negando minorem, nam proprium non eſt ens reale, nec manet ceſſante operatione intellectus, & cum probatur, quia habere tres, ceſſante operatione intellectus, adhuc ineſt triāgulo, ſicut prius inerat per operationem intellectus, quia ceſſante operatione intellectus, adhuc accidit omni ſoli, & ſemper. Reſpondet Doctor, hoc concedendo de proprio fundamentaliter ſumpto, & de accidere, ac de omni ſoli, & ſemper, acceptis prime intentionaliter. Falſum autem eſt ſi omnia iſta ſecunde intentionaliter ſumantur, & in actu ſignato: quoniam nihil propriè accidit alii, ut ibi ſumitur accidit [ſcilicet ſecū-

de

de intentionaliter] nullo exiſtente intellectu, vt declarabimus in ſequenti quæſtione: immo nec aliquid dicitur hoc modo ineſſe alicui, ceſſante intellectus operatione vt infra quæſtio. 35. uidebimus. Similiter non manente operatione intellectus, nec proprium accidit omni, quia nihil eſt commune omni cui poſſit accidere aliquid, nullo intellectu exiſtente. Et hoc eſt verum de communi, ſeu uniuerſali completo, aut in potentia propinqua, ut ipſemet Doctor declarat in 2. diſt. 3.

QVÆSTIO XXXI.

Vniuerſalium

Vtrum definitio proprij quarto modo (ſcilicet, quod accidit omni ſoli, & ſemper) ſit conuenienter data?

Ordo huius q̃ ſtionis.

Oſtenſo, quod proprium eſt vniuerſale, conſequenter quęrit Doctor de eius definitione, an ſit conuenienter data. Prius namque conſiderandum eſt ſub quo genere definitum conſtituatur, quàm diſputetur de eius definitione. Et ex hoc patet ordo huius quæſtionis ad præcedentem. Quærit autem ſequentem quæſtionem, propter id quod dicet in hac quæſtione, vult enim proprium accidere ei, cuius eſt proprium, & ideo iuie poſtea quærit, an diſtinguantur proprium, & accidens. Termini non indigent expoſitione, quia omni ſoli, & ſemper ponuntur circumlocutiuè, ut dicit Doctor, reſpondendo ad quintum principale. Vnde Alexander Aphro. dicit quarto Topicor. Quod ineſt omni, & ſoli, conuertitur. Poſſumus tamen breuiter dicere, vt notat Mauritius, quod iſti tres termini ſumuntur ſyncathegorematicè. Et per ly omni denotatur adæquatio extenſiuæ continentiæ, uel prædicationis, atque generalis habitudo. At per ly ſoli denotatur ſpecificatio rationis ineſſendi, & præciſa, atque ſpecialis habitudo, & adæquatio intenſiua. Et per ly ſemper denotatur adæquatio extenſiua durationis, & ex omnibus ſimul. Vnde per iſta tria denotatur inſeparabilitas, & conuertibilitas proprii reſpectu ſui ſubiecti.

In corpore quæſtionis duo facit. Primo reſpondet ad quæſtionem. Secundo propter argumentorum ſolutionem, ponit quandam diſtinctionem. Corpus qõnis.

Secundum ibi, Sciendum tamen, &cæt. Quantum ad primum dicit, quod iſta definitio eſt conuenienter data: nam conſtat ex genere, & differentia, ſicut & aliæ vniuerſalium definitiones. Vnde genus [ſcilicet uniuerſale, uel ratio eius] intelligitur per illas particulas, accidit omni. Quarum ſenſus eſt, proprium prædicatur de pluribus in quale accidentale. Dicit ergo Doctor, quod per primam particulam, ſcilicet accidit, habetur ratio prædicati, & modus prædicandi, ſcilicet in quale accidentale. Notandum quod hic Doctor loquitur de ratione prædicati, non præcisè, & abſolutè, ſed contractè: ratio enim prædicati præcisè, ſeu abſolutè ſumpta, eſt prædicari de pluribus. At contractè in propoſito eſt prędicari de pluribus in quale: igitur prædicari de pluribus in quale eſt ratio prædicati, de qua Doctor hic loquitur, & ly accidentale eſt modus prædicandi. Et ita iſta æquiualent, proprium accidit, & proprium eſt prædicatum in quale accidentale. Vel ſic exponamus Doctorem, per ly accidit habetur ratio prædicati [idest ratio contrahens prædicatum, quæ ratio contrahens eſt ly in quale] & modus prædicandi, ideſt modus contrahens prædicari in quale. Et tunc dicendum eſt, quod genus in hac proprij definitione intelligitur per ly, q͛d. Per alias autem particulas, ſcilicet per omni, & ſoli, & ſemper habetur conuertibiliter. Et per has differentias deſcendit uniuerſale in proprium, ut patet in diuiſione uniuerſalis, poſita ſupra quæſtione duodecima. Vl'e per q͛d ultimatè deſcēdit ĩ ꝓprium

Notan-

Notandum, quod vniuerſale per ly conuertibiliter, ſeu per ly per ſe ſecundo modo, vel intranſmutabiliter deſcendit vltimatè in proprium. Et addit Doctor, quod hæc ratio, ſeu definitio eſt eadem illi, quæ ponitur ab Ariſt. primo Topic. cap quarto, vbi vult proprium eſſe prædicatum non prædicans eſſentiam conuertibiliter.

Notandum, quod Doctor fortè non vult habere, hanc definitionem proprii ſic expoſitam eſſe eandem præciſe cum illa, quæ ponitur, primo Topicor. quia ibi non ponitur prædicari in quale, quod tamen hic ponitur a Porphyr. vt patet exponendo illam proprii definitionem, vt exponitur a Doctore. Sed ideo dicit hanc definitionem eſſe eandem illi, quæ ponitur primo Topic. aut quia eſt eadem æquiualenter, aut quia hæc includit, ſeu infert illam. Vnde ſequitur, proprium prædicatur in quale accidentale conuertibiliter, ergo proprium eſt prædicatum non prædicans eſſentiam conuertibiliter. Ex his patet Taretum eſſe corrigendum, exiſtimat enim Porphyrium definire proprium, magis in ratione proprii, vel prædicati, quàm prædicabilis.

Tatareti error.

Ibi. Sciendum eſt autem, &c. Propter argumenta diſtinguit de accidente, quod ęquiuocè eſt nomen primæ intentionis, & ſecundæ. Primo modo ſignificat naturam extra animam, & hoc modo ſumitur ab Ariſt. quinto met. text. Commen. 13. cum diuidit ens in ſubſtantiam, & accidens. Secundo modo adhuc eſt æquiuocum. Vno enim modo idem eſt, quod prædicatum non eſſentiale, & ſic diſtinguitur contra prædicatum eſſentiale, & eſt commune duobus vltimis vniuerſalibus. Et ſic eſt idē, quod eſſe in, ſecundum quod eſſe in diſtinguitur contra dici de in principio prędicamentorum, quia quod dicitur de, eſt prædicatum eſſentiale, & quod eſt in, non eſt eſſentiale. Alio modo accidens eſt intentio, quædam ſumpta a proprietate in re. Reliquum literę ſatis patet.

Accidēs quotuplex.

Dici de, & eſſe in quid.

Notandum nullam eſſe cōtradictionem in dictis Doctoris hic, & ſupra quæſt. 4. Vbi videtur uelle Philoſophum ponere illud membrum, eſſe in, de accidente reali, quia ponit illud de accidente intentionali, vt ſupponit pro reali, vide quod diximus, ſupra quæſt. quarta. Notandum etiam quod hæc diſtinctio ulterius ponitur infra q. 34. & 35. de ineſſe.

Cōtradictio tollitur.

Ad negatiuam huius quæſtionis arguit ſex rationibus. Primo ſic. In omni definitione conuenienter aſſignata debet poni genus, vel ratio, ſeu definitio generis loco ipſius, ſed in hac proprii definitione, nec ponitur vniuerſale, quod eſt genus proprii: nec ratio uniuerſalis, quæ eſt prædicari de pluribus, ergo hæc proprii definitio non eſt conuenienter data.

Argm̄ 1. princ.

Maior patet ex primo Topic. cap. 7. vbi Philoſophus dicit, quod definitio ex genere, & differentiis eſt, & hoc idem dicit 6 Topic. cap. tertio, & ſeptimo, methaphyſ. text. Commen. 43.

Reſponſio eſt negare minorem, nam per ly accidit, intelligitur prædicari, & per ly omni intelligitur de pluribus, & ita per hoc totum poſitum in definitione proprii, ſcilicet accidit omni, [quod æquiualet huic, quod eſt prędicari de pluribus ſub ſpecie contentis in quale accidentale] habemus, genus proximum proprij, & ſic ponitur in definitione proprii vniuerſale, ſeu ratio eius, non præciſè, ſed contractè. Quod autem per ly omni intelligatur de pluribus ſub ſpecie contentis, oſtendit Doctor.

Reſp. ad 1. princ.

Ibi. Illa enim, &c. Vbi vult dicere, Quod cum ex illa particula habetur conuertibilitas proprii cum ſpecie, ideo ex conſequenti dicit uniuerſalitatem proprii ad omnia quibus ineſt ſpecies, cuius eſt proprium. Notandum quòd ex hoc loco colligimus, eadem eſſe inferiora de quibus dicitur ſpecies, & proprium inquantum proprium. Et dico inquantum proprium, quia proprium, inquantum ſpecies, prædicatur de hoc, & de illo proprio, & non dicitur de eiſdem, de quibus dicitur ſpecies. Verumtamen eſt, quod proprium dicitur prædicari in ſecundo modo, de eiſdem de quibus dicitur ſpecies primo modo perſeitatis. Notandum etiam, quod poſſumus dicere quòd per ly, quod poſitum in definitione proprii intelligitur uniuerſale, & quod per alias particulas proprium diſtinguitur ab eo, quod non eſt propriiſſime proprium. Vnde per ly accidit diſtinguitur a genere, ſpecie, & differentia, per ly omni ab accidente,

Spēs, & proprii ſunt eadē inferiora.

dente, per ly ſoli, & ſemper ab aliis; quæ licet dicantur propria, non tamē dicuntur propriiſſime propria.

Arg. ad 2. princ.

Secundo arguit ad idem ſic. Quælibet definitio conuenienter data conuertitur cū definito, ut dicit philoſophus. 1. Top. c. 7. & 7. Top. c. vltimo, ſed definitio proprii non conuertitur cum proprio, competit enim differentiæ ultimæ, & completiuæ ſpeciei, quia illa conuertitur cum definito ſicut, & pro prium, ut dicit Ariſt. 7. met. text. Com. 43. & in Topicis, ergo definitio proprii nō eſt inconuenienter data.

Reſp. ad 2. princ.

Reſpondet negando minorem, nam licet ultima differentia conuertatur cum definito, tamen non accidit, quia prædicat eſſentiam, licet non per modum eſſentiæ, ſed per modum denominantis, ut ſupra dictum fuit.

3. argm̄ princip.

Arguit tertio ſic. Nulla definitio conuenienter data conuenit alii a definito, ſed hæc definitio conuenit proprietati, quæ eſt quid aliud a proprio, ergo hæc definitio non eſt conuenienter data. Vel ſic erigatur. Quælibet definitio, quæ conuenit alteri a proprio, non datur conuenienter de proprio, nec poteſt conuenire ipſi proprio, niſi per accidens, ſed illa definitio, accidit omni, & cæt. conuenit proprietati, quæ eſt quid aliud a proprio, ergo non poteſt conuenire proprio niſi per accidens, & ex conſequenti proprium non conuenienter definitur per ipſam, quia nihil verè definitur per illud quod ſibi per accidens conuenit.

Reſp. ad 3. princ.

Reſponſio eſt, quod minor eſt falſa, & hoc ſiue proprietas ſit nomen primæ, ſiue ſecundæ intentionis Vnde ſi eſt nomen primæ intentionis, non poteſt ſic conuenienter definiri, quia nunquam intentio ſecunda poteſt definire rem primæ intentionis, ſed quæ ponuntur in hac definitione ſunt intentiones, ut patet ex dictis, ergo nō poſſunt definire proprietatem primæ intentionaliter ſumptam.

Intētiones nequeunt rem definire.

Maior probatur definientia enim ſunt naturaliter priora definito, vnde philoſophus ſexto Topicorum, capit. 3. dicit, quod definitio cognoſcendæ rei gratia traditur, & rem cognoſcimus non ex rebus, & verbis quibuslibet, ſed ex prioribus, & magis perſpicuis, ſed intentiones ſunt naturaliter poſteriores ipſa re, ergo intentiones rem definire nequeunt.

Quę dē- ſōcōſtāt ex prioribus.

Notandum Doctorem hic loqui de definientibus formaliter, & quidditatiuè. Vnde quamuis relatiuum definiri poſſit per correlatiuum, & accidentia magnam partem conferant ad cognoſcendum, ſeu inueſtigandum, quod quid eſt, ex primo de anima: tamen nec correlatiuum ipſum relatiuum, nec accidentia ſuum ſubiectum definiunt formaliter, & quidditatiue. Vel dicamus Doctorem hic loqui de definitione explicante uim, & naturam definiti, vnde philoſophus, vbi ſupra ait. Quod apud eos, qui rem ex prioribus non poſſunt cognoſcere, neceſſe eſt profectò rem definiendo aperire iis rebus, quę illis notæ ſunt, & perſpicuæ, ſed tamen illud intelligendum eſt, eos qui ita definiunt uim, & naturam rei explicare non poſſe. Si autem proprietas ſit nomen ſecundæ intentionis, ſignificans idem, quod intētio proprii. Dicit Doctor, quod nec conuenienter definitur ſic, ſcilicet per hanc definitionem, & quod accidit omni, &c. Et ratio eſt, quia intentio proprii ſignificatur per hoc nomen proprietas ſub oppoſito modo ei, quo conuenit accidere actu.

Logic⁹ definit, ac cōſiderat ītentiones ī cōcreto.

Notandum quod logicus conſiderat, ac definit ſecundas intentiones in concreto, quia eo modo conſiderat, ac definit illas in actu ſignato, quo res pro quibus ſupponunt, poſſunt de ſe inuicem uerificari in actu exercito, ſed res non niſi in concreto poſſunt de ſe inuicem uerificari, ergo non niſi in concreto debent conſiderari, ac definiri a logico. Vnde ſicut iſtæ ſunt falſæ, albedo eſt alba, homo eſt animalitas, & hoc propter repugnantiam modorum ſignificandi, ut diximus ſupra, quæſtione decima ſexta, ita iſta eſt falſa, proprietas accidit omni ſoli, & ſemper.

Dicit ergo Doctor, quod proprietas ſignificat intentionem proprii in abſtracto, qui modus ſignificandi opponitur modo ſignificandi concreti, quo modo ſignificandi conuenit accidere actu, & formaliter, idest quo modo ſignificandi aliquod poteſt dici accidere actu, & formaliter: ſeu quo modo ſignificandi mediante ipſum accidere in actu poteſt de aliquo dici formaliter.

Quarto

4.argm̃ orinc. Quarto principaliter arguit ſic. Nihil conuenienter definitur per ſuum diſparatum, ſed proprium, & accidens ſunt ſpecies diſparatæ, & diſtinctæ vniuerſalis, & in illa definitione proprii ponitur accidere, ergo illa proprii definitio eſt inconuenienter data.

Reſp. ad 4.princ. Reſponſio eſt, quod hoc argumentum procedit ſecundum æquiuocationem accidentis ſupra poſitam: accidens enim, quod ponitur in definitione proprij ſumitur pro prædicato non eſſentiali. Vel accidere ſumitur pro prædicari in quale accidentale.

Notandum quod ratio procedit de eo, qđ ponitur in definitione tanquam pars eſſentialis, & non de eo, quod ponitur tanquam additum in definitione data per additamētum. Vnde licet primo modo nihil definiatur per ſuum oppoſitum, ſeu diſparatum, tamen ſecundo modo poteſt definiri per ſuum diſparatum, vt patet de genere, quod per ſpeciem definitur.

Oppoſitū, ſeu diſparatū, quō p̄t definiri per ſuū oppoſitū.

Quinto arguitur ſic. Nulla definitio data per copulationem eſt conuenienter aſſignata, ſed hæc datur per copulationem, ut patet, ergo non eſt conuenienter data.

5 argm̃ princip.

Maior colligitur a Philoſopho ſexto Topic. cap. ſecundo.

Reſp. ad q̄ntum. Reſpondet quod definitionem dari per copulationem contingit dupliciter. Vno modo denotando partes diſtinctas copulari. Alio modo circumloquendo per illud copulatum aliquam differentiam cui non eſt nomen impoſitum. Modo non eſt incōueniens ponere copulationem ad circumloquendum aliquid in definitione, ut fit in propoſito noſtro: nam per ly omni, & ſoli, & ſemper circumloquitur ly conuertibiliter. Notandum quod illa auctoritas allegata non habetur expreſſe. 6. Topic. colligitur tamen ex cap. 2 in declaratione loci 54. Et incipit ſic. Amplius ſi ad duo definitionem aſſignauerit, &c.

Defōnē dari per copulōnē contīgit dupliciter.

Defō ñ dēt dari p̄ cōiunctionem diſiūctiuam.

Ibique. Philoſophus [vt hic, ait Mauritius] loquitur de coniunctione diſiunctiua, quod patet in exemplis ſuis de bono, & de ente. Vnde intentio Ariſt. eſt, quod dari non poteſt definitio, quæ ſub diſiunctione referatur ad diuerſa, quia ſi definiretur bonum per hoc, quod eſt eſſe delectabile uiſui, vel auditui, aut ens per hoc, quod eſt agere, aut pati, tunc [ait Philoſophus] contingeret bonum non eſſe bonū, & ens non eſſe ens. Vide Alexan. in expoſitione illius textus. Ex hoc igitur loco colligitur definitionem non dari poſſe per copulationem. Quod expreſſe habemus ab Ariſt. 8. meth. tex. Comm. 15. vbi habentur hæc verba. Definitio uero oratio eſt vna, non coniunctione, vt Ilias, ſed eo, quod unius eſt.

Defō ñ dēt dari p̄ copulationē.

Ibi. Commen. Definitio vero eſt ſermo vnius, & non per præpoſitiones copulantes, ſicut verſus Homeri, quoniam illi verſus ſunt vnum per copulam. Quod ſi huius cauſam quæras. Mauritius aſſignat plures cauſas.

Quare defō nō dēt dari per cōiūctionē.

Prima eſt, quia una pars definitionis eſt modificatiua, determinatiua, & qualificatiua alterius. Et hoc idem expreſſe dicit Auer. 8. meth. Comm. 9. vbi habet hæc verba. Definitio enim eſt ſermo, in quo diſponitur aliquid per aliquod, vnde ſicut non bene diceretur, quod Socrates eſt homo, & albus, ſed tantum eſt homo albus, ita nec bene dicitur homo eſt animal, & rationale. Aliter dicit, quod ideo non debet poni copulatio in definitione, ut denotetur, quod definitio dicit conceptum ſimplicem, & exprimit eſſentiam unam. Et hanc rationem tangit Philoſophus. 8. meth. tex. Comm. 15. vbi ait. Quod definitio ideo eſt vna, quia eſt unius.

Poſſumus vlterius dicere, quod non debet poni copulatio in definitione, quia aliter, propoſitio in qua enunciatur definitio de definito non eſſet propoſitio vna, & p̄ſeica. Poſſumus etiam dicere, quod definitio in qua ponitur copulatio non eſt definitio una, & ideo ex conſequenti non eſt definitio: vnde ſicut propoſitio, quæ non eſt vna, non eſt propoſitio, quia propoſitio plures non eſt propoſitio, ut colligitur ex primo Elenc. cap. quinto, ita quod non eſt una definitio, non eſt definitio, cum igitur definitio in qua ponitur copulatio non ſit una, ut patet ex octauo methaphyſ. ideo definitio data per copulationem, non eſt definitio.

Vltimo arguit ſic. Nulla definitio, in qua partes definitiones exceduntur a definito, eſt conuenienter data, ſed accidens poſitum in definitione proprii exceditur a proprio, ergo definitio proprii non eſt conuenienter data. 6. argm̃ princip.

Maior

Maior patet ex 2.poſter.text.Comm.17. vbi Philoſophus habet hæc verba. Huiuſmodi igitur accipienda ſunt vſque ad hoc, quouſque tot accipiãtur primum,quorum vnumquodque in plus ſit, omnia autem non in plus,hanc enim neceſſe eſt ſubſtantiam rei eſſe,vult igitur Philoſophus,quod partes definitionis excedant definitum, & non èconuerſo.

Minor probatur, nam quod eſt vniuocum omnibus generibus excedit id quod, ne dum omnibus generibus, ſed nec etiam aliquibus eſt uniuocum, ſed proprium eſt vniuocum in omni genere, ſed & accidens non eſt uniuocum pluribus generaliſſimis, aliter eſſent,tantum duo generaliſſima,ſcilicet ſubſtantia,& accidens,ergo &c.

Notandum Doctorem in multis harum rationum obſeruare regulam poſitam a Philoſopho.6.Topic.cap.6.in declaratione loci 104.vbi habet hæc verba Oportet autem ſi non ad totam habeat aliquis argumentari definitionem, eo quod non nota ſit tota,ad aliquam partium argumentari, ſi ſit nota, & non bene aſſignata appareat: nam parte interempta,& tota definitio interimitur.

Reſp.ad 6.princ. Reſpondet Doctor negando minorem: Ad cuius probationem dicendum, quod æquiuocat de accidente: nam accidens,qđ ponitur in definitione proprii eſt uniuocum in omni genere, ſicut & ipſum proprium. Accidens autem,ut eſt nomen primæ intentionis non eſt uniuocum diuerſis prædicamentis,vt communiter tenetur. Vel ſi eſt uniuocum metaphyſicè, non tamen phyſicè,nec logicè, ut alibi expoſui de ente.

Partes defõnis dẽnt eẽ in plus, q̃ defini tũ 2. po ſter. hic exponiẽ. Notãndum, quod quidam dicunt illam auctoritatem Ariſtot.ex ſecundo poſterior. intelligendam eſſe de prima parte definitionis,quę ponitur loco generis,talis enim eſt in plus,quam definitum:non autem intelligi poteſt de ultima differentia, quia illa conuertitur cum definito,ut dicit Philoſophus 7.meth. ſicut ſupra ſæpius dictum eſt. Huncque modum dicendi innuit Mauritius in expoſitione huius quæſtionis.

Contra Mauritium. Qui tamen modus dicendi mihi non placet, quia ibi Ariſtot. non loquitur præcisè de genere, vt patet, ne dum ex illo verbo, vnumquodque.Sed etiam exemplo ibidem poſito de numero ternario: nam ne dum numerus,qui eſt genus ternarii,excedit ternarium,ſed etiam impar,& primus vtrobique [quæ ponuntur loco differentiæ] excedunt ternarium,ſi ſeorſum ſumantur,quia impar quinario quoque,& primus, vtrobique binario conuenit. Dicamus ergo Philoſophum in ſecundo poſter. vbi ſupra,loqui de definitis, quarum vltimæ differentiæ,cum non ſint notæ,ſunt circunſcribendæ; oſtendit enim ibi Philoſophus, qualia debent eſſe illa, quæ ſumuntur ad conſtituendam definitionem illius, cuius proximum genus,vel ultima differentia eſt ignota,& hoc loquendo de definitione,quę poſſit eſſe medium ad oſtendẽdam paſſionem de ſubiecto: in qua definitione non debet poni ipſa paſſio, aliter idẽ eſſet principium demonſtrandi ſe ipſum.

4.Argũ princip.

QVÆSTO XXXII.
Vniuerſalium Scoti.

Vtrum proprium ſit diſtinctum vniuerſale ab accidente.

QVoniam ſi proprium non ẽſſet diſtinctum vniuerſale ab accidente,fruſtra eſſet quærere de ipſo, an ſemper inſit,quia tunc poſſet adeſſe, & abeſſe, ideo iure hæc quæſtio ſequenti præponitur. Oritur etiam hæc quęſtio ex his,quæ dixit in præcedenti, idcirco immediatè poſt illam eſt examinanda. Ex his patet ordo quæſtionis huius. Termini ſunt manifeſti ex dictis in præcedenti quæſtione, & ex dicendis in ſequentibus. Ordo q̃ſtionis

Ad quæſtionem reſpondet ponendo hanc concluſionem affirmatiuam, quod ſci- Corpus qõnis.

vniuocè in rebus omnium generum, ergo & differentia ſic definita vniuocè reperitur in rebus omnium generum.

Notandum, quod differentia, quæ ſic definitur, eſt qua differunt a ſe ſingula, non eſt abſtractum, ſed concretum; differentia verò a qua denominatiuè dicitur differēs, ſeu differre poſitum in tali definitione, eſt abſtractum. Huius rationis ſic erectæ, primo in litera ponitur prima probō minoris.

Secundo ponitur illa ſecunda probō eiuſdem minoris. Vltimo ponitur concluſio illius rationis. Secundum ibi. Similiter dr̄ia, &c. Tertium ibi. Ergo aliquo modo, &cæt.

Reſp. ad formam 4. argumē. prī.

Ibi. Tunc ad argumentum, &c. Reſpondet ad formam quarti argumenti principalis, negando minorem, differentia enim, quæ eſt tertium uniuerſale, differt a b aliis vniuerſalibus definitione, & ſpecie. Ad cuius probationem dicendum, quod concretum non poteſt prædicari de abſtracto, ſignificante idem quod concretum ſub alio modo ſignificandi: modo cum dicimus differentia differt, ly differentia eſt concretum, & ly differt eſt concretum, non equidem dictum a differentia, quæ eſt tertium vniuerſale, ſed a differentia, quæ eſt relatio rationis, dicendo igitur differentia differt, eſt prædicatio concreti de concreto.

Notandum, quod illa litera. Nec ſignificatur, &c. debet ſic intelligi. Nec [in illa propoſitione, differentia differt] ſignificatur idem per ſubiectum [quod eſt ly differentia] & prædicatum [quod eſt ly differt] ſub diſparatis rationibus, ideſt ſub modis oppoſitis ſignificandi. Vult dicere, quod in iſta propoſitione differentia differt, non eſt prædicatio concreti de abſtracto, quaſi ly differt ſit concretum dictum a differētia poſita in ſubiecto: quia concretum, & abſtractum idem ſignificāt ſub oppoſitis modis ſignificandi, quod non contingit in propoſito.

Dr̄ia vt eſt vl'e, an ſit abſtractū:

Ibi. Contra videtur, &c. Dupliciter inſtat contra dicta, oſtendendo quod differentia, vt eſt vniuerſale ſit abſtractum. Et primo ſic. Quicquid ſe hēt vt quo, ſeu vt qua eſt abſtractum, ſed dr̄ia, vt eſt vl'e, ſe habet vt qua, ergo dr̄ia vt eſt vl'e, eſt abſtractum. Maior patet, nam ſe hr̄e vt quo, ſeu vt qua eſt proprietas abſtracti; propter quod dicimus, ꝙ illud quo aliquid eſt album, eſt albedo, & quod illud quo homo eſt homo eſt humanitas. Minor probatur ex definitione quarta differentiæ, in qua dr̄ dr̄ia eſt qua differunt a ſe ſingula: vbi habetē quod dr̄ia vt eſt vniuerſale eſt qua. Secundo inſtat ſic, quodlibet concretum, ſeu denominatiuum dr̄ denominatiuè ab aliquo abſtracto, ſed nullum datur abſtractum a quo denominatiuè dicatur dr̄ia, vt eſt vniuerſale, ergo dr̄ia vt eſt vniuerſale non eſt concretum. Reſpondendo duo facit, primo reſpondet. Deinde conſequenter ad ea, quæ dicta ſunt ponit q̄dam notabilia. Secūdum ibi. Iuxta dicta, &c.

Reſp. ad primū.

Ad primum quod obiicitur dicendū maiorem eſſe ueram, ſi illud ꝙ ſe habet vt quo, ſe hēat ut forma informans, vel ſit forma dans eſſe. Vnde ꝗcquid ſe habet vt quo, & cum hoc ſe habet vt forma informans, vel vt forma dans eſſe q̄ddi tatiuè eſt abſtractum, ſicut patet de albedine, quæ ſe habet vt forma informās parietē: & de humanitate, quæ ſe hēt vt forma dans eſſe hoī: eſſe enim quo aliquid eſt ens quidditatiuè competit quidditati ex rōne quidditatis: vt dicit doctor. 1. diſt. 5. quæſt. 2. art. 3. Modo illa quarta definitio differentiæ ſic intelligi debet. Differentia eſt qua, non vt forma dante eſſe quidditatiuum, vt eſt de humanitate, nec ut forma informante, vt eſt de albedine: ſed qua, ut intentione applicabili ad principium differentiæ ſpecie [ideſt ad principium illius relationis rationis, quæ dicitur differentia ſpecie, ſeu differentia ſpecifica] ſingula differunt a ſe differentia ſpecie, ideſt mediante differentia ſpecifica, quæ eſt relatio rationis.

Dr̄ia eſt qua ſingula differunt, quō intelligit̄.

Notandum quod duę ſpecies, puta homo, & aſinus, non dicuntur differre inter ſe differentia, quæ eſt vniuerſale, tanquam aliquo formaliter applicato eis, quaſi dicantur differentes a differentia hoc modo ſumpta; dicuntur enim differre tanquam aliquo ſibi formaliter applicato, differentia, quæ eſt relatio realis, uel relatio rationis, a qua aliquid dicitur denominatiuè differens, ut dictum fuit ſupra. Dr̄ia verò, quæ eſt vniuerſale, dicūt homo, & aſinus differre, tanꝗ aliquo applicabili ad principium differentię ſpecificæ: & tanquā aliquo

aliquo ſupponente pro tali principio, non autem tanquam aliquo denominante illa, quę differunt.

Ibi. Quia differre, &c. Vult dicere doctor quod differre, poſitum in illa quarta defini tione differentiæ dr̃ denominatiuè à diffe rentia, quæ eſt relatio rationis, & non a dif ferentia, quæ eſt vniuerſale. Nota quod lr̃a rara eſt corrupta, nõ enim debemus legere. Quia differre denominatiuè dicitur de dif ferentia. Sed ſic debemus legere Quia differ re denominatiuè dr̃ a dr̃ia. Et quod ſic le gendum ſit, patet ex intentione doctoris iam declarata.

Ad ſecundum quod obiicitur, dicit qđ quodlibet concretum denominatiuè dici tur ab aliquo abſtracto: ſed non ſemper ab abſtracto ſignificato per nomen quod con ueniat in principio, & differat in fine cum nomine concreti. Quandoque enim con cretum dicitur denominatiuè ab abſtracto ſignificato per aliud nomen, vt eſt de ſtu dioſo dicto a virtute, & quandoque ab ab ſtracto ſignificato per plura nomina, ut eſt de genere, ſpecie, differentia, proprio, & ac cidente, quorum abſtracta ſignificãtur, ac circumloquuntur per iſta nomina, intẽtio generis, intentio ſpeciei, intentio differẽtię, & ſic de aliis. Hanc eandem reſponſionem habemus a doctore ſupra, & infra q. 30.

Denoīa tiua tri- plicia. Notandum, quod denominatiua ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt denomi natiua tantum voce, & ſunt quæ conue niunt in principio dictionis cum ſuis ab ſtractis, & differunt in fine; ſed non impor tant eandem formam, vt ſtudioſus a ſtu dio. Quædam ſunt denominatiua ſignifi catione tantum, quæ non conueniunt in principio dictionis cum ſuis abſtractis, ut ſtudioſus a virtute. Quædam ſunt denomi natiua voce, & ſignificatione ſimul: hæcq. conueniunt in principio dictionis cum ab ſtractis, & differunt in fine, ac ſignificant eandem formam, vt album eſt albedine.

Ibi Iuxta dicta, &c Conſimiliter, ac con ſequenter ad ea, quę dicta ſunt, ponit quæ dam notabilia. Vnde ly iuxta accipitur in propoſito, ut idem eſt, quod ſimiliter, ſeu eodem modo: ſic enim poteſt accipi, ut pa tet in Salluſtio in Iugurt Sunt autem quin que notabilia hic poſita a doctore. Secun dum ibi. Primo modo, &c. Tertium ibi. Et ſic faciliter, &c. Quartum ibi. Tamen in qđ &c Quintum ibi. Saluatur etiam, &c. Quã tum ad primum dicit, quod multum cum omnibus ſpeciebus ſuis, puta differentia, diuerſitas, & aliæ huiuſmodi, de quibus ſu pra, ſimiliter & vnum, quod opponĩt mul to, poſſunt æquiuoce eſſe res, uel intentio nes. multum & vnum quotup.

Notandum, quod vnum & multum eſt æquiuocum ad tria, ſ. ad vnitatem, ac mul titudinem fundamentaliter ſumptam, ad vnitatem, ac multitudinem, quæ eſt relatio realis, & ad vnitatem, ac multitudinem, quę eſt relatio rationis: hocque idem poteſt di ci de ſpeciebus multitudinis, ac vnitatis, ſi quas habet. Cum doctor dicit, quod vnum & multum poſſunt æquiuocè eſſe res, vel intentiones: ſub primo membro compre hendit duos primos modos accipiendi, v num & multum; quia ibi accipit rem, vt di ſtinguitur contra intentionem. Vnũ, & multum ſunt ęq uoca.

Secundum notabile eſt, quod metaphyſi cus loquitur de vno, multo, ac eius ſpecie bus primo modo, vt ſ. ſunt res: & hoc ne dum, vt ſumuntur fundamentaliter, ſed ẽt vt ſunt relationes reales Logicus verò lo quitur de eis ſecundo modo, ut ſcilicet ſũt intentiones. Quod ſi obiicias, quia Philoſo phus. 5. metaphy. tex. Commen. 12. diuidit vnum ſecundum diuiſionem logicã, ergo metaph loquitur de vno, & ex conſequen ti de multo, vt ſunt intentiones. meta, & logicus diuerſi- modè lo quunt đ vnitate, & multi tudine. obiectio nis dilu tio.

Dico quod doctor loquitur hic de eo, ꝙ per ſe conſideratur a meta. & a logico; nam metaphyſi. de intentionibus, & logicus de rebus per accidens conſiderat. Et hoc maxi mè eſt verum, ſi metaph. conſiderat per ſe tantum de ente reali. Quia ſi etiam conſide raret per ſe de ente rationis. Tunc dicendũ eſſet, quod tantum conſiderat per ſe de en te rationis in communi. Vel dato etiam qđ conſideraret per ſe de ente rationis, vt eſt applicabile rei, queadmodum logicus de eo loquitur. meta de intẽtio- nib. & lo gicus de reb. per accñs.

Aliter poſſumus dicere, quod metaphy. & logica poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo, vt ſunt ſcientiæ puræ. Alio modo vt ſunt mixtę. Metaphy. primo mo do ſumpta tm̃ loquitur de rebus, & logica de intentionibus; & hoc modo loquitur de eis doctor hoc in loco. Cum autem quæli bet ſcientia ſit mixta, ut alibi diximus ex meta, & logica dupliciter cõſi derãtur.

in-

quantitatem eſſe ab intrinſeco ratione materiæ] non tamen ſecundum propriam mẽtem, ſed ſecundum aliorum intentionem loquitur. An uero Doctor loquatur ſecundum mentem Auer. uel ne. Dico breuiter, ꝙ non, nam quantitas terminata, de qua hic loquitur Doctor, ineſt ratione formæ, vt ait Comm. ubi ſequitur eſſe formæ in materia, ut dicit Doctor. 2.d.3. quæſt.4.

Quantitas interminata quid.

Nō enim poteſt loqui Doctor hoc in loco de quantitate interminata, quia quantitas interminata nil aliud eſt niſi ſubiectum extenſionis, ſeu partes materiæ, ut declarat Canonicus, primo phy.q.9. ſed ſubiectum extenſionis, ſeu partes materiæ non ſunt quātitas, quæ eſt accidens, de qua hic loquitur Doctor, Niſi forte dicas Comm. per quantitatem interminatam intelligere quantitatem non reductam ad certum numerum, & menſuram, ut cum dico lineam, uel ſuperficiem abſolutè. Per quantitatem uero terminatam intelligere bicubitum, tricubitum, lineam trium palmorum, & ſic de aliis. Et ꝙ hæc uideatur eſſe mens Auerrois, patet ex 4. cœli Commē.40. ubi dicit, quod dimēſiones tres in prima materia, ſunt primæ formarum exiſtentium in prima materia in actu. Sed certum eſt, quod ibi non loquitur de partibus materiæ, nec de ſubiecto dimenſionum, quia nec partes materiæ, nec ſubiectum dimenſionum dicitur eſſe in materia, ꝗ̃ forma, nec loquitur de dimēſionibus terminatis, quia illæ non ſunt primæ formarum exiſtentium in materia, igitur vult dimenſiones interminatas eſſe in genere quantitatis. Hocque ſtante poſſumus dicere Doctorem hoc in loco loqui, ſecundum mentem Auerrois.

Quātitates, ſeu dimēſiones īterminatæ, & terminatæ q̃d.

Cœlo, an inſit q̃titas rōne materiæ

Sed eſt inſtantia de cœlo in quo eſt quātitas, & tamen non ineſt ei ratione materiæ, cum cœlum non ſit compoſitum ex materia, & forma? Dicit Mauritius, quod in cœlo eſt materia, ut docet Doctor. ſecundo diſtinct. decimaquarta. Aliter dicit, uerba Doctoris non eſſe intelligenda de accidentibus generabilium, & corruptibilium. Aliter etiam reſpondet diſtinguendo de materia pro principio intrinſeco, & pro ſubiecto.

Primo modo in cœlo non eſt materia, ſed bene ſecundo modo.

Sed quid dicendum eſt, ſecundum Commen. dicentem in de ſubſtantia orbis corpora cœleſtia recipere dimenſiones, & quod dimenſiones præcedunt formam in materia, & ꝙ in cœlo non eſt materia? Dico Commen. ponere in cœlo tantum dimenſiones terminatas [non enim ibi ponit dimenſiones interminatas, quibus mediantibus recipiant ſuas formas, ſicut contingit in generabilib. & corruptibilibus] ad quas dimenſiones corpus cœleſte non eſt in potentia paſsiua, quia cum potentia paſsiua ſit potentia contradictionis, 9. meta. ſeu potentia ad oppoſita (vt quibuſdam placet) & in cœlo non ſit potentia ad oppoſita, niſi ad oppoſita loca, quia nec talis oppoſitio eſt ad corruptionem, nec tranſmutatio in ea aliquid auferat de ſubſtantia, ſecus vero ſit de tranſmutatione, quæ eſt ad propriam quantitatem, idcirco corpus cœleſte non eſt in potentia paſsiua reſpectu ſuæ quantitatis, & hinc eſt, quod aliquando illam non recipit, ſed ab æterno eam habet ab intelligentia. Vnde 2. cœli dicit, quod materia cœleſtis recipit formam cœleſtem, & adunatur cum ea ſine aliquo, ad cuius adunationem naturaliter conſequuntur dimenſiones corporales, ſicut & alia accidentia, quæ in eo inueniuntur.

In cœlo ſunt tm̃ dimēſiones īterminatæ

Qualis pōa paſſiua eſt ī cœlo.

Ex his igitur patet, quid dicendum ad propoſitam inſtantiam de cœlo. Cum enim Doctor hic, aut non loquitur, ſecundum Comm. aut ſi loquatur, ſecundum mentem ipſius, ſolummodo poſsit loqui de dimenſionibus interminatis, quæ non ſunt in cœlo, ideo nulla eſt inſtātia, quæ adducitur de dimenſionibus cœli.

Ibi. Vel qualitatum actiuarum, &c. Dicit quod quædam accidentia inſunt rōne qualitatum actiuarum, ut ſunt qualitates ſenſibiles poſteriores. Notādum ꝙ qualitatum, quædam ſunt ſenſibiles, quædam nō ſunt ſenſibiles, ut ſcientiæ, influentiæ cœleſtes, ac aliæ huiuſmodi. Qualitatum ſenſibiliū aliæ dicuntur priores, ſeu primæ, ut caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, de quibus dicit Philoſophus lib.2. de part. animalium, c. 1. Quod ſunt materia corporum compoſitorum, cæteræ aūt differentiæ eas ſequūtur, ut grauitas, leuitas, denſitas, raritas, aſperitas, lenitas, & reliquæ id genus affectiones.

Qualitatū diuiſio.

Qualitates priæ ſunt materia corporū cōpoſitorū, & initia elementorū

Et capit ſecundo, dicit, quod ſunt initia elementorum naturalium, & quod ſunt cauſæ uitæ, & mortis, ſomni, & uigiliæ, iuuentutis, & ſenectutis, & morbi, & ſanitatis. Quomodo autem primæ qualitates dicũtur materia corporum compoſitorum, & initia elementorum, alibi habet declarari, & præcipuè in libris de generatione, & corruptione, & 8. metaphyſ. Comment. quinto, ubi Commen. diſputat contra Alexand. nunquid qualitates primæ ſint formæ ſubſtantiales in elementis. Sed hic eſt difficultas, an hic Doctor per qualitates actiuas intelligat quatuor primas qualitates. Et uidetur quod non quia humiditas & ſiccitas non ſunt qualitates actiuæ, ſed paſſiuæ, ut ait philoſophus, 4 meteorol. capit. primo, cum igitur loquatur tantum de actiuis, non loquitur de iſtis.

Dubitõnis. dilutio.

Dicere poſſumus philoſophum ideo dixiſſe caliditatem, & frigiditatem eſſe qualitates actiuas, quia ſunt magis efficaces. Et humiditas, ac ſiccitas dicuntur qualitates paſſiuæ, quia ſunt minus efficaces. Vnde Galenus, cap. ſexto, primi de cauſis ſympto. & libello de inæquali intemperie dicit, calorem, & frigus eſſe qualitates efficaciſſimas, humorem, & ſiccitatem minus efficaces. Vel dicamus caliditatem, & frigiditatem dici qualitates actiuas, quia ſunt rationes agendi mixtis quibus inſunt. Vnde Philoſophus ſecundo de anima, tex. Com. 50. dicit, calidũm decoctionem operari. Quod debet intelligi de calore naturali, ut ipſemet Philoſophus exponit 4. metheorol. tex. Commen. 14. Et quamquam frigus non ſit per ſe cauſa efficiens actionum, quæ aguntur facultatibus quibus gubernatur humanum corpus. Vnde Auerr in ſumma quarti metheorol. dicit, quod eſſe generationis, eſt a caliditate, nam commixtio non poteſt eſſe niſi per ipſam. Et Galenus in 6. de acciden. & modo propè finem ait, quod frigiditas nulli functioni utilis eſt. Quod uerum eſt per ſe eſſentialiter. Dicit enim Commen. vbi ſupra, frigiditatem aliquo modo habere introitum in generationem. Tamen frigiditas denſat, indurat, & quædam alia facit, & ideo vocatur qualitas actiua.

Caliditas, & frigiditas quare ſunt qualitates actiuæ. Paſſiuæ q̃, & quare.

Decoctiõis cã

Frigiditas qũo cã gñationis.

Siccitas uero, & humiditas, quamuis ſint qualitates actiuæ [dicit enim Philoſophus ſecundo de generatione, & corrupt. cap quarto. Quod ſi ab humore ſiccitas vincatur, aer generatur, ubi aperte docet, humiditatem corrumpere ſiccitatem, & ſibi ſimilem qualitatem generare] tamen uocantur paſſiuæ ab Ariſtot. quarto metheorol. quia ſunt rationes patiendi ipſi mixto in quo ſunt. Qualitates uero ſenſibiles poſteriores ſunt colores, ſapores, odores, & huiuſmodi qualitates, ſi quæ aliæ ſunt: Quod autem colores inſint ratione primarum qualitatum, patet ex libro de ſenſu, & ſenſibilibus, capit. tertio, ex libro de coloribus. Vnde in principio primi capit. illius libelli dicit, quod colores ſimplices ſequuntur elementa, & quod niger color conſequitur elementa cum ſe inuicem mutantur. Et Commen. in libro de ſenſu dicit, quod color albus fit ex admiſtione ignis clari, & quod color niger fit ex admiſtione ignis turbidi. Medii uero colores fiunt ex miſtione albi, & nigri, ut dicit Ariſtot. & Comment. ubi ſupra. Quod autem ſapores inſint ratione harum qualitatum, patet ex libro de ſenſu, cap. quarto, & ex ſecundo de anima, Commen. 105. ubi dicit Auerr. ſaporem magis ſequi humiditatem, & ſiccitatem, quam caliditatem, & frigiditatem. Quod uero odores ex his qualitatibus primis generentur, patet ex libro de ſenſu, c. 5. & ex ſecundo de anima.

Colores ſequuntur elementa.

Sapores rõne eius ĩsũt

Ibi. Eſt enim defectus, &cætera. Dicit Doctor nullum accidens, generatum, vel ab extrinſeco, uel ratione materiæ, uel qualitatum actiuarum, eſſe proprium: cuius ratio eſt, quia deficit ei aliqua conditio, vel omnes requiſitæ ad conuertibilitatem, nam nec omni, nec ſoli, nec ſemper ineſt, & ex conſequenti nullum tale accidens poteſt eſſe proprium.

Ibi. Eſt præter hæc, &cætera. Probat, quod accidens, quod ineſt ſpeciei ratione formæ, ſeu differentiæ ſpecificæ, & ex conſequenti proprium, ineſt omni, ſoli, & ſemper: ratioque ſic erigi poteſt.

Quicquid ineſt ſpeciei per aliquam cauſam neceſſariam, præciſam, & immediatam, ineſt omni, ſoli, & ſemper, ſed accidens, quod ineſt ſpeciei ratione formæ, ſeu differentiæ ſpecificæ, ineſt ei per

per cauſam neceſſariam, præciſam, & immediatam, ergo tale accidens, [& ex conſequenti proprium, quod pro ipſo ſupponit] ineſt omni, ſoli, & ſemper.

Maior patet, nam quicquid ineſt ſpeciei per cauſam totalem, neceſſariamque [id eſt neceſſario inexiſtentem ſpeciei, [ac neceſſario cauſantem, præciſam, & immediatam] id eſt præciſè, ac immediatè exiſtentem, & præciſè, ac immediatè cauſantem, ineſt omni ſoli, & ſemper.

Quia ex hoc, quod ineſt ſpeciei neceſſario ſequitur, quod inſit ei ſemper, ac etiam inſit cuilibet contento ſub ſpecie, & ex hoc quod ineſt præciſè, & immediatè, ſequitur, quod inſit ſoli.

Minor etiam patet, quia forma ſpecifica eſt de intrinſeca ratione ſpeciei.

Hic quinque ſunt notanda. Primo, quod Doctor hic, & ſupra æquiuocat de accidente, nam ſupra accidit accidens pro eo, quod contingenter ineſt, hic autem accipit accidens pro extraneo. Nec eſt inconueniens in ſcientia demonſtratiua vti æquiuocis diuidendo, quibus poſtea in demonſtrando non eſt vtendum.

Aequo cis quō vti poſſumus in ſcientia

Secundo notandum, quòd hic accidens [quod uocatur propria paſſio] non dicitur ineſſe ſpeciei, ita præciſè ratione formæ, quod excludatur genus, ſed præciſè, & vltimatè ineſt ratione formæ, ſeu vltimæ realitatis, ſeu differentiæ ſpecificæ, ac præciſè, & adæquatè ineſt ratione totius definitionis.

Paſsio rōne cuius inſit ſubiecto

Nec dicitur ineſſe, ita præciſè ratione formæ, quod excludatur cauſalitas primæ cauſæ; excluditur enim tantum cauſalitas cuiuſcumque cauſæ naturalis intrinſecæ, ac ultimatæ.

Tertio notandum, quod ſpecies habet duplicem rationem reſpectu paſſionis, vna eſt, quia eſt effectiua illius. Altera eſt, quia de neceſſitate recipit paſſionem, paſſio enim habet neceſſariam habitudinem ad ſubiectum. Vnde dato etiam quod paſſio realiter diſtingueretur a ſubiecto, & quod cauſaretur a Deo, & non ab ipſo ſubiecto, adhuc tamen propter neceſſariam eius habitudinem ad ſubiectum, neceſſario ei ineſſet, & ab ipſo ſeparari non poſſet.

An uero paſſio diſtinguatur realiter a ſubiecto, vel ne? Vide Ocham, & Gabriel Biel, tertia quæſtione, prologi ſententiarum, & Gregorium Ariminenſem, quarta quæſtione, prologi, & Hychetum ſuper tertiam quæſtionem prologi, & Mauritium ſequenti quæſtione.

Quarto notandum, quod paſſio dicitur ſemper ineſſe ſubiecto, [vt ait Ioann. Bachonus, quarta diſtinctione ſexta, quæſtione ſecunda, articulo tertio,] quia ita firmiter inhæret ſubiecto ſuo, quod compatitur ſecum quodcumque aliud accidens, quandiu manet ſubiectum. Vel dicamus, quod ſemper ineſt, quia ſubiectum, quantum de ſe eſt eius cauſa neceſſaria, & immediata, ac totalis, vt dicet Doctor in ſequenti quæſtione. Et dico, quantum eſt de ſe, quia licet Deus poſſit ſupplere cauſalitatem ſubiecti reſpectu paſſionis, tamen adhuc ſubiectum, quantum eſt de ſe poteſt illam cauſare. Vel dicamus, quod neceſſario ineſt propter neceſſariam habitudinem ipſius ad ſubiectum in ratione receptiui, & propter neceſſariam habitudinem ſubiecti in ratione recipientis, ad paſſionem, in ratione recepti.

Paſſio quare ſp ineſt.

Vltimo notandum, quod paſſionem cauſari a ſubiecto, idem eſt, quod paſſionem pullulare, ſeu ebullire, ſeu emanare a ſubiecto. Vel diſtinguendum eſt de cauſa phyſica, quæ agit per motum, uel mutationem, & de metaphyſica, quæ abſtrahit a motu, & a mutatione. Subiectum dicitur cauſa metaphyſica ſuæ paſſionis. Quod ſi obiicias, quia cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud ſecundum Auicennam, & colligi poteſt ex quinto metaphyſ. text. Commen. primo, aliuditas autem dicit diuerſitatem eſſentiarum, igitur cum paſſio non dicat aliam eſſentiam a ſubiecto, ſequitur ſubiectum non poſſe dici cauſam eius.

Dicendum, quod illa definitio tantum conuenit cauſæ factiuæ, quæ producit aliud in materiam extrinſecam, & non conuenit cauſæ actiuæ, cuiuſmodi eſt ſubiectum reſpectu ſuæ paſsionis. Vide Doctorem ſecunda diſtinctione vigeſimaquinta. Vel dicamus, quod ly aliud poteſt

cā eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud quō intelligit.

importare, aut [aliam rem, aut aliam rationem, ſeu formalitatem.

Primo modo ſenſus eſt, cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud, ideſt alia res realiter diſtincta, & ſic concedo ſubiectum non eſſe cauſam ſuæ paſsionis.

Secundo modo ſenſus eſt, cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud, ideſt vel alia res, vel alia ratio formalis. Et ſic concedo ſubiectum eſſe ad cuius eſſe ſequitur aliud, quia paſsio diſtinguitur formaliter a ſubiecto.

Ibi. Ergo eſt ſimpliciter, &cæt. Ex dictis infert ulterius Doctor, accidens quod dicitur paſsio, eſſe ſimpliciter [ideſt uniuerſaliter] conuertibile cum ſpecie, & quod poteſt [per definitionem ſpeciei demonſtrari de ſpecie.

Primum patet ex his, quæ diximus in præcedenti quæſtione, cum enim ly omni, ſoli, & ſemper ponatur ad circumloquendum conuertibiliter, igitur ualet hæc conſequentia, paſsio ineſt omni ſoli, & ſemper, ergo conuertibiliter.

Secundum patet, ex 1. poſter. & alibi declaratum eſt, quod illud, quod eſt conuertibile cum ſubiecto, & egreditur a principiis ſubiecti, eſt de ipſo demonſtrabile.

Ibi. Proprium igitur, & cæt. Ex his, quæ dixit de paſsione, [quæ dicitur proprium fundamentaliter] declarat, quid eſt proprium, ut eſt intentio, Dicitque quod proprium, ut hic ſumitur, eſt intentio applicabilis, tantum accidentibus ultimis, ideſt ultimo modo ſumptis. Notandum Doctorem ideo addidiſſe ly igitur, quod eſt nota illationis, quia intentiones debent habere ſuo modo proprietates eaſdem, quas habent fundamenta pro quibus ſupponunt, quod enim ſignatur in intentionibus debet exerceri in rebus, & è conuerſo, quoniam proprietates intentionum habent reduci ultimatè, & radicaliter ad proprietates fundamentorum.

Declarato, ergo in præcedenti quæſtione, quod proprium, ut eſt intentio, ineſt omni ſoli, & ſemper, & declarato hic, quod accidens ultimo modo ſumptum, ineſt omni ſoli, & ſemper, ſequitur proprium, vt eſt intentio, eſſe applicabile tali accidenti, quia intentio non applicatur niſi proportionaliter habenti eaſdem proprietates. Vel dicamus, quod ideo addidit ly igitur, quia hic intendit declarare definitionem proprii, vt proprium ſupponit pro prima intentione.

Ibi. Sed accidens, & cætera. Per oppoſitum declarat, quid eſt accidens, ut eſt intentio, & quare illa quibus applicatur dicuntur communia, dicuntur enim accidentia communia, uel communitate inhæſionis, quia communiter inſunt ſubiecto, & aliis, vel ſi actualiter aliis non inſunt, poſſunt tamen ineſſe. Vel communiter, ideſt indifferenter, & hoc indifferentia contradictionis, inſunt enim, & non inſunt, ſeu poſſunt ineſſe, & non ineſſe ſubiecto remanente. Accidētia cōia quarē ſic dicātur.

Deinde dicit, quod ſiue dicentur talia accidentia communia propter primum, ſiue propter ſecundum, non ſunt conuertibilia, quia ſemper deficit eis aliqua trium conditionum, requiſitarum ad conuertibilitatem: nam ſi ſunt communia per inhæſionem, non inſunt omni, ſi autem per indifferentiam contradictionis, non inſunt ſemper. Reliquum literæ patet ex his, quæ diximus.

Septem rationibus oſtendit proprium, & accidens, non eſſe diſtincta uniuerſalia. Argm̄ 1. princ.

Prima procedit ex ſufficienti diuiſione, & ex remotione alterius partis, & poteſt ſic erigi. Omne ens, aut eſt ſubſtantia, aut accidens, ſed proprium non eſt ſubſtantia, ergo eſt accidens, & ex conſequenti non erit diſtinctum vniuerſale ab accidente.

[Maior patet ex ſufficienti entis diuiſione, quam etiam ponit Philoſophus, quinto met. tex. Com. 13. & Auer. Com. 1. & 4.

Minor probatur, nam ſicut omne ens, omni enti comparatum, aut eſt idem, aut diuerſum, ita omne ens omni enti comparatum, aut eſt idem eſſentialiter, aut eſt eſſentialiter diuerſum, quia ſicut idem, & diuerſum opponuntur, ita eſſentialiter idem, & eſſentialiter diuerſum opponūtur: ſed proprium non eſt ſubſtantia eſſentialiter diuerſa a ſpecie, quia tunc impoſsibile eſſet, ut prædicaretur de ſpecie, nulla enim ſubſtantia eſſentialiter diuerſa ab alia poteſt de illa prædicari affirmatiuè, & uerè, vt

vt patet, de aſino, qui de homine prædicari nequit.

Nec eſt dicendum, quod proprium ſit ſubſtantia, quæ ſit eſſentialiter eadem cum ſpecie, quia cum definitio exprimat totam eſſentiam definiti, ponendum eſt in definitione ſpeciei, quicquid eſt de eſſentia, igitur ſi proprium eſt idem eſſentialiter cum ſpecie, debet poni in eius definitione, ſed hoc eſt falſum, quia non poſſet demonſtrari de ſpecie per eius definitionem, eſſet enim in demõſtratione petitio principii, quia idem eſſet medium, uel totale, uel partiale inferendi, & illatum, idem etiam eſſet cauſa ſui ipſius, ergo proprium non eſt ſubſtantia.

Argũ 2. princ. Quoniam ſimul reſpondet primæ, ſecundæ, ac tertiæ rationi, idcirco prius erigendæ ſunt aliæ duę rationes, quam reſponſio declaretur. Arguit ergo, ſecundo ſic.

Quod eſt in compoſito præter materiam, & formam eſt eius accidens, ſed proprium eſt in compoſito [ſcilicet in ſpecie] præter materiam, & formam, ergo proprium eſt accidens.

Maior patet, quia hæc ſola [ſ. ſ. materia, & forma] ſubſtantiam rei conſtituunt, ut patet ex 1. phyſ, & ex 7. met. text. Comm. 9. Patet etiam eadem maior ex diuiſione ſubſtantiæ, quam ponit philoſophus. 7. meta. tex. Comm. 7. vbi dicitur, quod ſubſtantia diuiditur in materiam, formam, & compoſitum.

Argũ 3. princ. Tertio principaliter arguit ſic. Omne reſultans ex compoſitione cum materia eſt accidens, ſed proprium eſt huiuſmodi, ergo proprium eſt accidens.

Reſp. ad tria 1. argumẽta princ. Ad hæc tria argumenta unica reſponſione ſatisfacit. Dicitque, quod procedunt de accidente, ut eſt res primæ intentionis. Vñ cũ ſumit in prima ratione, quod omne ens aut eſt ſubſtantia, aut accidens. Illud eſt verum de accidente reali, quod ſimul cum ſubſtantia diuidit ens reale, & ideo tale argumentum nihil concludit contra concluſionem principaliter intentam, quæ eſt, quod proprium, pro ſecunda intentione, non eſt accidens pro ſecunda intentione.

Similiter maior ſecundæ, ac tertiæ rationis videntur eſſe veræ de accidente reali, & non de intentionali, quod eſt in ſe per operationem intellectus, conſequitur enim comparationem intellectus, ut alibi declarauimus.

Contra. Sed quia hæc reſponſio uidetur concedere concluſionem primi argumenti, [ſcilicet proprium eſſe accidens] eſſe ueram de accidente reali, de quo eſt maxima difficultas. Ideo notanter obiicit Doctor, vt declaret quomodo illud poteſt concedi. Si enim argumentum primum, ut procedit de accidẽte reali, eſt verum, ergo omne propriũ eſt accidens eſto modo, quod tamen eſt falſum.

Conſequentia patet, ne dum quia illud argumentum hoc concludit, ſed etiam quia nullum proprium eſt ſubſtantia, ergo uidetur, quod omne proprium ſit accidens. Falſitas conſequentis probatur, quia accidens primę intentionis, uel eſt concretum, vel abſtractum. Si abſtractum, ergo non prædicatur uerè de ſecunda intentione, quoniam quælibet prædicatio, quæ eſt vera in abſtracto, eſt vera per ſe primo modo, vt quæſtione prima, & decima ſexta, dictum fuit, at res primæ intentionis in abſtracto conſiderata non prædicatur per ſe de primo modo, de re ſecundæ intentionis, ut alibi declaratum fuit, ergo nec uerè. Si autem accidens ſit concretum adhuc illud conſequens eſt falſum, quia res primæ intentionis non denominat rem ſecundæ intentionis, non enim conuertitur denominatiua prædicatio in denominatiuam, intentio autem prædicatur denominatiuè de re, ergo res non prædicatur denominatiuè de intentione.

Huic obiectioni reſpondet declarando, quam veritatem habet iſta propoſitio, omne proprium eſt accidens. Oẽ p̃priũ eſt accidẽs quõ vera.

Et primo dicit, quod non eſt ſimpliciter uera, non præfata ſcilicet diſtinctione, & ratio eſt, quia nulla propoſitio in qua ſubiicitur uniuocum, & prædicatur æquiuocum eſt ſimpliciter uera, ſed in iſta propoſitione, omne proprium eſt accidens, ſubiicitur uniuocum, quia proprium eſt uniuocum ad proprium in hoc genere, & in illo, ideſt ad hoc propriũ applicatum rei huius generis, & ad illud proprium applicatum rei illius generis, accidens uero eſt æquiuocum ad nouem genera,

vt hic ſupponitur ex communi modo dicedi, ergo iſta propoſitio [omne proprium eſt accidens] eſt ſimpliciter falſa. Secundo dicit, quod ſumendo proprium vniuerſaliter pro quolibet proprio applicato rei alicuius generis accidētis, & accipiēdo accidēs pro uno ſignificato, illa propoſitio poteſt concedi. Vltimo declarat, quænam prædicatio eſt illa, & ait, quod eſt denominatiua reductiuè, quod vniuerſaliter eſt verum quando ſubiectum prædicatur de accidente, vt cum dicimus, album eſſe hominem.

Accidēs q̄ æquiuocum. Dicit ergo Doctor. Quod accidens, vt eſt nomen primæ intentionis [vbi nota diſtinctionem de accidente poſitam in præcedenti quæſtione, & infra quæſt. 34.] eſt æquiuocum ad nouem genera. Et hic Doctor aut loquitur communiter, & famoſè, aut loquitur de æquiuocatione logica: vnde ſicut ens, ita & accidens eſt æquiuocum ad diuerſa genera, ſeu prædicamenta.

Ibi. In hac enim, &cæ. Suppoſita æquiuocatione accidentis realis, declarat quomodo, & quare iſta propoſitio eſt falſa, omne proprium eſt accidens, & hoc accipiendo proprium, ſecundè intentionaliter, & accidens primę intentionaliter. Et ait. In hac. n. [propoſitione] omne proprium eſt accidens, tantum poteſt accipi [prædicatum, ſcilicet ly accidens] pro accidente vnius generis [ideſt vnius prædicamenti] & nullum iſtorum (accidentium realium) vniuerſaliter ineſt proprio. Ideſt non prædicatur de proprio cum ſigno vniuerſali, dicendo omne proprium eſt accidens.

propriū ē accn̄s quare n̄ eſt uera.

Ibi. Quia proprium, &cæt. Reddit rationem huius. Et ait. Quia proprium cum ſit uniuocum [logicè] ad proprium in hoc genere, & in illo [ideſt ad hoc proprium applicatum huic accidenti, exiſtente in hoc prædicamento, & ad illud proprium applicatum illi accidenti, exiſtenti in illo prædicamento, nam proprium prædicatur uniuocè de hoc, & de illo proprio. Vnde non vult hic habere Doctor, quod proprium ſit uniuocum ad hoc, & ad illud proprium fundamentaliter ſumptum, quia nulla intentio eſt vniuoca logicè alicui enti reali, pro omnibus diſtribuitur. Et accidens, [quod eſt prædicatum illius propoſitionis] ſtat tantum pro accidente vnius generis [ideſt unius prædicamenti] ſignificatur ergo [in illa propoſitione] quod omne proprium cuiuſcumque generis [ideſt applicatum cuicumque accidenti, cuiuſcumque prædicamenti] ſit accidens, accipiendo accidens pro uno ſignificato.

Quod poſtea eſt falſum, non enim eſt verum, quod omne proprium ſit diſgregatiuum uiſus. Et nota, quod Doctor ſemper in hac reſponſione loquitur de accidente egrediente a principiis ſpeciei. Quod ſi obiicias, quia accidens, ſicut & quodlibet æquiuocum, æquiualet aggregato ex omnibus ſuis ſignificatis, ergo non uidetur verum, quod infertur a Doctore, ſ. quod in illa propoſitione [omne proprium eſt accidens] ſignificetur omne proprium cuiuſcumque generis eſſe accidens, accipiendo accidens tantum pro uno ſignificato. Dicendum falſum eſſe, quod æquiuocum æquiualeat aggregato ex omnibus ſuis ſignificatis, vt docet Tataretus primo Elenc. quæſtione prima, articulo ſecundo, dubio primo.

obiectio nis dilutio.

Aequocū non æquiualet aggregato ex ſuis ſignificatis.

Ibi. Tamen hæc eſt, &cæ. Declarat quomodo illa propoſitio eſt vera. Et ait. Tamen hæc eſt vera, omne proprium in hoc genere (puta in prædicamento qualitatis, ſeu applicatum ei, quod eſt in prædicamento qualitatis. Vnde ly in ſumitur hic, ut dicit habitudinem, non ſuperioris ad inferius, quia proprium, ut eſt ſecunda intentio, non eſt ſuperius ad hoc, uel illud ens reale, ſed formæ ad ſubiectum in quo eſt) eſt accidens, accipiendo prædicatum (ſcilicet ly accidens) pro uno ſignificato. Exemplum eſt dicendo proprium albedinis eſt eſſe diſgregatiuum uiſus.

Ibi. Et eſt hæc, &cæt. Dupliciter declarat qualis eſt iſta prædicatio proprium eſt accidens.

Secunda declaratio ponitur ibi. Vel poteſt dici, &cæt. Dicit igitur primo, quod eſt denominatiua, non equidem formaliter, & propriè, quia denominatiua formalis non conuertitur in aliam denominatiuam formaliter, ſed materialiter, & reductiuè, ſicut vniuerſaliter contingit quando ſubiectum prædicatur de accidente.

Quæ p̄dicō eſt ſubiecti de accidente.

Reducitur autem talis prædicatio ad de-

nominatiuam per conuerſionem per accidens, ſequitur enim omne proprium eſt accidens, ergo aliquod accidens eſt proprium.

Ibi. Quia proprium, &cæt. Reddit rationem quare iſta eſt denominatiua reductiuè. Et vult dicere, quod ideò iſta propoſitio dicitur denominatiua reductiuè, quia reducitur ad iſtam, aliquod accidens eſt proprium, quæ ueiè, & formaliter eſt denominatiua, quia in illa prædicatur accidens intentionale de illo cui applicatur.

Dicit ergo Doctor. Quia proprium, vt eſt intentio, eſt accidens intentionale, applicabili ei, (id eſt accidenti) quod prædicatur de ipſo (in illa propoſitione omne proprium eſt accidens) pro aliquo inferiori. Vult dicere, quod proprium non applicatur uniuerſaliter cuilibet accidenti, quia non applicatur albedini, nam albedo non eſt proprium, ſed applicatur accidenti ſumpto pro aliquo inferiori, id eſt pro aliquo accidente determinato, puta pro diſgregatiuo, vel congregatiuo viſus. Vnde hic accipitur inferius pro minus communi.

Propria paſſio ĩ quo p̄dicamẽto reponiẽ. Notandum, quod ex loco manifeſte colligimus propriam paſſionem accidentium eſſe reductiuè in eodem prædicamento, in quo eſt eius ſubiectum, & hoc idem videtur dicendum eſſe de proprio ſubſtantiæ. Et ratio, quam reddit Tartaretus in prima quæſtione, ante prædicament. articulo ſecundo, dubio tertio, eſt, quia ad hoc, quod aliqua reponantur in diuerſis prædicamentis, non ſufficit diſtinctio formalis, qualis eſt inter ſubiectum, & paſſionem, ſed requiritur diſtinctio realis, cum decem prædicamenta a ſe inuicem realiter diſtinguantur.

De hoc tamen alibi erit ſermo. Ex his patet falſum eſſe, quod omnes paſſiones ſint in ſecunda ſpecie qualitatis. Patet etiam quod ne dum dicere poſſumus proprium eſſe proprium ſubſtantiæ, vel accidentis, ſed etiam dicere poſſumus, proprium aliquo modo eſſe ſubſtantiam, vel accidens, ex quo ſequitur, illam propoſitionem aſſumptam in obiiciendo (quæ erat, quod nullum proprium eſt ſubſtantia) eſſe falſam, quia eius contradictoria eſt vera, ſcilicet aliquod proprium eſt ſubſtantia.

Ad formam argumẽti. Per hæc ad formam argumenti neganda eſt conſequentia propter æquiuocationem accidentis, non enim ſimpliciter inferendum eſt, ergo omne proprium eſt accidens, ſed debet inferri, ergo omne proprium in hoc genere eſt accidens, accipiendo accidens pro uno ſignificato.

Et cum probatur conſequens eſſe falſum. Dicendum, quod accidens reale particulariter ſumptum prædicatur concretiuè, ſeu denominatiuè de proprio ſibi inexiſtente, & hoc non formaliter, & proprie, ſed materialiter, & reductiuè, vt dictum fuit ſupra.

Ibi. Vel poteſt dici, &cætera. Vt uerum fatear, hæc mihi non uidetur alia reſponſio ad illam obiectionem. Sed potius eſt alia reſponſio ad eandem probationem falſitatis conſequentis. Vnde poteſt poni pars prioris reſponſionis.

Et propter hoc Doctor infra nominat priorem reſponſionem, ultimam reſponſionem, quod non eſſet faciendum [ſtante litera, ut iacet ordinata] ſi hæc eſſet alia reſponſio. Niſi forte exponas Doctorem vt infra ſtatim dicam. Dicit ergo Doctor, quod prædicatio accidentis realis (ſumpti pro uno ſignificato) de proprio ſibi applicato, nec eſt uniuoca, nec denominatiua, nec æquiuoca, & hoc ſiue accidens ſumatur in abſtracto ſiue in concreto, ſed erit per accidens.

Qualis p̄dicõ ẽ acciden tis de ſubiecto. Quod ſi dicas philoſophum diuidere prædicationem in ante prædicamentis, in denominatiuam, uniuocam, & æquiuocam, igitur talis prædicatio erit aliqua iſtarum, non æquiuoca, nos uniuoca, ut patet, ergo denominatiua. Dicendum eſt Philoſophum ibi diuidere prædicationem, ſecundum ſe, id eſt propriam naturalem formalem, & directam.

Quæ p̄dicõ diuidiẽ in añ p̄dicamẽtis. Quæ eſt, quando ſubiicitur, quod natum eſt ſubiici, & prædicatur, quod natum eſt prædicari. Non autem diuidit prædicationem non naturalem, ſeu materialem, & indirectam, quæ potius (vt quibuſdam placet) debet vocari ſubiectatio, quam prædicatio.

Modo quando concretum ſubiicitur re-

ſpectu ſui ſubiecti,ut dicenpo,album eſt homo,non ſubiicitur, quod natum eſt ſubiici, nec prædicatur, quod natum eſt prædicari,ideo talis prædicatio erit non æquiuoca,nec uniuoca,nec denominatiua, ſed per accidens, & indirecta. Quod alibi quoque declaratum fuit.

Ibi. Contra hoc,&cæ.Dictum fuit iſtam propoſitionem non eſſe uniuerſaliter concedendam,omne proprium eſt accidens,& hoc propter accidentis æquiuocationem: particulariter autem poteſt concedi, ſed tunc nec erit uniuoca, nec denominatiua, ſed uel erit denominatiua reductiuè, vel

Contra. erit per accidens. Contra obiicit Doctor ſimul oſtendendo illam eſſe uniuerſaliter veram,ac eſſe vniuocam. Et hoc eſt,quod Doctor intendit habere cum ait.

Contra hoc. Vnde punctus non debet poni ante ly hoc, ſed poſt ly hoc. Obiicit ergo, nam accidens diuiditur in intentionale, & reale, & accidens intentionale prædicatur de iſtis quinque per ſe, ergo prædicatur de iſtis uniuerſaliter, & vniuocè. Quod enim prædicatur per ſe, prędicatur uniuerſaliter,& uniuocè,ut patet,ex primo poſteriorum. Vel dicas, quod Doctor hic intendit oſtendere proprium eſſe accidens, ut accidens eſt quintum uniuerſale,nam cum accidens intentionale ſit quintum uniuerſale, & accidens intentionale prædicetur per ſe de quinque uniuerſalibus.ergo proprium erit per ſe accidens, quod eſt quintum uniuerſale.

Rñſio. Reſpondet diſtinguendo de accidente reali, & intentionali: intentionale etiam quandoque ſumitur pro accidente, quod eſt quintum uniuerſale, & quandoq; prout idem eſt,quod prædicatum, non prædicans eſſentiam. Si ſit ſermo de accidente reali, patet ex dictis, quod illa prædicatio non eſt per ſe,ſed per accidens,& hoc ſumpto proprio particulariter, ideſt pro eo, quod applicatur uni prædicamento, & accidens in uno ſenſu æquiuocationis. Si autem ſit ſermo de accidente, ut eſt quintum uniuerſale ſic,hęc eſt uniuerſaliter falſa,proprium eſt accidens, quia nec eſt vniuoca,nec propriè, nec reductiuè denominatiua,nec eſt per accidens. Si autem ſit ſermo de accidente ſumpto ultimo modo, ſic hæc eſt uniuerſaliter vera omnè proprium eſt accidens.

Notandū Notanda ſunt duo. Primo,quod illa litera,vt dictum eſt in &cæt.poteſt conſtrui, ſeu coniungi, ſeu referri ad illa verba præcedentia. Niſi prædicatione per accidens in vno ſenſu æquiuocationis,vel poteſt referri ad illa uerba. Et hoc ſumpto proprio particulariter. Si ſumantur primo modo, patet, quod reſponſio poſita ibi. Vel poteſt dici,&cæ.vocatur hic a Doctore ultima reſponſio,& ita erit alia reſponſio a priori. Si autem ſumantur ſecundo modo, patet quod illa non eſt alia reſponſio a priori,niſi mutetur ordo literæ,uocat enim Doctor priorem ultimam reſponſionem.

Notādū Secundo notandum Doctorem hic æquuocare de ly uniuerſaliter. Vnde quando dicit. Eſt autem vniuerſaliter, &cætera. Vult dicere hanc propoſitionem, (ſcilicet proprium eſt accidens) eſſe ueram cum ſigno uniuerſali,dicendo ſcilicet,omne proprium eſt accidens. Quando uero parum infra dicit.

Sed uniuerſaliter falſa,&cæ.Non vult dicere hanc (proprium eſt accidens) eſſe falſam cum ſigno uniuerſali, quaſi poſtea ſit uera cum ſigno particulari. Sed vult dicere quod eſt uniuerſaliter falſa quantum, ſcilicet ad omnem prædicationem, ut expoſui ſupra.

4.Argm princip. Quarto principaliter arguit oſtendendo omne accidens eſſe proprium. Nam quicquid definitur per ſubiectum eſt proprium & poteſt demonſtrari de ſubiecto, ſed omnę accidens definitur per ſubiectum, ergo omne accidens eſt proprium,& poteſt de ſubiecto demonſtrari.

Maior patet ex 7.met.tex Com.4.& 17. & 19. Minor probatur, quicquid prædicatur per ſe ſecundo modo eſt proprium, & poteſt de ſubiecto demōſtrari, ſed quod definitur per ſubiectum prędicatur per ſe ſecundo modo, eſt enim ſecundus modus, quando in ratione prędicati ponitur ſubiectum,ut dicitur j.poſter.ergo quicquid definitur per ſubiectum eſt proprium, & eſt demonſtrabile de ſubiecto.

Reſp.ad 4.princ. Quorundam reſponſio eſt, minorem eſſe ueram de accidente copulato determinante ſibi ſubiectum, tale enim definitur per

ſubie-

ſubiectum. Quod poſtea non eſt uerum de quolibet accidente indifferenter abſolutè ſumpto.

Contra hanc reſponſionem dupliciter inſtat, oſtendendo ne dum accidens copulatum, ſed etiam alia accidentia definienda eſſe per ſubiectum. Ideo aliter reſpondet concedendo omne accidens reale definiri per ſubiectum, & ratio eſt, quia quodlibet tale accidens eſt ens per ſubiectum. Non tamen ex hoc ſequitur, ergo omne accidens prædicatur de ſubiecto per ſe ſecundo modo.

Accñs đ finitur p ſubm.

Quia ad hoc, vt aliquod prædicatum prædicetur de aliquo ſubiecto per ſe ſecundo modo, non ſufficit quod ſubiectũ ponatur in eius definitione: ſed etiam requiritur quod tale prædicatum egrediatur a principiis intrinſecis, ac ſpecificis illius ſubiecti, & quod propoſitio in qua prędicatur, ſit vniuerſaliter vera.

Ad ſm modum dicẽdi p ſe ñ ſufficit ſubiectum poni in defõne pdicati.

Quod autem ad hoc vt prædicatum per ſe ſecundo modo de ſubiecto, non ſufficiat ſubiectum poni in eius definitione patet, nam ad hoc, vt aliquid per ſubiectum definiatur, ſufficit ſolitaria inhæſio, ſeu quod tale accidens non poſſit reperiri, niſi in illo tali ſubiecto, quod poſtea non ſufficit ad prędicationẽ ſecundi modi.

Notandum Doctorem ideo dixiſſe ſufficit, quia hæc non eſt cauſa per ſe, & præciſa. Vide quę diximus ſupra quæſtione decima quinta. Alia argumenta, ac eorum reſponſiones non indigent expoſitione.

* * *

QVÆSTO XXXIII.

Vniuerſalium

Vtrum proprium neceſſario ſemper inſit?

HAec quęſtio quãtum ad ordinem, & quãtum ad multa alia, patet ex his, quæ diximus ĩ quæſtione prçcedẽti. Duo ſunt termini declarandi, quorum primus eſt neceſſarium, de quo multa diximus in ſuperioribus, & præcipuè. quæſt. 18. Hic accipitur pro neceſſario ſimpliciter. Secundus eſt ſemper, quod eſt aduerbium temporis. Et poteſt accipi dupliciter ſecundum Diuum Auguſtinum in pſalm 118. concione 11. & 13. Nam aliquando intelligitur, ſeu interpretatur vt idem quod quandiu hic viuitur. Aliquando verò vt idem eſt quod æternum. De quo dicit Philoſophus, quinto Topi. cap. primo. Quod ſemper dicitur, quod ſecundum omne tempus verum eſt, & nunquam relinquit ſuum ſubiectum. Vnde ſemper eſt diſtributiuum temporale, & affirmatiuum vniuerſale, vt ait Mauritius.

Sp quo tuplic.

Sp quid

Ad quæſtionem reſpondet tenẽdo proprium ſemper ineſſe, quod verum eſt de proprio ſecunde intentionaliter, vt ſupponit pro propria paſſione. Et hoc probat Doctor, quia eius cauſa totalis, neceſſaria, & immediata [ſcilicet forma ſpecifica] ſemper ineſt. Quæ omnia patent ex his, quæ diximus in prçcedenti quæſtione.

Corpus quæſt.

Tribus rationibus arguit ad negatiuã. Primo ſic. Illud nõ ſemper ineſt ſubiecto, ſine quo ſubiectum eſſe poteſt, ſed ſubiectum proprii poteſt eſſe ſine proprio, ergo proprium non ſemper ineſt.

Argũ. t. princip.

Minor

Minor probatur, homo enim poteſt eſſe ſine riſibilitate, quia riſibile non ſemper ineſt homini, cum homo non ſemper rideat.

Reſpon. Reſpondet negando minorem. Ad cuius probationem reſpondent quidam, & diſtinguunt de inhærentia aptitudinali, & actuali. Dicuntque riſibile ſemper ineſſe ſecundum inhærentiam aptitudinalem, non autem ſecundum actualem. Vnde iſta reſponſio non diſtinguit de riſibili ſecundum aptitudinem, & actum, ſed diſtinguit de inhærentia riſibilis. Et ideo impugnatur a Doctore ſic.

Contra. Cauſa in actu ſimul eſt cum ſuo effectu in actu 2 phyſi tex. Commen. 37 & quinto metaph tex Commen. 3. Sed cauſa riſibilitatis, quæ eſt forma hominis, ſemper actu ineſt homini, ergo, & riſibilitas ſemper actu ineſt, falſum eſt ergo riſibilitatem ſemper ineſſe homini ſecundum inhærentiam aptitudinalem, & non ſecundum actualem, imo ſemper actualiter ineſt homini riſibilitas.

Reſp. ad 1. princ. Aliter ergo reſpondet doctor ad probationem minoris, negādo quod riſibile poſſit non ineſſe homini ſecundum actualem inhæſionem, ſemper enim actu ſibi ineſt; licet ridere non ſemper actu inſit. Et ratio eſt, quia ridere non eſt proprium, ſed eſt accidens commune hominis.

obiectiones contra ca. q. d. ā. ſūt. Contra iſta poſſet quis dubitare, nam ꝙ actu inhæret alicui realiter diſtinguitur ab ipſo, igitur ſi riſibile actu ineſt homini, realiter diſtinguitur ab homine.

Item videtur riſibile non ineſſe actu homini, quia quod non eſt ens in actu, non poteſt inhærere actu, quia actu inhærere præſupponit actu eſſe, ſed riſibile non habet rationem entis in actu, igitur nec actu inhæret. Minor probatur per Scotum 2. q. quod ibi impugnando primam rationē D. Thomæ dicit quod aptitudo non habet rationem entis in actu, cuius ratio eſt, quia poteſt eſſe ad terminum non exiſtentem, ꝙ autem exigit neceſſario aliquid non exiſtēs non eſt exiſtens in actu.

Inhærere qñ arguit diſti. realē. Ad primum reſpondeo concedendo maiorem de inhærere propè ſumpto, tale enim arguit diſtinctionem realem; quod poſtea non eſt verum de inhærere impropriè ſumpto, quod verius appellatur ineſſe, vel conuenire: modo riſibile, & vniuerſaliter propria paſſio dicitur ineſſe, & conuenire ſubiecto, & non dicitur proprie inhærere.

Ad ſecundum poſſumus diuerſimodè reſpondere. Primo poſſumus negare maiorem, ſicut enim non ens poteſt dici de ente, quia negatio extra genus æqualiter dicitur de ente, & de non ente, ut ait doctor. 1. diſtinct. 23. & 28. quæſt. 1. ita non videtur inconueniens concedere, non ens actu inhærere, ſeu ineſſe, ſeu conuenire actu alicui. Et tunc non videtur verum, quod actu inhærere præſupponat actu eſſe. Imo ſic arguendo, actu ineſt, ergo eſt ens actu, committitur fallacia figuræ dictionis, commutando actualitatem, quæ eſt determinatio inhęrentię, in actualitatem, quæ eſt determinatio inhærentis.

Aliter poſſumus reſpondere negando minorem. Ad cuius probationem dicendū, quod aptitudo poteſt comparari, vel ad fūdamentum, vel ad terminum: in ordine ad fundamentum eſt ens actu, & ſic dicitur actu ineſſe: in ordine vero ad terminū non eſt ens in actu, quia ratione termini non conuenit ei eſſe in actu. Vnde aptitudo in ordine ad fundamētum vocatur reſpectus fundamentalis, & actualis, in ordine autē ad terminum appellatur reſpectus aptitudinalis. Quod ſi obiicias, quia relatio non eſt maioris entitatis termino, ſecundum Doctorem, 1. diſtinct. octaua, quæſ. 4. & in quol. quæſt. 13. ergo aptitudo nullo modo poteſt dici ens in actu, cum terminus eius non ſit ens in actu. Dico illud dictum Doctoris eſſe verum de relatione cōparata ad terminum, non autem eſt verum de relatione in ſe conſiderata, vel comparata ad fundamentum. Vel dicamus dictum Doctoris eſſe verum de relatione actuali, & formali, ac realiter diſtincta a fundamēto, non autem ſemper eſt verum de relatione realiter identificata fundamento, quia talis ratione fundamenti poteſt quandoq. dici perfectior termino. Vel tertio dicamus illud dictum doctoris eſſe verum de relatione, quæ dependet a termino: modo licet reſpectus fundamentalis, & aptitudinalis requirat terminum, non in actu, nec in potentia, ſed in aptitudine, non tamen dependet a termino, ſed ab eodem a quo producitur eius fundamentum, vt docet Fran. de Mayr. 1. diſt 30. q. 3. & 4.

Relō an ſit maioris entitatis termino.

Aliter

Aliter etiam poſſumus reſpondere ad eandem probationem minoris, exponendo hoc modo illud dictum doctoris, quæſt. 2. quol. aptitudo non eſt ratio entis in actu: id eſt non eſt ratio præſupponens fundamentum, vel terminum in actu. Vel ſic nō eſt ratio entis in actu, id eſt non eſt ratio ꝑ quam aliquid ſit actu ſingulare: unde ibi loquitur Doctor de actu ſubſiſtendi, ſeu de actu quo aliquid eſt ſingulare, & ideo ibidem concludendo habet hæc verba Ergo aptitudo non eſt ratio formalis ſinę ſingularitatis. Et in illa tertia ratione poſita ante illam confirmationem concludit ſic, ergo prima diſtinctio non eſt per aptitudinem, nec prima ſingularitas huius, & illius

Aptitudo quō nō eſt rō entis in actu.

Ibi Nec ineſt homini, &c. Reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. Poſſet enim quis dicere, riſibilitas eſt aptitudo, ergo tantum aptitudinaliter ineſt homini. Reſpondet negando conſequentiam, nam illa aptitudo eſt in riſibilitate, & non in eius inhęrentia. Dicit ergo doctor. Nec [riſibile] ineſt homini tantum aptitudinaliter; imo ineſt homini actualiter, & non aptitudinaliter. Cuius ratio eſt, quia illa aptitudo non eſt in inhęrentia riſibilis ad actum [id eſt non denominat ipſum riſibile quantum ad eius inhærentiam] ſed eſt ex parte ipſius ꝓprii in ſe, id eſt denominat ipſum propriū in ſe, ita quod riſibile dicitur aptitudo ad ridere.

Qūo riſibilitas ī eſt hoī.

Poteſt per oppoſitum declarari exemplo quantitatis exiſtentis in ſacramento altaris, quę dicitur aptitudinaliter inhęrere ſubſtantiæ, non quia aptitudo ſit ex parte quantitatis in ſe, id eſt non quia talis quantitas ſit in ſe aptitudo, non enim eſt quantitas aptitudinaliter [ſicut eſt quantitas exiſtens in eſſe obiectiuo] ſed actualiter. Sed quia aptitudo dicitur eſſe in inhęrentia quantitatis: nam talis aptitudo denominat aut inhærentiam quantitatis, ſic quod dicitur inhęrentia aptitudinalis, aut denominat quantitatem quantum ad eius inhærentiam, ſic quod dicitur aptitudinaliter inhærere. Vnde ſicut aptitudo poteſt determinare, ſeu denominare quantitatem, vel eius inhærentiam: ita quoque dicendum eſt in propoſito noſtro de proprio, & de eius inhærentia, aptitudo enim denominat proprium in ſe, & non eius inhærentiam. Ex quo ſequitur nullum inconueniens eſſe, ridere aptitudinaliter ſemper ineſſe actu homini, ſicut nec eſt inconueniens hominem ſemper eſſe riſibilem actu.

Hic ſunt tres difficultates enucleandæ. Prima eſt utrum in riſibilitate fundetur aptitudo ad actum ridendi. Secunda vtrum ī inhęrentia riſibilitatis poſſit fundari aptitudo, ita vt dici queat inhęrentia aptitudinalis. Tertia vtrum cum ſubiectum ſit prius propria paſſione in illo priori fundetur aptitudo in ſubiecto ad propriam paſſionem, ratione cuius ſubiectum dicatur eſſe aptū natum recipere propriam paſſionem.

In riſibilitate an fundetẽ aptitudo ad actum ridendi.

Ad primam dicit Io. Anglicus quod in riſibili eſt aptitudo ad ridere. Quod tamen non credo eſſe verum, quia ſicut paternitas non mediante alia relatione, ſed ſe ipſa eſt relatio ad filium: ita riſibile, ſeu riſibilitas ſe ipſa eſt aptitudo ad actum ridendi: & non mediante alia aptitudine ſibi inexiſtente: eſt igitur riſibilitas formaliter, & propriè ipſamet aptitudo ad actum ridendi: & nō eſt verum quod in riſibili, quod eſt aptitudo ſit alia aptitudo ad ridere.

Error Io. Ang.

Ad ſecundam dico, quod ſi ſit ſermo de inhærentia propriè ſumpta, falſum eſt riſibilitatem inhærere ſubiecto, quia de rigore ſermonis, & propriè loquendo, inhærentia arguit diſtinctionem realem Vnde ꝓpriæ paſſiones potius dicuntur conuenire, vel ineſſe ſubiecto, quam inhærere, vt colligitur de mente Doctoris ex 1. diſtin. 2. & 8. diſtin. 1.

Vtrū in inhęrentia riſibilitatis poſſit fūdari aptitudo.

Si autem ſit ſermo de inhærentia impropriè ſumpta, dico quod cum aptitudo neget actum, & importet non repugnantiā ad actum, riſibilitaſque non poſſit non ineſſe actu homini, quia ei realiter identificatur; ideo riſibilitas non poteſt inhærere, ſeu ineſſe aptitudinaliter homini. Et hoc idem eſt dicendum, dato etiam quod riſibilitas propriè inhæreret, dummodo tamen ipſa ſine ſubiecto exiſtere non poſſet. Si autem quęras an ſit in albedine, ut eſt prior inhęrentia aptitudinali, fundatur aptitudo, ſeu non repugnantia ad aptitudinaliter inhærendum, ita quoque in riſibilitate, vt eſt quoquo modo ꝓ ſuo ineſſe ſubiecto, fundetur aptitudo ad inexiſtendum aptitudinaliter ſubiecto?

Subtile q̄ſitum.

Breuiter

Breuiter dico, quod in albedine non eſt aptitudo ratione cuius ſit formaliter apta nata inhærere aptitudinaliter, vnde albedo vt prior ſua inhærentia aptitudinali, dicitur tantum fundamentaliter, & non formaliter inhærere aptitudinaliter; ita quoq. in riſibilitate vt prior ſuo ineſſe ſubiecto, non fundatur aptitudo ad ipſum ineſſe, ratione cuius ipſa riſibilitas dicatur formaliter apta nata ineſſe ſubiecto, quia aliter eſſet procedere in infinitum in ipſis aptitudinibus, ſed riſibilitas vt prior ſuo ineſſe dicitur fundamentaliter ineſſe, vnde riſibilitas fundamentaliter ſe ipſa, & formaliter pro ineſſe, ineſt. Niſi dicas, nec riſibilitatē, nec alium reſpectum fundamētalem prius eſſe, quam inſit fundamento.

hō vt prior riſibilitate an ſit aptus recipere riſibilitatē

Ad tertiam difficultatem dico, quod homo, vt prior riſibilitate, non dicitur formaliter aptus natus recipere riſibilitatem, qa formalis aptitudo tantum debet poni in ſubiecto reſpectu illius quod realiter diſtinguitur ab ipſo. Quod ſi dicas, ſi homo vt prior riſibilitate non eſt aptus natus recipere riſibilitatem, ergo riſibilitas repugnat ſibi.

Dico conſequentiam nullam eſſe, quia licet non formaliter, tamen fundamentaliter eſt aptus natus in illo priori recipere riſibilitatem, vnde in homine non ponitur aliqua formalis aptitudo reſpectu riſibilitatis, ſed ſi ponitur aliqua, illa erit tantum fundamentalis.

2. Argūm princip.

Secundo principaliter arguit ſic. Nullū proprium ſemper ineſt ei, quod ſine ipſo eſſe poteſt, ſed ſaltem ſubſtantia poteſt eſſe ſine proprio, ergo ſaltem ſubſtantiæ proprium non ſemper ineſt. Maior patet, quia oppoſitum prędicati infert oppoſitum ſuſubiecti. Minor probatur, quia quod præcedit tempore aliquid poteſt eſſe ſine illo, illud enim dicitur prius tempore alio, qđ eſt in aliquo tempore in quo nō eſt aliud: ſicut clarum eſt ex poſtprædicamentis, & ex quinto met. cap. de priori, ſed ſubſtantia præcedit tempore proprium, ergo poteſt eſſe ſine proprio. Hęc minor probatur, ſubſtantia enim pręcedit tempore omne accidens, vt dicitur ſeptimo metaphyſic. text. Commento quarto, ergo & proprium.

Conſequentia probatur, nam proprium eſt accidens, eo modō, quo ibi Ariſt. loquitur de accidente; loquitur enim ibi Philoſophus de accidente ſumpto pro omni eo quod eſt poſterius cognitione definitione, & natura, ipſa ſubſtantia, tale autem eſt proprium, vt patet ex prim. Poſter. & ex his, quę ſupra diximus.

Reſpondendum eſt negando minorem, ac eiuſdem probationis minorem. Ad cuius probationem dicit, illam propoſitionē Ariſt. [ſubſtantia eſt prior tempore accidente] intelligendam eſſe per ſe. Subſtantia n. ſecundum ſe dicitur prior tempore accidēte, quia ibi, quantum eſt ex ratione ſua, nō repugnat tempore omne accidens, & exiſtere ſine accidente, cum ſubſtantia ſecundum ſe non dependeat ab aliquo accidente, non enim dependet ab ipſo in genere cauſæ materialis, vel formalis, quia nullum accidens includitur in ratione ſubſtātiæ. Nec in genere cauſę efficientis, vel finalis, vt concludi poteſt ex illa auctoritate Philoſo. ſupra allegata, quia cum cauſa ſit prior ſaltem natura cauſato, & quodlibet accidens ſit poſterius natura ipſa ſubſtantia, ſequitur nullum accidens eſſe cauſam ſubſtantiæ.

Reſp. ad 2. princ.

Subſtantia quō prior tēpore accidente.

Ibi. Eſt tamen per accidens, &c. Declarat quomodo illa propoſitio eſt falſa. Dicitque quod eſt falſa per accidens, quia ratione alicuius alterius poteſt eſſe, quod ſubſtantia nequeat eſſe in aliquo tempore, in quo ſibi accidens non inſit.

Illud autem aliud poteſt eſſe, vel ꝓpter identitatem realem, vel propter conſecutionem neceſſariam, vel propter aliquid aliud huiuſmodi. Vnde Fran. de Mayr. 1. diſt. 14. q. 1. dicit quod ſubſtantiæ ex ratione ſua formali, non repugnat eſſe ſine paſſione, ſed cauſa totalis huius impugnantiæ eſt identitas realis ſubiecti, & paſſionis.

Ibi. Nec eſt inconueniens, &c. Remouet quandam obiectionem. Poſſet enim quis dicere, nullam propoſitionem poſſe eſſe ueram per ſe, & falſam per accidens, quia quod eſt per ſe tale, ſemper eſt tale. Dicendum quod propoſitio per ſe uera, ut per ſe uera, ſemper eſt vera, & ideo cum iſta ſit uera per ſe, ſubſtantia ſecundum ſe eſt prior tempore accidente, ſemper erit vera.

Cum hoc tamen ſtat eandem propoſitionem

tionem ſumptam abſolutè [ſcilicet ſine ly ſecundum ſe] poſſe eſſe impoſſibilem per accidens.

Quod autem non ſit inconueniens aliquam propoſitionem eſſe veram per ſe, & impoſſibilem per accidens, oſtendit Doctor ex hoc, nam Philoſophus vtitur ſępius huiuſmodi propoſitionibus. Vnde ſexto phyſi.tex.Commento decimoquinto, dicit, quod in omni motu contingit accipere motum velociorem. Quod [ait doctor] verum eſt reſpiciendo ad motum ſecundum eius rationem generalem, ſicut ibi [ſcilicet ſexto, imo etiam quinto phyſic.] loquitur Ariſt. de motu. Quæ equidem ratio generalis eſt inquantum eſt motus, agit enim Philoſophus 5. & ſexto phyſi. de motu inquantum eſt motus, & non de motu inquãtum eſt talis, vel talis mobilis, ſeu inquantum eſt a tali, vel tali motore. Et hæc eſt expreſſa ſententia Auerr. quinto phyſic Comm. 45. vbi habet hæc verba. Et ſermo in hoc loco eſt de motu, non ſecundum quod eſt motus alicuius corporis. Vel poſſumus dicere, quod illa ratio generalis eſt ſucceſſio, ac diuiſibilitas motus, quę vocatur generalis, quia conuenit cuilibet motui, appellatur autem ratio, quia eſt ratio quare in omni motu contingit accipere motum velociorem. Vnde Commen. ſexto phyſi. Commen. 15. Et cauſa eſt in hoc, quoniam motus eſt de continuo, & velocitas in motu eſt ſimilis diuiſibilitati in continuo.

Motus quõ determinatę uelocitatis & tarditatis.

Ibi. Sed in octauo eiuſdem, &cætera. Declarat quomodo eadem propoſitio eſt impoſſibilis per accidens. Et ait quod in octauo phyſico. dicitur, quod omnis motus eſt determinatæ velocitatis. Quod [ait Doctor] eſt verum comparando motum ad determinata mouentia, & mobilia.

Vnde regularitatem, ſeu diuerſitatem motus neceſſe eſt fieri, [vt dicit Philoſophus, ſecundo cœli, tex. Commento trigeſimo ſexto] aut propter ipſum monens, aut aut propter id quod mouetur, aut propter ambo. Et Commen. ait. Quod velocitas, & tarditas non ſunt, niſi ſecundum proportionem potentiæ motoris ad potentiam moti. Et quarto metaph. text. Commento ſeptuageſimo primo. Philoſophus declarat velocitatem, & tarditatem in corporibus mobilibus eſſe, aut propter diuerſitatem medii in ſpiſſitudine, & tenuitate, aut propter diuerſitatem corporum in grauitate, & leuitate.

Propter hoc idem dicitur, ſecundo cœli, tex. Commento vigeſimoſeptimo, & 10. metaph. text. 3. & quarto, motum cęli eſſe velociſſimum omnium motuum Et ſecundo cęli, text. 38. oſtendit quod motus cæli non poteſt remitti in infinitum.

Notandum quod Commen. 6. phyſi. ubi ſupra dicit. Illam propoſitionem [omne motum poſſe moueri motu velociori] eſſe poſſibilem per ſe [ideſt loquendo de motu, & de moto ſecundum ſe, ſeu ſecundum illud, quod eſt formale in motu] & impoſſibilem per accidens, ideſt ratione ſubiecti, ſeu mobilis, vel ratione mouentis, vel ratione ſpacii. Oẽ motũ pt uelocius moueri.

Notandum ſecundũ, quod quidam dicunt, illam propoſitionem intelligendam eſſe ſecundum imaginationem, & non realiter, ſeu ſecundum naturam. Vnde licet primum mobile realiter, & ſecundum naturam nequeat uelocius moueri, tamen poſſumus imaginari ipſum velocius moueri.

Ibi. Similiter quarto phyſico. & cętera. Ponit aliud exemplum ex quarto phyſic. tex. Commento 72. & 73. vbi Philoſophus oſtendit demonſtratione per impoſſibile, ſeu procedente per impoſſibile, quod poſito uacuo, motus corporum ſimplicium grauium, & leuium fieret in non tempore. Sumit autem Philoſophus ibi iſtam propoſitionem, quod ſcilicet ſit ſpacium uacuũ, quod quocunque corpore repleatur, contingit accipere ſpacium repletum corpore ſubtiliori.

Quod [dicit Doctor] verum eſt ſecundum rationem generalem corporis inquantum replens locum, cuius tamen oppoſitum eſt manifeſtum reſpiciendo determinatas naturas naturalium corporum.

Vnde extra animam non inuenitur corpus ſubtilius igne, ut ibidem dicit Comment. propter quod ſecundo de anima, Commento nonageſimoſeptimo, ait diminutionem ignis eſſe maximam. Notãdum ſecundum Comment. quarto phyſico. ubi ſupra. Quod ſicut linea ſecundum quod linea poteſt diuidi in infinitum, ꝙ poſtea

eſt

Subtilitas quõ diuiſibilis in infinitum

eſt impoſſibile, ſecundum quod eſt linea terreſtris, aut ignea, ita de ſubtilitate, poteſt enim imaginari proceſſus in infinitum ex ſua natura, inquantum ſcilicet eſt ſubtilitas ſimpliciter, quod poſtea non eſt verum de ſubtilitate inquantum eſt corporis mobilis. Ex his ergo omnibus patet eandem propoſitionem poſſe eſſe veram per ſe, & falſam per accidens, & intellige per eam propoſitionem, orationem, quæ poteſt habere diuerſos ſenſus, quorum vnus eſt verus, alius falſus.

Dubitaẽ circa veritatem rñſionis Scoti.

Circa veritatem huius reſponſionis poteſt dubitari, nam doctor, & Ant. Andr. illam impugnat, ſeptimo met. quæſt. 2. Si. n. illa propoſitio [ſubſtantia eſt prior tempore accidente] eſſet vera per ſe, & falſa per accidens, ergo concluſio demonſtrationis non eſſet per ſe neceſſaria, quod eſt contra Philoſophum primo poſter. Conſequẽtia probatur, quia quod eſt prius tempore alio ſibi inexiſtente poteſt eſſe ſine illo, & contingit aliter ſe habere, quam quod illud inſit ſibi, ſed ſecundum illam expoſitionem ſubiectum eſt prius tempore paſſione, igitur ſubiectum poterit eſſe ſine paſſione, cõtinget enim ſubiectum aliter ſe habere, quã quod paſſio inſit ſibi, cum igitur in demonſtratione concludatur paſſio de ſubiecto, concluſio demonſtrationis non erit neceſſaria, quia neceſſarium eſt quod non contingit aliter ſe habere ex quinto meta. tex. Comment. 6.

Confirmatur ratio, quia ſi per accidens ſubiectum eſt ſimul cum paſſione, vnde eſt illius ſimultatis accidentalitas? Aut enim erit ex parte ſubiecti, aut ex parte paſſionis, non ex parte paſſionis, quia illa ſemper ineſt ſubiecto: non ex parte ſubiecti, quoniam eſt cauſa neceſſaria paſſionis, igitur iſta propoſitio, ſubiectum eſt prius tempore paſſione, non erit falſa per accidens, ergo nec propoſitio ex qua iſta ſequitur, erit falſa per accidens, ſcilicet ſubſtantiam eſſe priorem tempore accidente.

Reſpon. Iebi.

Ad hanc rationem primam reſpondet Iebus, ſeptimo met. quæſt. ſecunda, negando conſequentiam, quia (dicit ipſe) aliqua eſt propoſitio neceſſaria per ſe, cuius prædicatum non eſt de conceptu quidditatiuo ſubiecti.

Reſpon. auctoris.

Vel aliter dicamus nos, quod eo modo quo aliquid eſt prius tempore eo, quod ſibi inexiſtit, eodem modo poteſt eſſe ſine tali ſibi inexiſtente, ideo cum ſubiectum quantum eſt ex ſe ſit prius paſſione, poterit etiam quantum eſt ex ſe eſſe ſine paſſione, non tamen ſequitur vlterius, ergo poteſt eſſe ſine paſſione, quia eſt fallacia a ſecundum quid ad ſimpliciter; erit ergo concluſio demonſtrationis neceſſaria, non quantum eſt ex parte ſubiecti ſecundum ſe conſiderati, ſed vel quantum eſt ex parte paſſionis inexiſtentis; vel quantum eſt ex parte ſubiecti, conſiderati vt cauſa neceſſaria paſſionis; de quo ſtatim infra.

Subm̃ quõ priꝰ tpe paſſionis.

Reſpon. Iebi.

Ad confirmationem dicit Iebus illam accidentalitatẽ eſſe ratione vtriuſque, quia illud dicitur hoc modo alteri accidere, qđ non eſt de conceptu quidditatiuo eius.

Reſpon. Auct.

Vel dicamus nos illam ſimultatis accidẽtalitatem eſſe ex parte ſubiecti: vnde non ſequitur ſubiectum eſt cauſa neceſſaria paſſionis, ergo ſubiectum quantum eſt de ſe non poteſt eſſe ſine paſſione, quia paſſio non includitur in ratione quidditatiua ſubiecti, cum ſit poſterior ſubiecto. Hoc poteſt confirmari ex his, quæ habet Doctor, 1. diſtinct. ſecunda. & alibi ſæpe, vult enim quod priori natura non repugnet inquantum tale, prioritas durationis. Confirmatur etiam ex quinto met. cap. de prior; vbi vult Philoſophus, prioritatem naturæ vniuerſaliter includere in priori, poſſe eſſe ſine poſteriori ſine contradictione. Quod declarat Scotus, ſecundo diſtinctione tertia, q. quarta.

3. Argm̃ princip.

Vltimo ad principale arguitur ſic. Quicquid eſt in potentia contradictionis ad aliquid poteſt eſſe ſine illo, & ex conſequenti non eſt neceſſarium illud ſemper ſibi ineſſe, ſed ſubiectum eſt in potentia contradictionis reſpectu proprii, ergo ſubiectum poteſt eſſe ſine proprio, & ex conſequenti non eſt neceſſarium proprium ſemper ineſſe ſubiecto.

Maior patet ex dẽfõne potentiæ contradictionis. Minor probatur, quicquid eſt in potentia paſſiua, eſt in potentia contradictionis, cum potentia paſſiua ſit potentia contradictionis, nono meta. tex. Commen. decimoſeptimo. Sed ſubiectum eſt in potentia paſſiua reſpectu proprii, quia eſt materia eius in qua, ergo ſubiectũ eſt ĩ potẽtia con-

con-

contradictionis reſpectu proprii, & ita poterit eſſe ſub proprio, & poterit non eſſe ſub proprio.

Reſp.ad 3 princ. Eſſe in p·ā paſſiua dupliciter.

Reſpondendum eſt ad hoc argumentum per interemptionem minoris. Ad cuius probationem dicendum, quod aliquid eſſe in potentia paſſiua poteſt intelligi dupliciter. Vno modo cum præciſione, ſic quod ſit tantum in potentia paſſiua. Alio modo ſine præciſione, ita vt ne dum ſit in potentia paſſiua, ſed etiam ſimul in potentia effectiua.

quę poā paſſiuaē poā contradictionis.

Quod eſt in potentia paſſiua primo modo eſt in potentia contradictionis, & hoc vniuerſaliter eſt verum. Quod autem eſt in potentia paſſiua ſecundo modo, non eſt in potentia contradictionis: & hoc maximè loquendo de potentia effectiua naturali. Quod dico propter voluntatem, quæ licet ſit in potentia effectiua actus exiſtentis in ipſa, tamen reſpectu eius dicitur eſſe in potentia contradictionis, quia voluntas eſt cā libera reſpectu ſui actus.

Sub̄m quaṙ nō ē in poā cōtradictionis reſpū ꝓpriæ paſſionis.

Cum igitur ſubiectum reſpectu proprii non ſolum ſit in potentia paſſiua, ſed etiā in potentia naturaliter, ac neceſſario effectiua [quia proprium eſt effectiuè a ſubiecto] ideo ſubiectum non eſt in potentia contradictionis reſpectu proprii. Et hæc eſt rō quare ſubiectum non poteſt eſſe ſine propria paſſione, nec ab ipſa ſeparari. Caueant ergo Thomiſtæ, ponentes ſubiectum eſſe tantum in potentia paſſiua reſpectu propriæ paſſionis.

Notandum quod ſubiectum eſſe inſeparabile a paſſione poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad cauſalitatem. Alio modo quantum ad dependentiam. Primo modo ſubiectum dicitur eſſe inſeparabile a ſua propria paſſione: quia eſt eius cauſa neceſſaria, nam poſita cauſa neceſſario cauſante effectum neceſſitate ſimpliciter, de neceſſitate ponitur effectus, ſubiectū autem eſt talis cauſa reſpectu proprii, ergo, &cæt.

Sub̄m qūo ē ſeparabile a ſua ꝓpria paſſione. poā metaquid.

At ſecundo modo ſubiectum dicitur ſeparabile a ſua propria paſſione, loquendo de ſeparabilitate, quæ eſt quantum ad potētiam logicam, quæ dicit non repugnantiā terminorum, ac etiam loquendo de ſeparabilitate, quæ eſt quo ad potentiam metaphyſicam, quę eſt, quod in conceptu formali ſubiecti vt ſubiectum, non includatur paſſio.

Ratio verò iſtius eſt, quia ſubiectum in illo dependet a propria paſſione. An verò aliquod accidens per accidens poſſit dici inſeparabile a ſubiecto, hac eadem ex cauſa, de hoc in penultima quæſtione erit ſermo.

Ibi. Contra materiæ, &cæ. Obiicit contra reſponſionem, nam materia, & efficiens nō conincidunt per Ariſt. ſecundo phyſi. text. Commento 70. igitur ſubiectum reſpectu proprii non poteſt eſſe ſimul materia, & efficiens.

Reſpondet, dictum Ariſt. eſſe uerum de materia ex qua, & efficiente per tranſmutationem, non autem eſt verum de materia in qua, & efficiente ſine tranſmutatione, cuiuſmodi materia, & efficiens eſt ſubiectū reſpectu paſſionis. Hanc Ariſto. propoſitionem declarauimus ſupra. Vide etiam ad hoc idem Scotum. tertio quæſt. prologi, & primo diſtinct. 3. quęſt. ſecunda, & 2. di. 25. quæſ. vnica.

Ibi. Contra omne efficiens, &cæ. Obiicit oſtendendo dictum Ariſtot. eſſe verum ne dum de materia ex qua, ſed etiam de materia in qua. Nam omne efficiens eſt in actu, reſpectu illius, reſpectu cuius eſt efficiens, ſed nulla materia ex qua, vel in qua eſt in actu reſpectu illius, reſpectu cuius eſt materia, ergo nulla materia eſt efficiens illius cuius eſt materia. Maior patet, nam agens eſt tale in actu, quale eſt paſſum in potentia, vt colligitur ex 3. phy. text. Commen. 17. & ex primo de generatione, text. Commen. 38. Vnde tertio phyſi. ait Commen.

Et illud quod eſt in actu in motore, per ꝙ mouet, eſt illud per quod motor induxit illud, quod eſt in potentia in actum. Et primo de generatione dicit. Cibus autem nō eſt in actu id, ad quod aducnit, verbigratia neque actu eſt os, neque caro, ſed potentia.

Minor probatur, nihil quod eſt in potentia reſpectu alicuius, eſt in actu reſpectu eiuſdem, quia aliter idem eſſet in potentia & in actu reſpectu eiuſdem, quod eſt oppoſitum primi principii metaph. noti per rationem

tionem actus,& potentię, ſed omnis materia, tam ex qua, quam in qua eſt in potentia reſpectu illius, reſpectu cuius eſt materia reſpectiua, ergo nulla materia ex qua, vel in qua eſt in actu reſpectu illius reſpectu cuius eſt materia.

Dupliciter reſpondet. Primo negat minorem. Ad cuius probationem dicit illam propoſitionem primo aſſumptam [ſcilicet nihil quod eſt in potentia reſpectu alicuius, eſt in actu reſpectu eiuſdem] eſſe veram ratione eiuſdem; ratione autem diuerſorum eſt falſa. Vnde idem reſpectu eiuſdem poteſt eſſe in potentia ratione materię,& in actu ratione formæ.

Quō ali quid pt eſſe ſil' i pōa,& i actu.

Nec ex hoc ſequitur oppoſita dici de eodem, quia actus, & potentia non opponuntur cum ſumuntur reſpectu diuerſorum. Vnde inferre, idem eſt in potentia, & in actu ratione diuerſorum, ergo oppoſita dicuntur de eodem, eſt ignorantia Elenchi.

Notandum ad hæc, quod aliquid poteſt eſſe in actu uirtuali, & in potentia formali reſpectu eiuſdem, vt declarat Doctor, 1. diſtin. 3. quæſt. 7. reſpondendo ad argumenta Goffredi.

Pōa duplex.

Ibi. Aliter dicitur, &c. Secundo reſpondet diſtinguendo de potentia. Quædam enim eſt potentia ante actum, quæ opponitur actui: quædam eſt potentia, quæ eſt cum actu,& iſta non opponitur actui, ſed ſimul ſtat cum actu, & iſta potentia ſola eſt in ſubiecto reſpectu paſſionis. Sed quid quæro intelligit doctor per potentiam ante actum,& cum actu? Dicit Mauritius, ꝙ potentia ante actum poteſt dici reſpectiua actualis.

Pōa ante actū, & cum acto qd. Contra Maur.

Potentia verò cum actu poteſt dici abſoluta, uel ſaltem reſpectiua aptitudinalis. Sed hoc non videtur verum, quia potētia reſpectiua actualis conſurgit ex vnione materiæ cum forma, ut ait Canonicus primo phyſico. quæſtio. nona, dubio quinto, ſed talis potentia non eſt ante actum, ut patet.

Pōa actus aliis qd. Maurit. defēdit.

Niſi fortè dicas Mauritium pēr potētiam actualem, intelligere ordinem prioritatis ipſius priuationis ad formam ı; ſicut etiam accipitur a Tartareto primo phyſicorum, prope finem.

Vel aliter dicamus doctorē per potentiā ante actum intelligere potentiam obiectiuam, præcedentem actum entitatiuum, quę ſimul cum actu diuidit ipſum ens, vt alibi declaratum eſt ex intentione Ariſtot.

Taliſque potentia opponitur actui, ita vt nihil idem poſſit ſimul eſſe in actu, & in potentia, quia actus, & potentia iſto modo nulli eidem conueniunt, nec formaliter, nec denominatiuè, ut declarat Doctor, ſecundo, diſtinctione ſecunda, quæſtione decima, reſpondendo ad primum principale, ac alibi ſæpe. Per potentiam verò cum actu intelligit potentiam paſſiuam, quæ ſtat cum actu formali, ut ſatis clarum eſt.

Vel intelligit potentiam, quę eſt principium operationis, quæ ſimul eſt cum actu producto. Cauſa enim in actu & effectus in actu ſimul ſunt, ſecundo phyſicor. tex. Commento trigeſimooctauo,& quinto metaphyſic. Commento tertio.

Nec potentia hoc modo ſumpta diſtinguitur contra actum, vt ait Diuus Thomas, prima parte, quęſtione vigeſimaquinta, articulo primo,& ibi loquitur, nō de actu producto, ſed de actu formali. Quod autem potentia quandoque accipiatur, vt dicitur principium operandi, & quandoque vt diſtinguitur contra actum, expreſſe habes a Doctore, ſecundo, diſtinctione decimaſexta.

Potētia duplex.

QVÆST. XXXIIII.

Vniuerſalium

Vtrum accidens ſit de numero vniuerſalium?

Ordo. Circa capitulum de accidente quęrit Doctor tres quæſtiones. Ordinis, ſeu continuationis quarum talis eſt ratio, prius enim quærēdum eſt de genere definiti, quam de conuenientia definitionis eius, cum definitionis conuenientia ex generis diuiſione oſtendatur. Et ex his patet ordinis duarum primarum quæſtionum conuenientia.

Mauritij error. Nec mihi placet id quod dicit Mauritius in expoſitione ſequentis quæſtionis, quod ſcilicet Doctor prius quærit, an accidens ſit vniuerſale, quam de conuenientia definitionis ipſius, quia prius quærendum eſt ait ipſe] de aliquo, an ſit vniuerſale, quam ſit inueſtigandum de eius definitione, cum ſingularis inquantum talis non ſit definitio.

Ratio autem, quare hoc dictum mihi diſplicet, eſt, quoniam quamuis prius ſit inueſtigandum de aliquo, an ſit vniuerſale vt modus, quam quæratur de eius definitione, cum ſingularis [ideſt id cui applicatur ſingulare] vt talis non ſit definitio. Non tamen videtur eſſe verum, prius inueſtigandum eſſe de aliquo, an ſit vniuerſale vt quid, quam de eius definitione, qua ſi cuiuslibet, quod eſt uniuerſale, ut quid poſſit eſſe definitio, & illius quod eſt ſingulare, vt quid non poſſit eſſe definitio, ſeu quaſi illius quod non eſt vniuerſale, vt quid non poſſit eſſe definitio, quodlibet enim iſtorum, eſt falſum.

Primum patet, nam hoc genus eſt vniuerſale vt quid, & tamen ipſius vt tale, nō eſt definitio, cum hoc genus ſit ſingulare vt modus.

Secundum etiam patet, nam ſingulare vt quid eſt ſpecies, ac vniuerſale vt modus, prędicatur enim de hoc, & de illo ſingulari, & eſt definibile, vt credo me alias tetigiſſe.

Tertium quoque clarum eſt, homo enim non eſt vniuerſale vt quid, & tamen eſt definibile. Modo Doctor hic quærit de accidente, an ſit vniuerſale vt quid, & non an ſit vniuerſale vt modus. Igitur ratio quare hæc quæſtio ſequenti pręponitur non eſt, quia prius ſit inueſtigandum de aliquo, an ſit vniuerſale, quam de eius definitione, quoniam hoc dictum eſt tantum verum de vniuerſali vt modus, hic autem Doctor quęrit de accidente, an ſit uniuerſale vt quid.

Vnicus terminus relinquitur declarandus, ſcilicet accidens, de quo licet multa dixerim ſupra, quæſtione trigeſimaſecūda, & multa quoque dicturi ſimus in corpore huius quęſtionis. Tamen quędam repetendo, ac quædam addendo dicamus. Accidens quandoque ſumi, tam a Theologis, quam a Philoſophis pro extraneo, & ſic ſumitur vt diſtinguitur contra id, quod eſt de quidditate rei. Vide primo Poſter. text. 35. Nonnunquam etiam accipitur, ut diſtinguitur contra ſubſtantiam. Vide Zimaram Teorematc. 4. & Ocham. primo, diſtinctione 24 quæſtione prima, & Franciſ. de Mayr. 1. diſtinctio. 11. quæſtione quarta, & Scotum. 1. diſtinct. 17. quæſtionę 7. in fine. Accidēs multipl. Accidens vt diſtinguitur contra ſubſtātiā, cum ſit nomen concretum, poteſt accipi, vel pro per ſe ſignificato, ſeu pro formali, vel pro ſubſtrato, ſeu pro denominato. Accidens primo modo ſumptum eſt conceptus, quem accidens naturaliter importat, ſeu eſt id quo accidens formaliter accidere dicitur, eſt enim principium formale proximum quo aliquid dicitur proprie accidere, ſicut albedo eſt id quo album dicitur formaliter album.

Nilque aliud eſt accidēs hoc modo ſumptum, niſi accidentalitas ipſa, ſeu inhærentia, vel quędam relatio, quęcunque ſit illa, quę a quibuſdam accidentia vocatur, & accipiunt ly accidentia, non vt

vt eſt neutri generis,& numeri pluralis,ſed vt eſt fœminini generis,ac numeris ſingularis. Accidens vero ſecundo modo ſumptum eſt concretum, ſeu denominatiuum ab accidentalitate ſic dictum. Hanc diſtinctionem ultimam habes a Scoto, & a Io. de Baſſolis,quarto, diſtinct. 12. quæſt. prima. Vide etiam Doctorem. Ant. And. Ierbum,ac alios,vt noſti, ſeptimo metaphyſi. quæſt. 1.

Hanc tamen diſtinctionem quibuſdam friuolis rationibus nititur Rubion. 4. diſt. 12. quæſt. prima, infringere, vt alibi [Deo dante] videbimus. Accidens vltimo modo ſumptum in accidens ſeparabile, & inſeparabile diſtinguitur a D. Auguſt. de Trin. libro quinto,cap. quarto,& a Porphy. præſenti capite. Sumitur autem accidens,vt eſt nomen ſecundę intentionis, de quo multa ſunt dicenda infra ſequenti quæſtione.

In corpore quæſtionis diſtinguit de accidente. Dicitque quod hoc nomen accidens poteſt accipi multipliciter,multiplicitate,ſcilicet ſignificatorum, nam accidens eſt æquiuocum ad accidens prime,& ſecũde intentionaliter ſumptum, & ad duos modos poſitos,quinto metaphyſi.& æquiuocum dicitur multiplex,multiplicitate ſignificatorum.

æquocũ qũomultiplex.

Accidẽs multipl. ſumitur

Accidens ergo vno modo ſumitur, vt eſt nomen primæ intentionis, & ſic eſt æquiuocum ad duos modos poſitos,quinto metaphyſi. tex. Commento trigeſimoquinto. Dicitur enim accidens vno modo, vt idem eſt quod contingens in paucioribus: ſicut inuentio theſauri dicitur accidens foſſori foueæ ad plantandum aliquam arborem.

Alio modo vt idem eſt,quod adueniens enti in actu poſt eius eſſe completum. Vnde primus modus differt a ſecundo, quia primus eſt de caſu, & eſt cauſa per accidens, vt patet ex ſecundo phyſico. text. Commento quadiageſimo nono, & inde, ſecundus vero eſt de prędicabilibus per accidens, & non dicitur cauſa. Sed quis fortè obiiciet,nam non uidetur hanc accidentis diuiſionem eſſe illam, quam ponit Philoſophus vbi ſupra. Quia Philoſophus ponendo differentiam inter primum, & ſecundum membrum illius diuiſionis dicit, quod contingit accidentia ſecundi modi eſſe ſempiterna, & neceſſaria, quod tamen non videtur uerum de accidente aduenien te enti in actu poſt eius eſſe completum. Item doctor hic videtur velle, quod accidens ſecundo modo ſumptum diuidatur in nouem genera: quod tamen non videtur eſſe verum de ſecundo modo poſito ab Ariſtot. vbi ſupra, quia propriæ paſſiones continentur ſub ſecundo modo accidentis: vnde Ariſto. ibidem exemplificat de habere duos rectos, quod ponitur paſſio triãguli, ſed quod continet ſub ſe propriam paſſionem non diuiditur in decem genera.

obiectiones.

Item non videtur eſſe verum, quod accidens ſit æquiuocum ad nouem genera, cum ens ſit vniuocum ad decem prædicamenta.

Ad primum dico quod eſſe reale completum eſt duplex, ſcilicet metaphyſicum, & phyſicum. Illud dicitur aduenire enti in actu, poſt eius eſſe reale completum metaphyſicè quod aduenit enti habenti eſſe quidditatiuum vltimatum,ac completum, & hoc modo propria paſſio poteſt dici aduenire enti in actu metaphyſico, poſt eius eſſe reale completum metaphyſicè, ſubiectum enim eſt prius natura paſſione: & in illo priori ſibi inſunt omnia, quæ ſunt de eius quidditate.

Reſpon. Eſſe reale cõpletũ eſt duplex.

Accidens verò dicitur aduenire enti in actu metaphyſico,ac phyſico, poſt eius eſſe reale completum metaphyſicè,ac phyſicè. Modo Doctor hic loquitur de accidente aduenience enti in actu poſt eius eſſe completum, primo, vel ſecundo modo, & tale contingit quandoque eſſe neceſſarium, vt patet. Metaphy. etiam cum diuidit ens in ſubſtantiam, & accidens, nõ accipit accidens primo modo,ſed ſecundo modo.

Ad ſecundum dicendum, doctorem nõ loqui cum præciſione; accidens enim ſecundo modo ſumptum eſt æquiuocum, ac diuiditur in nouem prædicamenta: ſed non præciſè, quia etiam eſt æquiuocum ad propriam paſſionem.

Ad vltimum patet ex his, quæ alibi diximus, accidens enim eſt æquiuocum logicè ad nouem prædicamenta. Vel dicas Doctorem hic loqui de accidente, vt eſt commu-

commune paſſioni, tale enim eſt æquiuocum ad nouem genera. Et nota, quod poſſunt poni multi alii modi accidentis realis, quos breuitatis cauſa Doctor relinquit.

Ibi. Alio modo eſt nomen, &cęt. Ponit aliud membrum huius diuiſionis, quod eſt de accidente, vt eſt nomen ſecundæ intentionis. Quod a Doctore ſubdiuiditur, nã vno modo ſignificat idem, quod extraneum, prout ſumitur in fallacia accidentis.

Aliquid dr̃ extraneũ alicui dup.

Notandum, quod aliquid poteſt dici extraneum alicui, vel vt comparatur ad illud, vel vt comparatur ad tertium. Illud dicitur extraneum alicui primo modo, quod eſt extra intellectum eius, ad quod comparatur, & ſic inferius dicitur eſſe extraneum, & ex conſequenti accidere ſuo ſuperiori, quia in intellectu ſuperioris non includitur inferius.

Inferius quõ dr̃ extraneum, & accidere ſuperiori.

Illud dicitur extraneum alicui, vt comparatur ad tertium, quod non eſt ratio quare illud tertium ſibi inſit. Et hoc modo non ſolum inferius extraneatur, acciditque ſuperiori, ſed etiam ſuperius inferiori. Homini enim inquantum eſt riſibilis extraneatur acciditque ſubſtantia, quia ſubſtantia non eſt ratio quare riſibilitas inſit homini. Hocque vltimo modo accipitur accidens in fallacia accidentis, ut dicit Doctor, quęſtione quadrageſima quarta Elenchorum.

Ibi. Alio modo ſignificat idem, quod ſecunda, &cæt. Dicit quod accidens vt eſt nomen ſecundæ intentionis, quandoque ſignificat idem quod ſecunda intentio, ſeu quodlibet quod a ſola conſideratione intellectus cauſatur. Imo vniuerſalitas poteſt ſignificare quodlibet ens rationis cauſatum per actum collatiuum intellectus, vel voluntatis. Et iſto modo omnia quinque vniuerſalia ſunt accidentia, vnde accidens hoc modo ſumptum prædicatur quidditatiue, & eſſentialiter de quinque vniuerſalibus.

Ibi. Alio modo dicitur, &cætera. Ponit vltimam acceptionem accidentis, vt eſt nomen ſecundæ intentionis, & ait quod quãdoque ſignificat idem quod prædicatum non eſſentiale, nec per ſe, nec conuertibile, & ſic eſt quintum vniuerſale.

Eſſentiale diſtinguitur cõtra accidentale.

Notandum Doctorem poſuiſſe ly eſſentiale, propter prædicata primi modi, & ly conuertibile propter prędicata ſecundi modi; & ly per ſe propter vtrunque. Vnde eſſentiale [vt ait Doctor, quæſtione prima quol.] communiter accipitur a Philoſophis, vt diſtinguitur contra accidentale, prout accidentale continet ſub ſe omne accidens per accidens, ſiue accidens commune [quæ idem ſunt] & accidens per ſe, ſiue proprium, quæ idem ſunt; eſſentiale enim dicitur quod per ſe includitur in eſſentia; ſeu quod eſt de quidditate, vt ſcribit Doctor, vbi ſupra, & Fran. de Mayr. primo, diſtinctione ſecunda, quæſtione decimaquarta, & Brulef. in prologo primi ſententiarum. Quotupliciter autem accipiatur eſſentiale, vide prædictos auctores, vbi ſupra, & D. Bonauentu ac Brulef. primo, diſtinctione tertia, quæſtione tertia. Quod ſi obiicias, quia accidens eſt ſpecies vniuerſalis, & a Philoſopho numeratur inter prędicata, ergo accidens eſt prædicatum eſſentiale, & per ſe. Dico accidens eſſe prædicatum per ſe, vt ly per ſe determinat inhærentiam, non autem vt ly per ſe determinat inhærens.

Eſſentiale quid.

Eſſentiale quotupliciter.

Accidẽs quõ eſt prædicatũ ꝑ ſe.

Accidẽs eſt vl'e.

Ibi. Et patet quod, &cæt. Oſtendit accidens eſſe vniuerſale, & eſſe diſtinctum ab aliis vniuerſalibus. Primum oſtendit ex hoc, quia quicquid prædicatur de pluribus eſt vniuerſale, accidens ſic ſumptum prædicatur de pluribus, ergo accidens ſic ſumptum [vt ſcilicet ſignificat idem, quod prædicatum non eſſentiale, nec per ſe, nec conuertibile] eſt vniuerſale.

Accidẽs vt eſt 5. vl'e non põt applicari huic albo, vel huic nigro.

Pro declaratione minoris notandum, quod ſicut nec genus, nec ſpecies, nec hoc genus, neque hæc ſpecies poteſt applicari, ſeu denominatiuè dici de hoc animali, ſeu de hoc homine, quia iſta eſt falſa, hoc animal eſt genus, hic homo eſt ſpecies. Ita neque accidens, neque hoc accidens, vt eſt quintum vniuerſale, poteſt applicari, ſeu denominatiuè dici de hoc albo, ſeu de illo nigro. Vnde iſta, hoc album eſt accidens, eſt vera, vt ly accidens eſt nomen primę intentionis, & non vt ly accidens ſignificat quintum vniuerſale.

Accidens ergo, vt eſt quintum uniuerſale tantum applicatur, denominatque album nigrum, ac alia huiuſmodi accidentia, quæ pluribus ineſſe, ac inhærere poſſunt. Sciendum tamen quod huiuſmodi accidentia poſſunt comparari, vel ad illa quibus inſunt quidditatiuè, & eſſentialiter, vt coloratum ad album, & nigrum, & album ad hoc, & ad illud album, & ſic accidenti attribuitur intentio generis, vel ſpecici.

Accidēs vt eſt 5. vl'e, quō dr̄ p̄dicari d' pluribus.

Vel poteſt accidens comparari ad illa, quibus accidentaliter inhæret, & ſic ei attribuitur intentio accidentis. Cum igitur accidens cui applicatur intentio accidentis poſſit inhærere pluribus, ac de pluribus denominatiuè dici: ideo accidens, quod eſt quintum vniuerſale, dicitur prędicari de pluribus, vbi actus ſignatus uerificatur in exercito in fundamentis.

Ibi Sicut enim præter, &c. Cum modus prędicandi ſumatur a modo eſſendi, ut ſupra dictum fuit, ideo oſtendit accidens habere modum prædicandi diſtinctum ab aliis vniuerſalib. recurrendo ad proprietatem fundamenti, alietas enim modi prędicandi eſt ab alietate modi eſſendi. Dicit ergo Doctor, quod ſicut pręter materiam, & formam, quæ ſunt de eſſentia rei, & præter accidentia egredientia ex illis principiis per ſe [ſunt enim materia, & forma principia per ſe ipſius rei, ne dum in fieri, ſed etiam in facto eſſe] reperiuntur aliqua accidentia non conſequentia eſſentiam per ſe, vel conuertibiliter: ſed magis conſequentia compoſitum ratione materię, vel qualitatum actiuarum, vel ratione alicuius extrinſeci, vt declaratum fuit ſupra quæſtione trigeſima ſecunda. Ita pręter modum prædicandi, qui eſt prædicare eſſentiam per modum materię, ſeu ſubſtantis, quod uocatur prædicari in quid; & præter modum prædicandi eſſentiam per modum informantis, & præter modum prædicandi in quale accidentale conuertibiliter: datur modus prædicandi in quale accidentale non conuertibiliter, talis enim eſt modus eſſendi fundamenti accidentis, quod eſt quintum vniuerſale.

Vt clarum eſt de albo, quod eſt in ſubiecto per modum informantis, & non eſt in illo eſſentialiter, nec conuertibiliter.

Quoniam hic eſt ſermo de fundamento accidentis, quod eſt quintum vniuerſale, ideo incongruum non erit quærere. Vtrum ſubſtantia poſſit eſſe eius fundamentum? ſeu vtrum poſſit applicari ſubſtantiæ?

Accidēs an poſſit applicari ſubſtantiæ.

Et uidetur quod ſic per Scotum, tertio diſtinctione ſeptima, quæſtione prima, vbi loquendo de accidente, quod eſt intentio ſecunda, ait. Tamen non eſt de ratione huius intentionis ſecundæ, quod tantum ſit in illa intentione prima, ſicut nec de ratione intentionis generis, vel ſpecici eſt quod tantum fundetur in re ſubſtantię. Vbi manifeſtè uidetur velle, quod accidens poſſit fundari in ſubſtantia.

Io. Ang'icus dicit, quod de facto, nihil quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ poteſt fundare accidens, quod eſt quintum vniuerſale, quia quod uerè eſt nulli accidit ſecundum Philoſophum, primo phyſ. Haneque reſponſionem innuit Doctor, vbi ſupra, vbi habet hæc verba. — Reſpon. Io. Ang.

Reſpondeo, verum eſt de facto, quod hæc intentio, &cæt. Mauritius tenet, quod non eſt de ratione accidentis, quod eſt quintum vniuerſale, applicari præcisè primæ intentioni, quę a metaphyſico dicitur accidens. — Reſpon. Maur.

Aliter ego dicerem, quod accidens, vt eſt quintum vniuerſale non poteſt applicari, niſi primę intentioni, quæ a metaphyſico dicitur accidens. — Reſpon. Auctor.

Et ad Scotum dico, quod non loquitur aſſertiuè; & ſecundum mentem propriam, ſed loquitur probabiliter, aut ſecundum aliorum opinionem; quod patet ex illo verbo, videtur, quod ponitur ante verba prædicta, cum ait. Videtur ſimilem habitudinem, &c.

Videtur enim probabile, ſecundum communem ſententiam, quod accidens poſſit applicari cuicunque prædicato non exiſtenti de ratione ſubiecti, & aduenienti ſubiecto exiſtenti in actu completo, ꝙ tamen ſecundum veritatem non eſt verum, quia ultra hoc requiritur, tale prædicatum habere rationem informantis reſpectu ſubiecti.

Cuius

Cuius ratio eſt, quia quodlibet prædicatum poſitum ab Ariſt. primo Topic. prædicatur formaliter de ſubiecto, accidens verò non poteſt prędicari formaliter de ſubiecto, niſi habeat reſpectu eius habitudinem informantis actualiter, vel ſaltem aptitudinaliter, quia prædicatio accidentis de ſubiecto eſt vera per inhærentiam. Nec obſtat id quod habet Doctor vbi ſupra, cum ait.

obiectionis dilutio

Quod in hac propoſitione, album eſt lignum, prædicatum prædicat intentionem accidentis logice loquendo. Nam Doctor ibi addidit ly forte, quod debet exponi negatiuè; nam talis eſt prædicatio indirecta, at quod prædicatur in tali prædicatione non habet rationem alicuius prædicati.

Conceditur etiam Doctor vbi ſupra, hanc propoſitionem, Deus eſt homo, eſſe veram per accidens logice loquendo, non quia homo verè, & complete habeat rationem accidentis reſpectu Dei, ſed quia magis habet rationem accidentis in tali propoſitione, quam alterius prædicati. Ideo Io. de Baſſolis, tertio, diſtinctione ſeptima, quæſtione vnica dicit, hominem reſpectu Dei, vel verbi proprie non habere rationem alicuius prædicabilis, nec modi prædicandi.

1. Argũ princip.

Ad partem negatiuam huius quæſtionis arguit quatuor rationibus. Primo ſic; quod eſt in ſingulari eſt ſingulare, ſed accidens commune, de quo hic eſt ſermo, eſt in ſingulari, ergo accidẽs cõmune, de quo hic eſt ſermo, eſt ſingulare, igitur non eſt vniuerſale. Maior probatur per illam vulgatã propoſitionem Auerrois, tertio de anima, Commento quinto, & Boetii quinto de conſolatione, & Scoti, ſecundo, diſtinctione tertia, quęſtione ſexta, quod ſcilicet receptum eſt in recipiente per modum recipientis, igitur quod eſt in ſingulari eſt ſingulare.

Minor probatur quo ad vtranque partem Et primo, quod illud accidens, de quo hic agitur ſit accidens commune, patet ex Porphy. in cap. de genere, vbi ponendo diuiſionem ad notificandum definitionem generis ait. Et accidentia communiter, ſed non propria alicui. Secunda pars minoris, [quod ſcilicet accidens commune ſit in ſingulari] patet ex Porphy. in communitatibus, ex quinto metaphyſi. cap. de eodem. Vbi Philoſophus ait, accidentia verò non per ſe, ſed de ſingularibus ſimpliciter dicuntur.

Reſp. ad 1. princ.

Reſpondet negando minorem de accidente cõmuni ſecunde intentionaliter ſumpto, de quo hic eſt ſermo, tale enim nõ eſt in ſingulari, ſed in ſubiecto communi, puta in albo, uel in aliquo conſimili, cui applicatur, ſicut etiam ſpecies eſt in ſubiecto communi, puta in homine, & nõ in aliquo ſingulari, puta in hoc homine. Ad Porph. autem, & Philoſophum dicendum, quod loquuntur de accidente fundamentaliter ſumpto, cui applicatur intentio accidentis, tale enim accidens, cum conſequatur principia indiuidui, & non ſpeciei ſecundum ſe eſt in ſingulari, & non in communi.

Notandum ex Mauritio Doctorem notanter dixiſſe albo, & non albedini, nam quælibet ſecunda intentio, & maxime iſta quinque vniuerſalia applicantur ſubiectis, ſeu fundamentis ſub illis modis ſignificandi, ſub quibus ſunt prędicabilia in actu exercito, ſicut ergo nec genus animalitati, ſed animali, nec ſpecies humanitati, ſed homini, nec differentia rationalitati, ſed rõnali applicatur, ita nec albedini, ſed albo applicatur accidens, quia ſicut animalitas in actu exercito, nequit prædicari de homine, nec humanitas de forte, ita nec albedo de ſubiecto.

Contra.

Ibi Contra, ſi illud, &c. Obiicit oñdẽdo hanc rñſionem non euacuare argũ, nam ſemper vr̃ ſequi, accidens, quod eſt quintũ vl'e, eſſe ſingulare, quia cum id quod eſt in ſingulari ſit ſingulare, & accidens, vt eſt intentio ſit in eo, quod eſt in ſingulari, puta in albo, ꝙ eſt in hoc albo [dictum enim fuit, intentionem accidentis applicari ei ꝙ primo ineſt ſingulari] ergo accidens, vt eſt intentio eſt ſingulare, & ex conſequenti non eſt vniuerſale.

Reſpondet recurrendo ad ea, quæ dicta ſunt ſup. q. 9. Album enim eſſe in ſingulari poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſecundum eſſe materiale, ſeu vt ſupponit perſonaliter. Alio modo vt conſideratur a ratione, ſeu vt ſupponit ſimpliciter.

Primo modo verum eſt, quod album eſt in ſingulari, ſed albo hoc modo ſumpto, non applicatur intentio accidentis.

Secundo modo falſum eſt, quod album ſit in ſingulari: intentio autem accidentis applicatur albo ſecundum iſtud eſſe. Vnde committitur fallacia accidentis ſic arguendo, album eſt in ſingulari, intentio accidentis eſt in albo, ergo intentio accidentis eſt in ſingulari.

2. Argũ princip. Item ſecundo principaliter ſic arguit. Quęlibet bona diuiſio datur per oppoſita, ſed ens diuiditur ab Ariſtote. quinto metaphyſic. text. Commento decimotertio, in ſubſtantiam, & accidens, igitur ſi talis diuiſio eſt bona, & valet, membra debent opponi, ſed non opponuntur ſi accidens ſit res ſecundæ, & non primæ intentionis, quia res primæ intentionis, non opponitur rei ſecundæ intentionis, ergo accidens non eſt res ſecundæ intentionis: & ex conſequenti non eſt ſpecies vniuerſalis: quoniam quælibet ſpecies vniuerſalis eſt res ſecundæ intentionis.

3. Argũ princip. Tertio principaliter arguitur ſic. Nulla res ſecundæ intentionis prędicatur per ſe de re primę intentionis, ſed hæc prędicatio eſt per ſe, qualitas eſt accidens, & qualitas eſt res primæ intentionis, ergo, & accidens eſt res primæ intentionis. Maior patet ex his quæ dicta ſunt, quæſtione vndecima.

Minor probatur, de quocunque prædicatur per ſe ſuperius, prædicatur per ſe alterum diuidentium ipſum ſuperius, aliter non eſſet diuiſio ſufficiens, ſed ens per ſe prędicatur de qualitate, ex tertio, quarto, & octauo metaphy. tex. Comment. vltimi, ſufficienterque diuiditur per ſubſtantiam, & accidens, ex quinto metaphyſic. nec ſubſtantia prædicatur per ſe de qualitate, ergo accidens prædicatur per ſe de qualitate.

Tenendo autem ens eſſe æquiuocum ſic probetur illa minor, æquiuocum non dicitur prædicari per ſe de aliquo, niſi vt ſumitur pro aliquo ſuorum ſignificatorum, ſed ens dicitur prędicari per ſe de qualitate, octauo metaphyſic. & non habet alium intellectum, ſeu ſignificatum, niſi ſubſtantię, & accidentis, ergo cum ſubſtantia non prædicetur per ſe de qualitate, ſequitur quod accidens prędicetur per ſe de illa.

Ad ſecundum, & tertium dicit, quod procedunt de accidente, vt eſt res primæ intentionis, ſic enim ſumitur ab Ariſtot. cum diuidit ens in ſubſtantiam, & accidens, nec accidens hoc modo ſumptum eſt ſpecies vniuerſalis. Reſp. ad 2. & 3. argũ pric.

Dicit etiam vlterius quo ad tertium argumentum, quod ſi accidens, ut eſt res primæ intentionis, ſumatur pro vno nouem ſignificatorum, hæc eſt per ſe, qualitas eſt accidens. Vnde ſi accidens eſt æquiuocum ad nouem prædicamenta, talis erit prędicatio per ſe eiuſdem de ſe uno modo. Si autem eſt vniuocum patet quod eſt prædicatio ſuperioris de inferiori.

Ibi. Sumendo autem, &c. declarat qualis eſt prædicatio accidentis ſecunde intentionaliter ſumpti de qualitate, ſeu de quali. Dicitque quod eſt prædicatio denominatiua, qualis eſt ſpeciei de homine, ac ſecundæ intentionis de prima, ut ſupra, q. 11. declaratum fuit.

Ibi. Nec ineſt, &cęt. Reſpondet cuidam tacitæ dubitationi. Poſſet enim quis dubitare, an accidens pro ſecunda intentione poſſit applicari, ac denominatiuè dici de qualibet qualitate. Dicit doctor, quod accidens hoc modo ſumptum non ineſt vniuerſaliter qualitati, ſunt enim quædam qualitates quibus accidens ſecunde intentionaliter ſumptum applicari non poteſt, vt eſt de qualitatibus ſingularibus, puta de hac albedine, vel de hoc albo. Licet enim hęc ſit vera, hæc albedo, uel hoc album eſt accidens, ſumendo accidens prime intentionaliter: eſt tamen falſa ſumendo accidens pro ſecunda intentione, quia accidens hoc modo ſumptum, prędicatur de pluribus.

Ibi. Nec cuilibet, &cæte. Dicit accidens ſecunde intentionaliter ſumptum ne dum applicari non poſſe ſingularibus qualitatibus, ſed nec etiam applicatur cuilibet ſpeciei qualitatis. Datur enim aliqua ſpecies qualitatis, puta propria paſſio, ut riſibile, cui applicatur hęc intentio proprium, & ex conſequenti non poteſt applicari intentio accidentis, quia proprium, & ac- Accñs ñ ineſt oĩ qualitati.

cidens

cidens ſunt intentiones diſparatę, quæ diuerſis adplicantur, vt in vltima quæſtione videbimus.

Notandum doctorem hic loqui famoſe, & ex communiter conceſſis ab aliis doctoribus de riſibili, ac propria paſſione. Vide Mauritium in fine huius quæſt.

Argũ. 4. princip. Quarto, & vltimo arguit ſic. Nulla ſpecies vniuerſalis verè ineſt ſingulari, ſed accidens ineſt ſingulari, puta huic albedini, ergo accidens non eſt ſpecies vniuerſalis. Maior patet inductiuè, hæc enim eſt falſa, hoc animal eſt genus, iſte homo eſt ſpecies, & ſic de aliis; illud enim cui applicatur ſpecies vniuerſalis debet pluribus ineſſe, ac de pluribus prædicari actu exercito. Minor probatur, nam definitio accidentis, ſcilicet adeſſe, vel abeſſe, &cæte. dicitur de hac albedine, ergo, & accidens. quia de quocunque dicitur definitio, de eodem dicitur, & definitum.

Reſp. ad 4. princ. Reſpondet concedendo minorem de accidente ſumpto pro re primæ intentionis; quam negat de accidente ſecunde intentionaliter ſumpto. Et cum probatur per locum a definitione. Dicit quod adeſſe, & abeſſe, &cęt. non dicitur de hac albedine, quia Porphyrius per illa verba circumloquitur prædicatum accidentale, non per ſe, vel non conuertibile, modo eſſe tale prædicatum non conuenit huic albedini, ſed albo, vt in ſequenti queſtione declarabitur.

QVÆSTO XXXV.

Vniuerſalium

Vtrum hac definitio ſit conueniens. Accidens eſt quod adeſt & abeſt pręter ſubiecti corruptionem?

DE ordine huius quæſtionis ad præcedentem dictum fuit ſupra. Ad ſequentem verò patet, nam prius diſputandum eſt de definitione aliquorum, quam de compoſſibilitate, vel incompoſſibilitate eorum reſpectu eiuſdem fundamenti, quia compoſſibilitas, uel incompoſſibilitas cognoſci poteſt ex definitionibus. Termini patent ex dictis in pręcedentibus, & ex dicendis in corpore quæſt. Ordo.

Ad oppoſitum adducit Porphyrium, & Ariſt. primo Topic. capitu. quarto, ubi aſſignat duas definitiones accidentis, quarum ſecunda [quæ eſt accidens eſt quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe] eſt conſimilis definitioni poſitæ a Porphyr. vndę licet in verbis differat, videtur tamẽ eſſentialiter eadem illi, quia ex eiſdem eſſentialibus eandem eſſentiam declarat. Ad oppoſitum

Notandum Doctorem ideo dixiſſe uidetur, quia ſecundum Auerroem hic, & primo Top. cap. quarto. Secunda definitio poſita a Porphyr. [quam Philoſophus quoque ponit ubi ſupra] tantum competit accidenti ſeparabili; illa uerò definitio, quę datur per adeſſe, & abeſſe, quam Porphyr. primo loco ponit, conuenit tam ſeparabili, quam inſeparabili accidenti, igitur ſecundum mentem Auerr. non videtur has duas

definitiones eandemmet eſſentiam ex eiſdem eſſentialibus declarare.

Quod tamen ſecundum veritatem eſt falſum, vt ex infra dicendis clarum erit. Hac ergo ex cauſa Doctor in litera addidit ly videtur.

In corpore quæſtionis Doctor quatuor facit. Primo ponit concluſionem reſponſiuam ad quæſtionem. Secundo ponit quaſdam diſtinctiones accidentis, quas auctoritatibus Ariſtot. comprobat. Tertio declarat duas accidentis definitiones. Quarto obiiciendo, ac reſpondendo ſoluit multas difficultates. Secundum ibi. Vbi ſciendum, &c. Tertium ibi: Sumendo igitur adeſſe, &c. Quartum ibi. Sed tunc, &c. Primo ergo dicit Doctor, quod vtraque definitio accidentis, tam ſcilicet poſita a Porphyrio, quam poſita ab Ariſt. eſt conuenienter aſſignata, ſi congrue intelligatur. Et addit illam conditionalem, quia ſi adeſſe, & abeſſe ſumerentur primę intentionaliter, non conuenienter aſſignaretur definitio, quoniam definiens eſſet prima intentio, & definitum ſecunda.

Adeſſe, & abeſſe nec non ineſſe, & non ineſſe multipl'r ſumũtur.

Prima diſtinctio eſt quod adeſſe, & abeſſe, quæ ponit Porphy. in ſua definitione: & ineſſe, vel non ineſſe, quę ponit Ariſto. in ſua definitione accidentis, ſunt ęquiuocè primæ intentionis, ac ſecundę intentionis nomina. De ineſſe, vt eſt nomen primæ intentionis dicitur, ſeptimo metaphy. text. Commento ſecundo, & tertio, quod accidentis eſſe eſt ineſſe; & ibi loquitur Philoſophus de accidente reali.

Notandum, quod iſta propoſitio accidentis eſſe, & ineſſe, colligitur ex dictis Philoſophi, ſeptimo metaph. text. Commento ſecundo, vbi vult, quod accidentia dicuntur entia, eo quod taliter entis. Quam propoſitionem declarat Doctor, 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. Hoc etiam colligi poteſt ex eodē ſeptimo, tex. 3. & ex primo phyſi. tex. Commento 39. Vbi Philoſophus dicit, quod accidens non poteſt ſeparari a ſubſtantia, ſeu a ſubiecto. Cuius rationem reddit Doctor vbi ſupra. De adeſſe, & abeſſe, vt ſunt nomina primę intentionis dicitur. 8. phyſi. text. Commen. 62. quod impoſſibile eſt idem ſimul adeſſe eidem ſubiecto, & abeſſe ab eodem. Ibi enim Philoſophus habet hæc verba. Si mō impoſſibile ſit ſimul eidē adeſſe

Ibi. Alio modo ineſse, &cæt. ponit aliud membrum huius diſtinctionis. Et tria facit. Primo declarat quid intelligimus per ineſse, & adeſſe, ut ſunt nomina ſecundæ intentionis. Secundo ſubdiuidit hoc membrum. Tertio ratione, ac auctoritatibus oſtendit has diuiſiones, ac ſubdiuiſiones eſse conuenienter aſsignatas. Secundum ibi. Sed adhuc ineſse, &cæt. Tertium ibi. Prima diſtinctio, &c.

Ineſse, & adeſse quid.

Quoad primum dicit, quod ineſse, uel adeſse, vt eſt nomen ſecundæ intentionis, ſignificat prædicationem eorum, quę ſunt extra eſsentiam ſubiecti. Et hoc modo paſſio poteſt dici ineſſe, vel adeſse, ſeu accidere ſubiecto, eſt enim extra eſsentiam ſubiecti. Vel ineſse, ac adeſse, ſignificat prædicationem eorum, quæ ſunt alterius generis a ſubiecto. Et ita paſſio non dicitur accidere ſubiecto, quia non eſt alterius generis a ſubiecto. Secus eſt de quantitate, ac qualitate reſpectu ſubſtantiæ.

Ibi. Sicut prędicari de &c. Ex oppoſito declarat quod ineſse, ac adeſse poſſit eſse nomen ſecundæ intentionis. Et ait quod, ſicut prædicari, ſeu dici de, vt eſt ſecundæ intentionis nomen, dicit prædicationem eſsentialem eorum, quę ſunt in eodem genere cum ſubiecto, ita ineſse, ſeu adeſse dicit prædicationem accidentalem eorum, quę ſunt alterius generis a ſubiecto. De quibus quædam dicta fuere ſupra quæſt. 4. & 31.

Dici de quotup.

Notandum, quod licet extenſiuè loquēdo dici de, poſſit accipi primę, ac ſecundè intentionaliter, ſeu in actu exercito, ac ſignato, ſicut & ipſum ineſse, tamen ex vi vocis in logicalibus potius ſumitur ſecundè intentionaliter, quam ineſse, uel adeſse, quia dici, ac prædicari ex vi vocis important actum ſignatum, ac intentiones ſecundas, eſse verò, ac ineſse, uel adeſse, cum ex vi vocis exerceat quod prædicari ſignat, vt dictum fuit ſupra quæſtione decimaquartā, idcirco potius dicuntur eſse rerum. Cum hoc tamen ſtat, quod dici de primę intentionaliter, & ineſse ſecundè intentionaliter ſumi ualeat.

Ineſse quotup.

Ibi. Sed adhuc ineſse, &c. Subdiuidit ipſū ineſse ſecundè intentionaliter ſumptum, & hoc, vt cuiuslibet erroris occaſio tollatur, diuerſimodè nāque ab auctorib. ſumitur.

Dicit ergo, quod ineſſe accipitur tripliciter, ſcilicet propriè, communiter, ac communiſſime. Ineſſe proprie non ineſt niſi accidentibus communibus, vt albo, & nigro. Ineſſe communiter ineſt etiam accidentibus ſingularibus. Et ſic ſumitur eſſe in, in diuiſione quadrimembri, quam ponit Ariſtot. in ante prædicamentis, cap. ſecundo. Vide quod diximus ſupra quæſt. 4. & 31. Ineſſe communiſſimè reperitur in omni propoſitione, in omni enim propoſitione prædicatum dicitur ineſſe, uel non ineſſe ſubiecto, ideſt affirmatiuè, uel negatiuè prędicari de ſubiecto. Vnde & ſi in prædicatione indirecta prædicatum non dicatur ineſſe ſubiecto; ut ineſſe eſt nomen primæ intentionis, dicitur tamen illi ineſſe, ut ineſſe eſt nomen ſecundæ intentionis.

Ibi. Prima diſtinctio, &cæt. Ratione, & auctoritatibus oſtendit hac diſtinctiones eſſe ponendas Et primo ratione hoc oſtendit de diſtinctione ipſius ineſſe in primam, ac ſecundam intentionem. Cum enim inconueniens ſit logicum diffinire, quidditatiuè rem ſecundæ intentionis, per rem primæ intentionis, vt alibi quoque dictum eſt, definiatque logicus accidens, quod eſt quintum uniuerſale, per ineſſe, & non ineſſe, igitur ineſſe poteſt eſſe ſecunda intentio. Similiter ſi alicuius diuiſionis aliqua membra ſunt res ſecundæ intentionis, reliqua quoque membra erunt res ſecundæ intentionis, ſed illius diuiſionis quadrimembris poſitæ in ante prædicamentis, capit. ſecundo, manifeſtum eſt, duo membra [ſcilicet dici de, & non dici de] eſſe intentiones ſecundas, ergo reliqua duo membra [ſcilicet eſſe in, & non eſſe in] erunt res ſecundæ intentionis.

2. Ibi. Secunda diſtinctio, &cætera. Oſtendit illam diſtinctionem de ineſſe ſecunde intentionaliter ſumpto eſſe conuenienter datam. Et ait, quod ſecunda diſtinctio de ineſſe, ſcilicet proprie, ut accidens commune, puta album. Communiter, ut accidens quodlibet, tam commune, quam ſingulare. Communiſſimè, ut omne prædicatum de ſubiecto.

Patet ex definitione accidentis, primo Topicorum, cap. quarto, & hoc, quo ad primum membrum illius diſtinctionis, quia in illa definitione loquitur Philoſophus de ineſse propriè. Et ex diuiſione ipſius eſſe in, quam ponit Philoſophus in anteprædicamentis, capit. ſecundo, & hoc quoad ſecundum membrum illius diſtinctionis, quia ibi Philoſophus loquitur de ineſse, ſeu de eſse in, communiter ſumpto.

Patet etiam illa diſtinctio, quoad tertium membrum ex communi modo loquendi: communiter enim dicimus prædicatum ineſse ſubiecto.

Ibi. Conſimiliter tripliciter, &cæt Quoniam multiplicitas unius oppoſiti poteſt oſtendi ex multiplicitate alterius oppoſiti, quia quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot dicitur, & reliquum, ideo Doctor, ut declaret ipſum ineſſe, ſeu eſſe in tripliciter ſumi, oſtendit ipſum prædicari, ſeu dici de tripliciter ſumi. Dici de quotupliciter.

Quandoque enim accipitur propriè, pro his, quæ ſunt ſuperiora in eodem genere, ſeu ut denotat prædicationem ſuperioris de inferiori, & ſic ſumitur in illa ſecunda diuiſione ante prædicamentali. Quandoque accipitur communiter pro omni eo, quod eſt commune, ſeu pro eo, quod denotat prædicationem cuiuſcunque communis de minus communi, & ſic accipitur primo periher. in definitione uniuerſalis: vbi dicitur uniuerſale eſse, quod de pluribus prædicatur, unde ly de extenditur, non ſolum ad prædicationem ſuperioris de inferiori; ſed etiam ad prædicationem cuiuſcunque communis, dummodo ſormaliter prædicetur, quia aliter proprium, & accidens non eſsēt uniuerſalia, ſumitur quoque aliquando communiſſime, pro omni eo, quod ſpecificat rem huius verbi eſt in propoſitione, cum autem quodlibet prædicatum in quacunque prædicatione, uel directa, uel indirecta, in qua ly eſt prædicat tertium adiacens; ſpecificet rem illius verbi ſubſtantiui [ſ. ſ. ens nominaliter, ſeu participaliter ſumptum, ut patet dicendo homo eſt albus] idcirco ly de aliquando ſumi poteſt, vt conuenit cuicunque prædicato. Et ſic accipitur in diuiſione, quam ponit Porphyr. poſt definitionem generis. Vbi dicit, quod eorum, quæ prædicantur, quædam de vno ſolo, quædam de pluribus

prædicantur Et ſic ſumitur etiam in definitione indiuidui poſita c. de genere, & c. de ſpecie, vbi dicitur indiuiduum eſſe, quod de uno ſolo prædicatur.

Accidẽtis defõ declarat

Ibi. Sumendo igitur, &cæ. Doctor declarat duas primas accidentis definitiones poſitas a Porphyrio, quarum prior eſt Platonis, poſterior Ariſtotelis.

Et quo ad primam [quæ eſt, quod accidens eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem] dicit, quod adeſſe, ſumitur, ut eſt nomen ſecundæ intentionis, & accipitur primo modo, non primæ diſtinctionis, qua diuiditur adeſſe in nomen primæ, ac ſecundæ intentionis: ſed ſecundæ diſtinctionis, qua diſtinguitur adeſſe ſecundę intentionaliter in adeſſe propriè, communiter, ac communius. Et ita per adeſſe poſitum in accidentis definitione intelligitur genus accidentis cum una differentia, ſcilicet remota. Quod quidem genus eſt, prædicatum, & differentia remota eſt, non eſſentiale. Vel intelligitur per iſta genus intermedium inter uniuerſale, & accidens: nam ſicut animal eſt genus intermedium inter corpus, & hominem, ita prædicatum non eſſentiale eſt genus intermedium inter uniuerſale, & accidens, & ſicut animal dicitur, ne dum de homine, ſed etiam de leone, ita quoque prædicatum non eſſentiale dicitur, ne dum de accidente, ſed etiam de proprio, unde per accidit, poſitum in definitione proprii, idem intelligitur, quod prædicatum non eſſentiale. Ex quo ſequitur iſta eſſe ſynonima, adeſſe, accidere, ac prædicatũ non eſſentiale.

Adeſſe accidere ac pdica tũ nõ eſſentiale ſunt ſynonima

Ibi. Reſiduum, &c. Declarat, q̃ ponitur loco vltimę differẽtię, ac correlatiui accidẽtis, quod debet poni in definitione relatiui, ut dictum fuit in præcedentibus. Dicitque, quod reſiduum poſitum in accidentis definitione [ſcilicet abeſſe præter ſubiecti corruptionem] poni loco differentiæ vltimæ, ad correlatiui ipſius accidentis definiti. Nam per ipſum abeſſe accidens differt a proprio, & ſubiectum, quod poteſt non corrumpi abſente accidente, eſt correlatiuum accidentis.

Et nota, quòd hoc eodem modo poteſt exponi iſta ſecunda accidentis definitio. Eſt, quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. Vnde per ly ineſſe intelligimus prædicatum non eſſentiale, & per ly non ineſſe intelligimus ultimam accidentis differentiam, & per ly contingit eidem intelligimus correlatiuum accidentis: contingere enim ineſſe, & non ineſſe, idem eſt, quod non neceſſario ineſſe ſubiecto.

Noīaliũ ac Tart. expõ.

Notandum, quod nominales, & Tartaretus per adeſſe, & ineſſe logicaliter ſumpta intelligunt affirmatiuè prædicari, & per non ineſſe, ſeu abeſſe intelligunt negatiuè prædicari. Et ita dicunt accidens eſſe, quod adeſt, & abeſt, &cæt. id eſt eſt terminus, ſeu vniuerſale, quod poteſt uerè affirmatiuè, & vere negatiuè prædicari de alio termino, ſeu de ſubiecto, ſine hoc, quod talis terminus deſinat ſupponere, ſeu præter hoc, quod propoſitio fiat impoſſibilis. Hocque eodem modo exponunt ſecundam accidentis definitionem. Dicit etiam Tartaretus accidens in ratione prædicabilis ſic eſſe definiendum. Accidens eſt vniuerſale, quod poteſt prædicari de pluribus accidentaliter, & tranſmutabiliter in eo, quod quale.

Dubiũ.

Ibi. Sed tunc eſt dubium, &cæt. Soluit quaſdam difficultates. Et duo facit. Primo dubitat circa expoſitionem definitionis accidentis. Secundo dubitat circa illam definitionem, & hoc propter maiorem terminorum intelligentiam.

Primo ergo obiicit, quia ſi accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe, [id eſt non neceſſario ineſt ſubiecto] ergo accidentia inſeparabilia, & multa alia accidentia, ut quantum, & huiuſmodi accidentia, non ſunt accidentia, conſequens eſt falſum, igitur & illa expoſitio definitionis accidentis, ex qua hoc ſequitur.

Conſequentia patet, nam accidentia inſeparabilia, & quantum neceſſario inſunt ſubiecto. Falſitas conſequentis probatur, quia talia accidentia non attinent ad genus ſubſtantiæ, nec ſunt propria, ergo uerè ſunt accidentia.

Accidẽs inſeparabile quõ dr̃ ineſſe vel non ineſſe ſubiecto.

Huic obiectioni duas affert reſpõſiones, quarum ſecunda ponitur ibi. Ideo exponitur illud, &cæ. Prima reſponſio, [quæ eſt aliorum] ſimul ponitur, ac impugnatur a Doctore. Dicunt ergo quidam illam accidẽtis definitionem, ac eius expoſitionem

eſſe

eſſe veram de illis accidentibus inſeparabilibus, ſicut de aliis accidentibus ſeparabilibus, eſt enim uera de iſtis, ac de illis per ſe loquendo: unde quemadmodum accidentia ſeparabilia dicuntur non neceſſario ineſſe, uel non ineſſe ſubiecto, quia per ſe, nec inſunt, nec non inſunt ſubiecto, ita cum inſeparabilia accidentia, nec per ſe inſint, nec per ſe non inſint ſubiecto [quia ſi per ſe ineſſent, aut ineſſent per ſe primo, aut per ſe ſecundo modo, quod manifeſte patet eſſe falſum, ſi autem per ſe non ineſſent, nunquam poſſent ineſſe ſubiecto] ideo nõ neceſſario inſunt ſubiecto.

Ibi. Sicut enim per ſe ſubſtantia, &cæt. Reddit rationem illius, quod dixit. Et notandum ly per ſe in propoſito determinare inhærentiam, & non inhærens. Dicit ergo, quod ſicut ſubſtantia per ſe, ac neceſſario præcedit accidens tempore, ſeptimo metaphyſ. text. Commen. quarto. Sic accidens commune quodcunque [ſiue ſit ſeparabile, ſiue inſeparabile] cum non habeat per ſe cauſam in ſubiecto [ſicut in præcedentibus declaratum fuit] non ineſt neceſſario, uel per ſe quantum eſt ex parte ſubiecti.

Contra. Ibi. Contra ſic proprium, &cæt. Obiicit Doctor contra hanc reſponſionem. Si enim accidens inſeparabile dicitur poſſe abeſſe, ſeu non ineſſe ſubiecto, & ex conſequenti dicitur non neceſſario ineſſe ſubiecto, quia nõ ineſt neceſſario ſubiecto quantum eſt ex parte ſubiecti, ergo cum propriũ dicatur hoc modo abeſſe a ſubiecto, ſequitur accidentis definitionem conuenire proprio, & ex conſequenti non erit bona definitio. Aſſumptum [quod ſcilicet proprium dicatur hoc modo abeſſe] probatur, quia ſubſtantia præcedit illud accidens [ſcilicet proprium] ſicut, & accidens commune, vt Ariſt. intelligit de accidente, ſeptimo metã. tex. Commen. quarto, cum dicit, ſubſtãtiam præcedere tempore accidens. Quod expoſitum fuit ſupra, quæſtione 33. reſpondendo ad ſecũdum principale, ubi declaratum fuit quomodo ſubiectum poteſt dici eſſe prius tempore paſſione.

Ibi. Si vero dicas, &c. Remouet quãdam reſponſionem. Poſſet enim quis dicere accidens non neceſſario ineſſe, ſeu nec per ſe ineſſe, nec per ſe non ineſſe quantum eſt ex parte accidentis;

Dicit Doctor hoc eſſe falſum, aliquod enim accidens commune [puta accidens inſeparabile] licet non habeat cauſam per ſe in ſubiecto, tamen habet cauſam neceſſariam, vt quantitas, & ita ſibi repugnat [quantum eſt ex ſe] non ineſſe ſubiecto, in quo habet talem cauſam neceſſariam.

Hæc ſunt quatuor notanda.

Indĩa accidentis rõne cuius attenditur

Primo, quod Fran. de May. ſuper uniuerſalia paſſu 28. dicit, indifferentiã, qua dicimus accidens contingere ineſſe, & non ineſſe, attendendam eſſe, non in ordine ad accidens, quaſi ſit indifferens ad ineſse, & nõ ineſse, ſed ratione ſubiecti, cui poteſt talis inhærentia ineſse, & non ineſse. Dicit etiam quod ſi accipiatur contingentia ex parte inſiſtentiæ accidentis, tunc accidens poterit non ineſse, ut tenet fides. Si autem accipiatur ex parte ſubiecti, tunc omne ſubiectum poteſt eſse ſine quocunque accidẽte per diuinam potentiam, ſed contra Fran. eſt ratio Doctoris, ſi enim indifferentia attenditur ratione ſubiecti, hoc ideo uidetur eſse, quia ſubiectum quantum eſt ex ſe poteſt eſse ſine accidente, ſed ſic etiam ſubiectum poteſt eſse ſine proprio, cum quãtum eſt ex ſe, ſit prius tempore proprio vt ſupra declaratum fuit, eadem ergo uidetur eſse indifferentia, ac contingentia accidentis, ac proprii. Niſi fortè dicas indifferentiam accidentis ratione ſubiecti eſse, quia ſubiectũ poteſt eſse ſub tali accidente, ac ſub eius oppoſito, puta ſub albedine, ac ſub nigredine, at homo non poteſt eſse ſub riſibilitate, & ſub hinnibilitate. Et ita per hoc poſſumus ſaluare illam reſponſionem prius allatam.

Contra Fran. de May.

Accidẽs inſeparabile quõ differt a proprio ſm ochã

Secundo notandum ex Logica Ocham parte prima, cap. vigeſimo quinto. Accidẽs inſeparabile differre a proprio, quia quamuis accidens inſeparabile, non poſſit naturaliter auferri a ſubiecto, ſine corruptione ipſius ſubiecti, tamen conſimile accidens poteſt auferri ab aliquo ſubiecto, ſine illius corruptione. Et exemplificat de nigredine corui, quæ licet a coruo ſeparari nequeat ſine illius corruptione, poteſt tamen nigredo naturaliter ſeparari a ſorte abſque hoc, quod ſortes corrumpatur.

Proprium autem non plus eſt inſeparabile ab vno, quam ab alio, & ideo a nullo naturaliter auferri poteſt ſine illius cor-

rup-

Contra Ocham. ruptione. Sed contra hoc eſt, nam tunc quantitas eſſet proprium, & non accidens inſeparabile, quia non plus eſt inſeparabilis naturaliter ab uno, quam ab alio. Niſi fortè dicas, aliquam quantitatem eſſe naturaliter ſeparabilem ab aliquo ſubiecto abſq; eius corruptione, vt contingit in condenſatione, ac rarefactione, vbi corrūpitur quantitas prior, & noua generatur abſque ſubiecti corruptione, ut multi tenent, quod tamen Ocham videtur negare. 1 diſtin. 17. & 3. quæſt. 6.

Tertio notandum, quod Auerroes exponendo Porphyrium, & 1. Top. cap quarto, dicit definitionem accidentis, ibidem poſitam ab Ariſt. & hic aſſignatam a Porphyr. ſecundo loco, tantum conuenire accidenti ſeparabili.

Contra Auerroē. Contra prima, & ſecunda definitio hic aſſignata a Porphyrio non differunt re, vt ſupra dictum fuit, at prima definitio ſecundum Comment. conuenit accidenti, tam ſeparabili, quam inſeparabili, ergo & ſecunda.

Subſtā ē ſeparabilis ā quolibet accidente. Quarto notandum ex Trombeta, ſeptimo Metaph. quæſtione 3. art. 3. & vltimo, quod ne dum ſubſtantia in communi, ſed etiam in particulari poteſt ſeparari a quolibet accidente, loquendo de ſeparabilitate, quæ eſt ſecundum potentiam Logicam, quæ potentia eſt non repugnantia terminorum. Et etiam potentia metaphyſica, quæ eſt, quod in conceptu formali ipſius ſubſtantiæ, vt ſubſtantia eſt, ac inquantum hæc ſubſtantia, non includitur aliquod accidens: propter quod tenet Doctor in reportationibus pariſienſibus, prima diſt. 42. quæſtione ſecunda, hominem poſſe eſſe ſine quantitate. Si autem loquamur de ſeparabilitate, ſecundum potentiam phyſicam, & naturalem, ſic ſubſtantia non eſt naturaliter ſeparabilis a quolibet accidente.

Accidēs qūo dr̄ abeſſe p̄ter ſubiecti corruptionem. Ibi. Ideo exponitur illud, &cæt. Ponit Doctor proprium modum dicendi, qui eſt etiam Boetii in Commento Dicitque accidens abeſſe, ſecundum intellectum, præter ſubiecti corruptionem, ideſt præter deſtructionem eſſentialis intellectus ſubiecti, cum igitur accidens inſeparabile non includatur in conceptu formali ſubiecti, ideo poteſt abeſſe, ſecundum intellectum, & ita ſeparari a ſubiecto, ſeparabilitate, quæ eſt ſecundum potentiam metaphyſicam.

Contra. Contra obiicit Doctor, quia iſta expoſitio non uidetur ſaluare accidentis definitionem non conuenire proprio, nam proprium hoc modo abeſt, quia ſpecies, quæ eſt eius ſubiectum, cum ſit prior natura proprio, completè poteſt intelligi ſine proprio. Reſpondet Doctor, quod abeſſe, ſecundum intellectum poteſt intelligi dupliciter, uno modo per poſitionem ſui oppoſiti. Alio modo ſine poſitione ſui oppoſiti. Abeſſe ſm̄ intelſm̄ dupliciter.

Primo modo accidens dicitur abeſſe, ſecundum intellectum præter ſubiecti corruptionem, ideſt accidens eſt prædicatum non eſſentiale ſubiecto, ſub cuius oppoſito poteſt ſubiectum intelligi completè ſine repugnantia intellectuum. Vel breuius iſta exprimendo, accidens [ait Doctor] ineſt per ſe, vel non conuertibiliter, & hoc intelligendo ly ineſt, ut prius dictum eſt, ſcilicet ſecunde intentionaliter, & propriè. Modo proprium non dicitur abeſſe hoc modo, quia ineſt per ſe, & conuertibiliter, cum eius ſubiectum non poſſit completè intelligi ſub eius oppoſito ſine repugnantia. Et ſi quæras de quo oppoſito loquitur hic Doctor. Dico, quod loquitur de oppoſito poſitiuo, quod patet ex exemplo Porphyrij, ubi dicit, quod poteſt intelligi coruus albus.

Poteſt etiam hoc idem intelligi de oppoſito priuatiuo. Vnde ſubdit Porphyr. Et æthiops abiiciens colorem. Species autem nec in primo, nec multo minus, in ſecundo ſigno naturę poteſt intelligi ſub oppoſito poſitiuo, uel priuatiuo propriæ paſſionis. An uero ſubiectum paſſionis, in primo ſigno poſſit intelligi ſub oppoſito contradictorio ipſius proprii? Dicunt quidam, quod non, & hoc, uel quia tunc eſt tantum ipſum, unde homo in primo ſigno nec eſt riſibilis, nec non riſibilis. Vel quia paſſio ineſt in primo ſigno, licet non pro primo ſigno. Subiectū paſſiōis an poſſit intelligi ſub eius oppoſito cōtradictorio.

Ibi. Contra iſtud, &cæt. Vt termini in accidentis definitione poſiti magis dilucidentur, Doctor dupliciter obiicit contra accidentis definitionem iam declaratam. Quorum obiectionum.

Secunda ponitur ibi. Item omne, &cæt. Arguit ergo Doctor, primo oſtendendo hanc

1. Obiectio contra accidētis deſ̄onem. hanc accidentis definitionem non eſſe bonam, quia in ea ponuntur particulæ ſe inuicem deſtruentes. Arguit autem per quatuor conſequentias ſic. Si hæc accidentis definitio eſt cōuenienter data, ergo ꝑ ſe ineſt definito, ergo accidens per ſe adeſt, & abeſt, ergo per ſe adeſt, ergo non poteſt abeſſe, ſed hoc ultimum cōſequens eſt falſum, ergo & primum antecedens [quod eſt accidentis definitio] erit falſum, ſeu inconuenienter aſſignatum.

Prima, ac ſecunda conſequentia patent, ex primo poſter. & ex 6. Topicor. & ex his, quæ ſæpius diximus, nam definitio, & eius partes [ſaltem loquendo de definitione merè quidditatiua] prædicantur in primo modo dicendi per ſe, de definito, ut communiter dicitur.

Tertiam conſequentiam probat, quia a tota copulatiua ad alteram eius partem tenet conſequentia.

Vltima conſequentia poteſt probari per locum ab oppoſitis, quia duo oppoſita eidem conuenire nequeunt, & maximè per ſe, adeſſe autem, & abeſſe ſunt oppoſita, igitur ſi accidens per ſe adeſt, non poteſt per ſe abeſſe.

Aliorū rñſio. Ibi. Ad primum iſtorum, & cætera. Dupliciter reſpondet huic primæ obiectioni. Primo ponit aliorum reſponſionem, quam poſtea reprehendit. Quidam ergo negant illam tertiam conſequentiam propter fallaciam a ſecundum quid ad ſimpliciter.

Nam in illo antecedente [accidens per ſe adeſt, & abeſt] ly adeſt non accipitur abſolutè, & ſimpliciter, quia ſic poteſt conuenire his, quæ poſſunt abeſſe, & his, quæ non poſſunt abeſſe: ſed accipitur cum determinatione diminuente, quæ denotatur per ly abeſt, ratione cuius ly adeſt in antecedente ſumitur tantum pro his, quæ poſſunt adeſſe, & abeſſe, in conſequente uerò illius tertiæ conſequentiæ, ly adeſt ponitur abſolutè, & ſimpliciter, & ideo fit fallacia a ſecundum quid ad ſimpliciter. Hoc exemplo declaratur, non.n. ſequitur propter talem fallaciam, contingens neceſſario eſt contingens, ergo contingens neceſſario eſt.

Nam in antecedente neceſſario eſſe attribuitur contingenti, ſub ratione contingentis, & in conſequenti ſub propria ratione.

Vnde illud antecedens, eſt verum, quia ſecundum Doctorem, primo diſtinctione vigeſima ſexta, & primum reportationum, diſtinctione tertia, quæſtione quinta. Vnumquodque, quod ſecundum quid eſt aliquid, ſimpliciter eſt illud, ſecundum quid, ut homo mortuus eſt ſimpliciter homo mortuus. Cōſequens autem eſt falſum, ut patet.

Contra hanc reſponſionem arguit Doctor, quia a genere poſito ſub differentia, tenet conſequentia ad genus ſimpliciter, ut ſequitur, animal rationale, ergo animal, ſed adeſt eſt genus intermedium accidentis, & totum hoc, abeſt præter ſubiecti corruptionem, ponitur loco differentiæ reſpectu ipſius adeſt, ergo illa tertia conſequentia eſt bona, cum hoc modo arguatur in ea. Contra.

Ibi. Poteſt igitur, & cætera. Impugnata aliorum reſponſione, aliter reſpondet, concedendo aliquo modo [id eſt in aliquo ſenſu] conſequentiam eſſe bonam. Diſtinguit autem antecedens, & conſequens, ſecundum compoſitionem, & diuiſionem: nam cum dicitur in antecedente, accidens per ſe adeſt, & abeſt, & in conſequente, ergo accidens per ſe adeſt, ly per ſe poteſt determinare in utraque propoſitione, inhærentiam, uel inhærens, ut in ſimili dictum fuit, ſupra quæſtione undecima, & decima quarta, ac alibi, ſi determinat inhærentiam, ſic utraque propoſitio eſt vera. Tunc enim ſenſus eſt, quod adeſſe, & abeſſe per ſe inſunt accidenti. Sicut etiam cum dicimus, accidens per ſe eſt ens, ſenſus enim eſt, quod ens per ſe ineſt accidenti. Si autem determinat inhærens, ſic utraque propoſitio eſt falſa, cum enim adeſſe per ſe, idem ſit, quod eſſe accidens per ſe, accidenſque, per ſe idem ſit, quod proprium, ideo idem eſt dicere accidens per ſe adeſſe, [vt ly per ſe determinat inhærens,] & accidens eſſe proprim. Sicut etiam idem eſt dicere accidens eſt ens per ſe, & accidens eſt ſubſtantia, ſumendo ly per ſe, ut determinat inhærens. Rñſio Scoti.

Huic ſunt tres difficultates. Prima, an ly per ſe, ut determinat inhærentiam faciat ſen- Très difficult.

ſenſum compoſitum, & ut determinat inhærens faciat ſenſum diuiſum, uel è conuerſo? ſecunda eſt, quid dicendum ad ultimam conſequentiam. Tertia eſt, an adeſſe, & abeſſe opponantur?

Sēſus diuiſus q̃d. Ad primam dicit Ioan. Anglicus, quod ſenſus diuiſus eſt diuidendo, ſeu diſiungendo ly per ſe a prædicato in antecedente, & conſequente, & coniungendo ipſum inhærentiæ. Ex quo ſequitur ly per ſe, ut determinat inhærentiam, facere ſenſum diuiſum, & ita iſtæ duæ propoſitiones [ſcilicet antecedens, & conſequens] erunt ueræ in ſenſu diuiſo. Sēſus cōpoſitus quid. Senſus autem compoſitus eſt coniungendo per ly per ſe prædicato antecedentis, & conſequentis. Ex quo ſequitur ly per ſe, ut determinat inhærens, facere ſenſum compoſitum, & ideo illæ duæ propoſitiones erunt falſæ in ſenſu compoſito.

Contra Ioā. Anglicū. Sed contra iſta arguitur, nam propoſitio exponenda in ſenſu diuiſo, habet reduci ad duas cathegoricas, uel poteſt exponi per unam copulatiuam, ut ſenſus diuiſus huius propoſitionis, album poſſibi'e eſt eſſe nigrum, eſt iſte, hoc eſt album, & hoc poteſt eſſe nigrum.

Quod manifeſtum eſt ex doctrina Scoti. prima diſt. 39. & alibi. Sed iſta propoſitio, accidens per ſe adeſt, non poteſt rectè exponi per duas cathegoricas, ſeu per unam copulatiuam, niſi vt ly per ſe determinat inhærens, ergo ly per ſe, ut determinat inhærentiam non facit ſenſum diuiſum.

Minor patet, ex Mauritio, illa enim propoſitio, accidens per ſe adeſt, & abeſt, ſic exponitur, ut ly per ſe determinat inhærens, accidens adeſt, & abeſt, & tale, quod adeſt, & abeſt, eſt per ſe tale.

Item modi uerificabiles de tota propoſitione, ut ſunt poſſibile, impoſſibile, per ſe, & alii huiuſmodi, quando ſe tenent ex parte ſubiecti, uel prædicati faciunt propoſitionem compoſitam, & quando ſe tenent ex parte copulæ faciunt diuiſam, ut habet Tartaretus in ſummulas tractatu primo, & ſexto. ſed per ſe, ut determinat inhærens ſe tenet ex parte prædicati, & ut determinat inhærentiam ſe tenet ex parte copulæ, ut ipſe quoque Anglicus concedit, ergo per ſe, ut determinat inhærētiam facit ſenſum compoſitum, & ut determinat inhærens facit ſenſum diuiſum.

Sēſus diuiſus, & cōpoſit⁹ q̄ ſic dicūtur. Vnde potius debet uocari, ſenſus diuiſus, quia diſiungit modum natum determinare copulam uerbalem ab ipſa copula, & illum coniungit prædicato. Appellatur uero compoſitus, quia coniungit ly per ſe copulæ uerbali.

Ad alias duas difficultates dicendum, illam ultimam conſequentiam eſſe negandam, non enim ſequitur, accidens per ſe, adeſt, ergo non poteſt abeſſe. Adeſſe, abeſſe ñ opponūtur. Nec eſt uerum quod adeſſe, & abeſſe, [ut de eis hic loquitur Doctor] ſint oppoſita, quia ſe habent vt genus, & differentia, ut iam dictum eſt. Aliter poſſumus dicere, quod per ſe adeſſe, & per ſe abeſſe poſſunt comparari, uel ad ipſum accidens abſolutè ſumptum, uel ad accidens ſumptum in habitudine ad ſubiectum.

Alia rñ. Primo modo, per ſe adeſſe, & per ſe abeſſe coniunctim, ac diuiſim conueniunt accidenti, quia ſunt de eius definitione, & partes definitionis coniunctim, ac diuiſim cōueniunt per ſe definito, & maximè ſi ſit ſermo de definitione merè quidditatiua, uel ſi ſit ſermo de parte non definiente, ut additum. Cum igitur adeſſe, & abeſſe definiant accidens, & non ut additum, quoniā ſe habent, ut genus, & differentia, ideo non ſequitur accidens per ſe adeſt, ergo non poteſt abeſſe. Si autem adeſſe, & abeſſe comparentur ad accidens ſumptum in reſpectu ad ſubiectum, ſic adeſſe, & abeſſe, neque ut ſonant actum, neque ut ſonant aptitudinem poſſunt coniunctim, & ſimul conuenire accidenti, impoſſibile enim eſt, aliquod accidens ſimul, & coniunctim adeſſe, ac abeſſe alicui ſubiecto, ac etiam quod habeat aptitudinem ad ſimul adeſſe, & abeſſe eidem ſubiecto. Et ideo hoc modo tenet illa ultima conſequentia, ſequitur enim, accidens per ſe adeſt, ergo non poteſt abeſſe.

Ibi. Item omne accidens, &cæt. Obiicit Doctor contra id, quod dictum eſt declarando accidentis definitionem. Vbi dictum eſt, quod accidens contingit ineſſe, & non ineſſe, ideſt non neceſſario ineſt ſubiecto. Contra obiicit Doctor oſtendendo omne accidens neceſſario ineſſe. Nam ineſſe eſt de eſſentia accidentis, ſed omne accidens, neceſſario eſt accidēs, ergo omne accidens, neceſſario ineſt.

Minor

Minor patet, cum enim omnis propoſitio, quæ eſt vera primo modo dicendi per ſe, ſit uera cum modo neceſſitatis, & iſta ſit vera per ſe, primo modo, omne accidens eſt accidens, quia idem prædicatur de ſe, ergo eſt uera cum modo neceſſitatis.

Huic obiectioni ſimiliter reſpõdet, nam ly neceſſario poteſt determinare inhærentiam, uel inhærens. Primo modo, tam minor, quam concluſio eſt vera. Et non facit Doctor mentionem de maiori, quia in ea, ut patet, non ponitur ly neceſſario. At ſecundo modo utraque eſt falſa.

argm̃ 1. princip. Ad negatiuam huius quæſtionis, arguit Doctor oſtendendo definitionem accidentis non eſſe conuenienter aſſignatam. Et primo arguit generaliter, idest medio generali, ſeu communi, quod dicitur generale, ſeu commune, quia poteſt deſeruire ad impugnandas plures alias definitiones. Videtur ergo illam definitionem non eſſe conuenienter aſſignatam. Tum quia datur per copulationem. Tum quia non eſt ibi genus, neque differentia. Quod eſt contra regulas Ariſtot. poſitas. 6. Topic. ac. 7. & 8. metaph.

Reſp. ad 1. princ. Reſpondet negando, quod ibi non ponatur genus, & differentia. Et per illud copulatum eſt aliud circumlocutum, ut in ſimili dictum fuit, ſupra q. 31.

2. Argm̃ princip. Arguit etiam tripliciter contra primam particulam illius definitionis. Primo, quia res ſecundæ intentionis non definitur per rem primæ intentionis, ſed accidens eſt res ſecundæ intentionis, adeſſe autem, & abeſſe ſunt res primæ intentionis, ergo accidens non definitur conuenienter per adeſſe, & abeſſe.

Minor probatur, nam adeſſe eſt cuius eſt eſſe, ſed eſſe eſt rei, extra animam, ergo & adeſſe. Secundo ſic arguit, nihil quod eſt vniuocum rebus diuerſorum generum definitur per id, quod non eſt uniuocum rebus diuerſorum generum, quia pars definitionis eſt in plus, quam definitum, ſecundo poſter. ſed accidens poteſt uniuocè competere rebus diuerſorum generum, quod non eſt verum de adeſſe, & abeſſe, quia quibus eſſe non eſt uniuocum, nec adeſſe, ſed eſſe non eſt uniuocum diuerſis prædicamentis, ſicut nec ens, ergo accidens non definitur conuenienter per adeſſe, & abeſſe.

Reſpondet, quod adeſſe, & abeſſe ſumuntur in definitione accidentis, ut ſunt nomina ſecundæ intentionis, & ſic uniuocè conueniunt omnibus, quibus, & accidens. Reſp. ad 2. argm̃ princip.

Tertio arguit oſtendendo, quod accidẽs non contingit eidem ineſse, & non ineſse, cum neceſſario inſit. Quod enim ei cui ineſt, neceſsario ineſt, non contingit eidem ineſse, & non ineſse, ſed accidens, vt quælibet intentio cui ineſt, neceſsario ineſt, ergo accidens non ineſt contingenter. 3 argm̃ princip.

Maior patet, quia oppoſitum prædicati infert oppoſitum ſubiecti.

Minor probatur dupliciter. Primo ex immutabilitate ſubiecti intentionis, quod enim ineſt ei, quod eſt impermutabile, & neceſsarium inquantum tale neceſsario ineſt, ſed intentio ineſt ſubiecto inquantum impermutabile, & neceſsarium, quia inquantum conſideratur ab intellectu, ſeu inquantum habet eſse obiectiuum, ergo &cæt. Secundo probatur eadem minor inductiuè, nam homo neceſsario eſt ſpecies, & animal neceſsario eſt genus, & rationale neceſsario eſt differentia, & riſibile neceſsario eſt proprium, ergo album neceſsario eſt accidens, & ex conſequenti accidens neceſsario ineſt ei cui ineſt.

Reſp ad 3. argm̃ princip. Ad hoc argumentum Doctor reſpondet in fine quæſtionis, concedendo accidens neceſsario ineſse, ut ly neceſsario determinat inhærentiam, non inhærens. Vnde poteſt aliquid neceſsario ineſse, ut ly neceſsario determinat inhærentiam, ac etiam contingenter ineſse, ut ly contingenter determinat inhærens.

Notandum, quod ſi homo, & album, ac alia ſubiecta intentionum conſiderantur, ut per talem proprietatem apprehẽduntur ab intellectu, ſic intentio originata a tali proprietate neceſsario dicitur ineſse tali ſubiecto. Sicut ſi homo conſideratur inquantum communicabilis differentibus numero, ei neceſsario ineſt ſpecies, ſic quod ei, vt ſic conſideratus, alia intentio applicari non valet. Hocque idem de aliis intentionibus dicendum eſt. Quidam aliter putant ad hoc argumentum reſponderi poſse, negando minorem.

Quorũdã inſio. Ad primam eius probationem dicunt, dato quod aliquid inquantum conſideratur a ratione, & ex conſequenti inquãtum eſt

eſt ſubiectum intentionis, ſit impermutabile, & neceſſarium, non tamen ſequitur, quod fundatum in ipſo ſit neceſſarium, vel neceſſario inſit, niſi forte neceſſitate conſequentiæ, comparatis ſcilicet extremis.

Ad aliam probationem minoris dicunt, nullam intentionem neceſſario ineſſe, quia modi intelligendi ſunt ſeparabiles, ut dictũ fuit, ſupra q. 16.

4. Argũ princip. Quarto principaliter argumentatur contra ſecundam particulam definitionis accidentis, quæ eſt. Adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Nihil enim eorum, quæ neceſſario inſunt, poteſt abeſſe præter ſubiecti corruptionem, ſed quantitas, nigredo, & albedo ſunt accidentia communia, neceſſarioque ineſt, quãtitas homini, nigredo, coruo, ac albedo cygno, ergo aliquod accidẽs commune non poteſt abeſſe, ſeu non ineſſe, præter ſubiecti corruptionem.

Minor quo ad ſecundam partem patet. quo ad primam dupliciter probatur. Primo auctoritate Porphyr. diuidentis accidens in accidens ſeparabile, & in accidens inſeparabile, & ibi exemplificat de nigredine corui, ſecundo ratione, quia omne prædicatum non eſſentiale, uel eſt proprium, vel accidens, ut hic ſumitur accidens, ſed quando dicitur homo eſt quantus, quantum eſt prædicatum non eſſentiale, & non eſt proprium, ergo eſt accidens.

Reſp. ad 4. argũ princ. Reſpondet, quod quodlibet accidens, quod non eſt proprium, uel ſit ſeparabile, vel inſeparabile, dicitur abeſſe ſaltem, ſecundum intellectum, quia ſubiectum poteſt intelligi ſub eius oppoſito, vt ſupra declaratum fuit.

5. argũ princip. Quinto principaliter arguit contra eandem particulam. Nulla corruptio adeſt præter ſubiecti corruptionem, ſed corruptio eſt accidens, ergo accidens non adeſt præter ſubiecti corruptionem.

Maior patet, quia nulla corruptio poteſt adeſſe ſine ſe ipſa, ſed ſi adeſſet præter ſubiecti corruptionem adeſſet ſine ſe ipſa, quoniam quando corruptio adeſt, ſubiectum dicitur corrumpi, quemadmodum multa alia ſubiecta denominantur ab accidẽtibus ſibi inexiſtentibus.

Reſp. ad 5. princ. Huic argumento dupliciter reſpondet. Prima reſponſio eſt negando maiorem de ſubiecto, in quo eſt corruptio, quod equidem ſubiectum eſt id, quod manet in trãſmutatione ſub utroque eius termino, unde Philoſophus primo phyſ. & primo de generatione, dicit materiam eſſe ingenerabilem & incorruptibilem.

Corruptio q ũ adeſt p̃ter ſubiecti corruptionem. Contra obiicit Doctor, quia corruptio dicitur corruptio illius ſubiecti in quo eſt, igitur corruptio non adeſt præter ſubiecti corruptionem.

Contra. Rñſio. Reſpondet [& per hoc patet, quid dicendum eſt ad probationem maioris] diſtinguendo de ſubiecto in quo, & de quo, ſeu de ſubiecto, informationis, & denominationis. Tunc dicit, quod licet corruptio, ſi adeſt, ſeu inſit alicui ſubiecto, ſit formale accidens illius ſubiecti in quo eſt, non tamen oportet, quod ſit corruptio illius ſubiecti in quo eſt, quia eius dicitur corruptio, quod denominatur ab ea, tale autem appellatur ſubiectum de quo, & non in quo, unde materia [quæ dicitur ſubiectum in quo eſt corruptio] non dicitur uerè corrumpi. Quod autem hoc modo diſtinguendum ſit de ſubiecto corruptionis, declarat Doctor multis exemplis, hoc enim uniuerſaliter eſt verum in accidentibus ſubiectum non denominantibus. (Sub̃m corruptionis duplex.)

Accidẽtia ſubiectũ non denominatia habẽt dup. ſub̃m. Primum exemplum eſt de loco, qui ut eſt accidens, eſt corporis locantis, ſeu eſt in corpore locante. Vnde 4. phyſ. text. Commen. 41. dicit Philoſophus, locum eſſe ultimum corporis continentis immobile primum. Sed non dicitur poſtea locus corporis locantis, ſed corporis locati, paſſio verò locantis.

Locus multipliciter. Notandum, quod locus poteſt accipi, uel pro materiali, hoc eſt pro ultima ſuperficie corporis locantis. Vel pro formali, & hoc, uel pro ubi actiuo, uel pro ubi paſſiuo. Locus pro materiali, ac ubi actiuum eſt in locanti ſubiectiuè, ac ubi actiuum [quod importat quendam reſpectum] eſt terminatiuè in locato. At ubi paſſiuum eſt ſubiectiuè in locato, & terminatiuè in locante. Aliud exemplum eſt de actione, quæ dicitur eſſe patientis, ut ſubiecti, non autem eſt patientis, ſic quod denominet patiens, denominat enim agens, cum agens actione agat. Sed contra hoc eſt auctor ſex principiorum dicens, actionem fundari in motu.

Reſpondeo, quod actio poteſt accipi,

vel formaliter, vel materialiter. Formaliter eſt reſpectus extrinſecus adueniens agẽtis ad paſſum, eſt.n. actio hoc modo ſumpta in agente ſubiectiuè, & in paſſo terminatiuè. Actio materialiter ſumpta eſt forma producta ab agente in paſſum, vt caliditas producta ab igne in aqua. Seu eſt ipſa res acta, ut tñ̃ includit iſtum reſpectum, quem exprimit hoc, quod eſt ab alio. Vide Scotum. 4. d. 13. q. 1. ac alibi, vbi ponit multas acceptiones actionis. Et de actione hoc modo ſumpta loquitur Doctor hoc in loco. Ad auctorẽ ſex principiorum dicendum, ꝙ loquitur concomitanter, actio.n. cõcomitatur motum. Vel dicas, ꝙ accipit motum, pro materiali, i. pro forma producta, & ſic tam actio, q̃ paſſio dr̃ eſſe in motu diuerſimode tñ̃, nam actio dr̃ eſſe in motu, ſeu in forma producta terminatiuè, & paſſio quaſi ſubiectiuè. Notandũ, ꝙ Albertus dicit mortem, & cõbuſtionẽ nõ eſſe accidentia poſitiua, de quibus loquitur Porph. ſed deſtructiones, ac priuões. Huicq; ſnīæ ſubſcribit Fran. de May. ſuper vniuerſalia paſſu 27. Io. Anglicus dicit illam particulam, præter ſubiecti corruptionem, addenda eſſe ad ly abeſt, & non ad ly adeſt. Accidens .n. dr̃ abeſſe, præter ſubiecti corruptionem, quia non determinat ſibi cãm aliquam in ſubiecto determinato, & per hoc accidens diſtinguitur a proprio. Alii ẽt aliter dicunt: vide Mauritiũ, ubi dubitat circa hãc rñ̃ſionẽ.

Quõ actio eſt ĩ motu.

Alia rñ̃. ad 5. priñ cipale.

Secundo rñdet ad quintum principale, nam corruptio poteſt attendi, aut quo ad eſſe reale ſubiecti, aut quo ad intellm̃ eſſentialem ſubiecti corruptionis. Corruptio nõ poteſt realiter adeſſe ſubiecto ſine corruptione eſſe realis, ac phyſici ipſius ſubiecti. Poteſt tñ̃ corruptio adeſſe præter corruptionem ſubiecti, i. ſine corruptione, ac deſtructione intellectus ſubiecti, ſeu ſine repugnantia intellectuum. Quod ſi obiicias, quia in tranſmutatione ſubſtantiali res amittit nomen, ac definitionem, ſecundum Comm. de ſubſt. orbis, c. 1. & 1. phy. Comm 63. Poteſt forte dici, ꝙ Doctor hic loquitur de corruptione, ſm̃ q̃d & non de corruptione ſimpliciter, quæ eſt tranſmutatio ſubſtantialis. Et ſciendum, ꝙ duplex eſt eſſe reale ſubiecti, quoddam eſt eſſe ſimpliciter, quoddam eſt eſſe ſm̃ quid. Corruptio ſecundum quid licet non poſſit adeſſe abſque corruptione eſſe realis phyſici, ac ſecundum quid ipſius ſubiecti. Poteſt tamen adeſſe abſque corruptione eſſe ſimpliciter ipſius ſubiecti. Et ita ſubiectum corruptionis, ſm̃ quid non amittit nomen ac definitionem ſpeciei. Mauritius ex his, q̃ hẽt Scotus 1. periher. q. 3. & 7. rñdet, ꝙ illa auctoritas loquitur de amiſſione nominis, ac definitionis in eſſe exiſtentiæ, & reali. Hic uero Doctor loquitur logicè, & metaphyſicè de intellectu eſſentiali, definitione, ac nomine. Vel tertio dicamus intentionem Comm. non eſſe, ꝙ ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis amittat nomẽ materiæ, ſeu yllis, & definitionem merè quidditatiuã, ſi aliquam talem hẽt. Sed intentio eius eſt, ꝙ amittit nomen, quod denominatiuè hẽt a forma, ac definitionem, quæ eſt per additamentum, in qua neceſſario cadit forma. Quod poſtea non eſt uerum de tranſmutatione accidentali, quia in tranſmutatione ſubſtãtiali non manet eadem forma in principio, ac in fine illius tranſmutationis, at in accidentali tranſmutatione manet eadẽ forma, quæ ſucceſſiuè acquiritur. Exemplum eſt de corpore, quod cum amittit aĩam, non amplius dr̃ animatum: homo autem cum tranſmutatur ab albedine, ut duo ad albedinem, ut octo, ſemper dr̃ albus. Quod autem hæc ſit intentio Auer. patet ex his, quæ hẽt 1. phy. Comm 63 ubi habet hæc verba. Corpus autem, cuius nomen, & definitio mutaẽ per tranſmutationem diſpoſitionem, &c. Et 2. de anima, Comm. 8. habet hæc verba. Formæ igitur naturales ſubſtantiæ ſunt, quia cum ablatæ fuerint, aufertur nomen, quod demonſtrat ens, ſm̃ ꝙ eſt indiuiduum ſubſtantiæ. Deinde ſubdit, quod cum formę rerum naturalium auferuntur, auferuntur materiæ ipſarum. Quod debet intelligi quantũ ad nomen, & definitionem, de quib. ſupra. Niſi dicas, quod ibi loquitur de materia ſecunda, & non de materia prima, ut exponit Zimara in contradictionibus.

Corruptio quõ pt adeſſe pter ſubiecti corruptionem.

Obiectio tollitur.

Corruptio duplex.

In tranſmutõne ſubali res amittit nomen, & defõnẽ.

In tranſmutõne accidentali res nõ amittit nomẽ, neq̃ defõnẽ.

Cũ formę ſubales auferũt, auferũtur materiæ ipſarum

Vltimo principaliter arguit Doctor non ſpecialiter contra illam particulam, abeſt, ut dicit Mauritius: ſed cõtra totam illam, ſecũdam particulam, abeſt præter ſubiecti corruptionem, & intendit oſtendere, quod accidens non poteſt abeſſe remanente ſubiecto. Relatiua ſunt ſimul natura, & ideo deſtructo uno, deſtruitur & reliquum, ſed accidens & ſubiectum ſunt correlatiua, igitur deſtructo accidente, deſtruitur & ſubiectum, ſed cum

Vltimũ argm̃ princip.

cũm accidens abeſt, non eſt, quia deſtruitur, & non manet ſeparatum a ſubiecto, igitur cum accidens abeſt, ſubiectum non eſt, & ex cõſequenti accidens non põt abeſſe abſq; corruptione ſubiecti. Minor probaẽ dupliciter. Primo, quia oĩs ſpecies vniuerſalis eſt relatiuum, ſed accidens eſt ſpecies vl'is, ergo eſt relatiuum, non uř autem ad aliud dici, niſi ad illud cuius eſt accidens, quod eſt ſubiectum, ergo accidẽs, & ſubiectum ſunt correlatiua. Secundo, quia in definitione relatiui [ſi ſit conuenienter data] ponitur correlatiuũ, ſed nihil uř poſitum eſſe in definitione accidentis pro correlatiuo, niſi ſubiectum, ergo ſubiectum eſt correlatiuum accidentis.

Reſp. ad ultimũ princip. Rñdet negando minorem, quæ ſubſumiẽ, non. n ex hoc, quod accidens abeſt, ſequitur ipſum non eſſe, & hoc accipiendo abeſſe, ut hic ſumitur in definitione accidentis. Vnde accidens abeſſe pter ſubiecti corruptionem, ſic intelligitur, quod. ſ. ſubiectum põt intelligi ſub oppoſito accidẽtis pter deſtructionẽ intellectus eſſẽtialis ſubiecti. Mõ ex hoc, q accidẽs abeſt hoc mõ, nõ ſequiẽ ipsũ nõ eſſe.

Accidẽs abeſſe quid.

Obiicit Doctor dupliciter contra hanc expoſitionem Primo arguit a maiori ad minus negatiuè. Magis. n. uř, quod ſubiectum poſſit complete intelligi ſine accidente, q̃ q poſſit intelligi ſub oppoſito accidentis, ſed non põt intelligi cõpletè ſine accidẽte, ergo nec ſub oppoſito accidẽtis. Maior patet, qa multa poſſunt abſtrahi abſtractione pciſiua, q̃ nõ poſſunt abſtrahi abſtractione diuiſiua, unde homo pt intelligi ſine riſibilitate, i nõ intelligendo riſibilitatem, non tñ põt intelligi ſub oppoſito riſibilitatis. Minor pbaẽ, unum relatiuorũ non põt definitè ſciri ſine altero, ex prædicam. c. de ad aliquid, ſed ſubiectum, & accidens ſunt correlatiua, ut dř ſupra in opponendo [. i. in ultima ratione principali] ergo ſubiectum non poteſt complete intelligi ſine accidente.

Contra.

reſpõſio Huic obiectioni rñdẽdo duo facit. Primo reſpondet. Secundo remouet quandam expoſitionem. Secundum ibi. Si diceretur, &c. Reſponſio igitur eſt negando minorẽ, quod . ſ. ſubiectum non poſſit complete intelligi ſine accidente. Ad cuius pbõnem diſtinguẽdum eſt de relatiuis, [quædam. n. ſunt relatiua per ſe, quædam per accidens. Et per relatiua per ſe, intelligit doctor relatiua, q̃ mutuo referuntur, q̃ ſunt relatiua primi, & ſecundi modi. Et per relatiua per accidens intelligit relatiua, q̃ non mutuo referuntur, ut ſunt relatiua tertii modi, quæ dñr ad aliquid, quia alia ſunt eorum. Hac diſtinctione pręhabita, dicendum dictũ Ariſt in prædicamentis intelligendũ eſſe de relatiuis per ſe, & non de relatiuis per accidens: modo ſubiectũ eſt relatiuum per accidens, quia non refertur ad accidens, niſi quia accidens dř ad ipſum. Quod aũt dictum Ariſtot. non intelligatur de relatiuis per accidens, oſtendit exemplo de ſcibili, quod poteſt cognoſci non cognita ſcientia, cum ſit naturaliter prius ea. Hæc reſponſio poteſt confirmari ex dictis Ariſt. 9 met. text. Com. 13 ubi probat, quod actus eſt prior potentia definitione, quia potentia definitur per actum: actus autem non referẽ ad potentiam, quia tunc etiam actus definiretur per potentiam, & ita non eſſet prior definitione potentia. Sicut ergo potentia definitur per actum, & actus non definitur p potentiam, ita accidens definitur per ſubiectum, non autem ſubiectum definitur p accidens, & hoc quia neq; actus, & potentia, neq; ſubiectũ, & accidens mutuo referũtur. Igitur illa auctoritas Ariſt. in prædicam. ac Porph c. de ſpecie intelligenda eſt de relationibus mutuis, in utrorumq;. n. rõnib. neceſſe eſt utriſq; vti, quod etiam expreſſe dicit Doctor. 1. d 30. reſpondendo ad primam qonẽ.

relatiua ſũt ĩ duplici dĩa

In defõnevnius relatiui, quando ponitur correlatiuum.

Notandum tamen, quod ſubiectum, & accidens, ut ſunt intentiones poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo, ut ſupponunt pro fundamentis. Alio modo quo ad eorum entitatem. Primo modo dicuntur relatiua per accidens, ſubiectumque dř independens, & prius eſſentialiter accidente, accidens autem eſt poſterius ſubiecto, & eſſentialiter dependens ab eo. Et ponitur ſubiectum in definitione accidentis, ut habet rõnem abſoluti. Vnde licet in hac qõne ſubiectum uocetur correlatiuum a Doctore, tamen accipit correlatiuum pro termino relationis, ſeu p eo, quod non dř ad aliud, niſi quia aliud dř ad ipſum, quod uocatur correlatiuũ illius, qđ dř ad ipſum. Vnde doctor. 1 d. 30. dicit, quod in relatiuis tertii modi non oportet alterum extremũ, ſm aliquam relationem in eo, terminare iſtas relationes, ſed poteſt terminare præciſe ſub ratione abſoluti. Exemplum poteſt poni de ſcibili, quod dicitur hoc modo eſſe correlatiuum ſcientiæ.

Subm, & accidens poſſunt dupliciter cõſiderari.

Subie-

Subiectum uerò ſecundo modo conſideratum, quoad.ſ.ſuam entitatem, per ſe refert̃, non equidem ad accidens, ſed ad prædicatū, vel prædicabile & hoc inquantum habet rationem ſubiecti, uel ſubiicibilis. Inquantum uero habet rõnem accidentis [quia ſubiectū eſt ſecunda intentio, ac quælibet ſecunda intentio eſt accidens] per ſe refertur ad ſubiectum, ſeu fundamentum, in quo fundat̃.

Impugnatur quorundã expõ

Ibi ſi diceretur, &c. Remouet quandam expoſitionem. Dicunt. n. quidam, accidens abeſſe præter corruptionem ſubiecti, i. fundamenti intentionis, puta albi, cui applicatur intentio accidentis. Arguit Doctor oſtendẽdo non eſſe intelligendum per ly ſubiecti, fundm̃, ſeu ſubiectum intentionis. Nam in definitione ſecundæ intentionis non debet poni [ſaltem ſicut eius correlatiuum] res primæ intentionis, ſed per ly ſubiecti denotat̃ correlatiuum accidentis, ergo per ly ſubiecti non eſt intelligendum fundamentum intentionis, quod eſt res primæ intentionis: res. n. primæ intentionis non poteſt eſſe per ſe primum correlatiuum rei ſecundæ intentionis, quia correlatiua ſunt in eodem genere.

Contra.

Obiicit etiam ſecundo contra eandem reſponſionem ad ultimum principale, oſtendendo ſubiectum non eſſe intelligibile ſub oppoſito accidentis. Nam quod non eſt verum, non eſt intelligibile, ſed ſubiectum eſſe ſub accidente, & eius oppoſito, non eſt verū, ergo ſubiectum non eſt intelligibile ſub oppoſito accidentis. Maior probatur, quia intellectus ſolum verorum eſt, vt hr̃. 6. Ethic. c. 3. & 3. de anima text. Com. 51. Minor probat̃,

Veritas quid.

nam ueritas eſt adæquatio rei ad intellm̃, vt colligitur ex dictis Ariſt. 9. met. tex. Comm. 21. ubi habet hæc verba. Quamobrem uerũ dicit, qui diuiſum diuidi, & compoſitũ componi putat, falſum autem, qui contra q̃ res ſe habeat. Et parum infra ait. Non. n. ꝓpꝑea quod nos te uere putamus album eſſe, tu albus es, ſed ꝓpꝑea, quod tu albus es, nos, qui dicimus, uerum dicimus. Et x. met. dicit. Qđ uerum eſt dicere eſſe, quod eſt, uel non eſſe, quod non eſt. Cum igitur non ita ſit in re, quod. ſ. ſubiectum ſit ſub accidente, ac eius oppoſito, ergo hoc non erit verum, nec ex conſequenti intelligibile.

Pr̃ia rñ. Intellũs duplic.

Huic obiectioni tres affert reſponſiones. Prima eſt negando maiorem. Ad cuius ꝓbationem reſpondet diſtinguendo de intellectu, qui quandoq; capitur pro potentia intellectiua. Quandoq; pro habitu perficiente aĩam, & inclinante ad firmiter, promptè, ac faciliter aſſentiendum principiis indemonſtrabilibus. Et nota, quod hic loquor non de principiis eſſendi, ſed de principiis cognoſcẽdi, non equidem incomplexis, ſed complexis, non complexione indiſtantię [qualis eſt complexio definitionis, quæ non dicit eſſe, uel non eſſe] ſed de complexis complexione diſtante, & propoſitionali. Nec etiã loquor de quibuſcunq; principiis indemonſtrabilibus, ac complexis complexione diſtante, q̱a non loquor de principio, quod dr̃ indemõſtrabile, qm̃ eſt per ſe notũ per ſenſum, vel experientiam, ſiue fuerit uniuerſale, ſiue particulare, ſiue neceſſarium, ſiue contingens: nam principium ſic ſe extendit ad principia artis, prudentiæ, ac ſcientiæ. Sed loquor de principio ſtrictè ſumpto pro propoſitione vniuerſali, indemonſtrabili, ac neceſſaria.

Pr̃icipiorũ multiplicit.

Complexio duplex.

Habitus aũt talium principiorum uocat̃ intellectus anthonomaticè, [ut quidã dicunt] tum quia intellectiua potentia naturaliter adhęret illis. Tum ꝓp maximam propinquitatẽ in rõne actus ſecundi. Ariſt. ergo. 6. Eth. ac. 3. de anima loq̱tur de intellectu ſumpto pro habitu principiorum. Quod patet, quia 6. Eth. c. 3. diſtinguit intellectũ contra ſcientiam, quę propriè eſt habitus concluſionum demonſtrationis. Et in fine cap. 6. dicit. Intellectum eſſe habitum principiorum.

Habitus pr̃icipiorũ quar̃ vocatur ĩtellect⁹.

Aliter rñdet diſtinguendo de intelligere ſubiectũ ſub oppoſito accidentis, hoc. n. põt dupliciter intelligi. Vno modo, quod intelligat ſubiectum eſſe ſub oppoſito accidentis. Alio modo, quod intelligat ſubiectũ ſub oppoſito accidentis. Primo modo intellectus intelligens ſubiectum eſſe ſub oppoſito accidentis, ſaltem inſeparabilis, eſt falſus Et hoc ſiue intelligat ſubiectũ eſſe ſub oppoſito talis accidentis, in ſenſu diuiſo, ſiue in ſenſu compoſito. Si aũt ſit ſermo de accidẽte ſeparabili, ſic intellectus intelligens ſubiectũ eſſe in ſenſu compoſito ſub oppoſito talis accidentis, eſt falſus, ſi uero intelligat ſubiectum eſſe in ſenſu diuiſo ſub oppoſito talis accidẽtis, nõ eſt falſus. Exemplum eſt, ſi intelligat intellectus coruum eſſe album, eſt falſus. Eſt etiam falſus ſi intelligat coruum ſimul eſſe album, & nigrum. Similiter eſt falſus ſi intelligat hoĩem ſimul eſſe album, & nigrum.

Alia reſponſio

Subm̃ quõ ꝑt intelligi ſub oppoſito accidentis inſeparabilis

Si uero intelligat hoīem prius eſſe album,& poſtea eſſe nigrum,non eſt falſus. Secundo modo intellectus intelligens ſubiectum ſub oppoſito accidentis inſeparabilis, non eſt falſus, & quando intelligit coruum album. Cuius ratio eſt,quia talis intellectus eſt ſimplex,non componens, vel diuidens, ueritas aūt,& falſitas ſunt tm̄ circa compoſitionem & diuiſionem,ut patet ex 1. periher c.1. & ex 3.de anima.tex Com.22.Quod quomodo ſit verum alibi declarauimus.

3. Reſp. Tertio reſpondet ad eandem obiectionē, diſtinguendo de intelligere ſubiectū ſub oppoſito accidentis inſeparabilis. Nā licet intellectus non poſſit uere intelligere ſubiectū ſub oppoſito accidentis inſeparabilis, quia ſubiectum non eſt ſic uerè intelligibile. Poteſt tamen uere intelligere ſubiectū ſub oppoſito talis accidentis, ſine repugnantia intellectuum,quia ſubiectum ſic eſt uerè intelligibile, cum intellectus eſſentialis ſubiecti, & oppoſiti accidentis inſeparabilis non repugnent. Si aūt contra iſtas obiicias, quia

obiectionū dilutio. ſi intellectus poteſt uere intelligere ſubiectū ſub oppoſito accidentis inſeparabilis ſine repugnantia intellectuum,ergo poteſt ſic uerè intelligere ſubiectum, quod tamen negatur a Doctore. Item intellectus intelligens ſubiectum eſſe ſub oppoſito accidentis inſeparabilis eſt falſus,vt dixit Doctor in ſecunda reſponſione, ergo non poteſt illud ſic uerè intelligere ſine repugnantia intellectuum. Ad primum reſpondeo negando conſequētiam, eſt enim fallacia a ſecundum quid ad ſimpliciter. Ad aliud ſimiliter negatur conſequentia, quia multa ſunt falſa, quæ non ſunt impoſſibilia, & inter quorum extrema non eſt repugnantia intellectuum. Vt quod ego ſim Romæ eſt falſum, non tamen eſt impoſſibile,vel implicās contradictionem.

QVÆST. XXXVI.

Vniuerſalium

Vtrum proprium,& accidens poſſint dici de aliquo eodem.

POſtquam declaratum eſt tam propriū, q̄ accidens eſſe vniuerſalia,& quod propriū eſt diſtinctum vniuerſale ab accidēte. Hic ultimo loco quærit an propriū,& accidens poſſint dici de aliquo eodem. Et hoc ꝓp nōnulla accidentia,quibus uī conuenire definitio proprii. Et notandum,quod hæc qō non habet difficultatem de ꝓprio,& accidente prime intentionaliter ſumptis, qa riſibilitas,& albedo dnr de hoīe, ſed eſt difficultas de ꝓprio,& accidente ſecunde intentionaliter sūptο,& de proximo fundamento ꝑ ſe,& immediato,qm̄ dubiū eſt,an poſſint eidē applicari,puta calori,& hoc,uel reſpectu eiuſdem uel reſpectu diuerſorū. Vt an calori reſpectu ignis poſſit applicari intētio proprij, & accidentis,ſic ꝙ calor reſpectu ignis denoīatiue dr̄ propriū,& accidens. Vel an calori, reſpectu ignis poſſit applicari intentio proprij,& reſpectu ligni intentio accidentis.

Ad oppoſitum arguit unica rōne. Nā oppoſita non poſſunt ineſſe eidem,propriū,& accidens ſunt aliæ intentiones oppoſitæ,ut oſtenſū eſt.q.32.ergo non poſſunt ineſſe eidem. Et noīādū,quod Doctor non addidit reſpectu eiuſdem. Vel qa ſubintelligitur,cū oppoſita,vt ſumunē reſpectu diuerſorū non ſint oppoſita. Vel qa proprium, & accidens ſemper ſunt oppoſita, vel ſumantur reſpectu eiuſdem,uel reſpectu diuerſorum,ut ipſemet Doctor ſtatim infra dicet. argm̄ ad oppoſ.

In corpore qōnis recitat duos modos dicendi,quorū primū impugnat: ſm ibi.Ideo dicēdū &c.Dicunt ergo qdā quod propriū, & accidens poſſunt dici de eodem, reſpectu diuerſorum, non tamen reſpectu eiuſdem, quia quæ ſunt oppoſita reſpectu eiuſdem, Corpus qōnis. Aliorū reſponſ.

non

non inſunt eidem. Vnde caliditati cõpara ꝫ ad ignem põt applicari intẽtio ꝓprii cõparatæ vero ad lignũ applicat̃ intẽtio accidẽtis. Hoc ꝓbãt a ſimili, genus.n.& ſpẽs, q̃ opponunt̃ ſicut ꝓpriũ,& accidẽs,pñt applicari eidẽ reſpũ diuerſorũ. Vñ aĩal reſpũ corporis ẽ ſpẽs,& reſpũ hoĩs eſt genus.

Contra. Cõtra arguit doctor oñdẽdo ꝙ eidẽ,neq.reſpũ eiuſdẽ, neque reſpũ diuerſorũ,põt applicari ꝓprium,& accidẽs. Et primo ꝙ nõ reſpũ eiuſdẽ. Quia ſi ꝙ eſt propriũ alicui,eſſet eidẽ accidẽs, ergo idẽ eidem ineſſet ꝑ ſe,& nõ ꝑ ſe.Conſequẽtia patet,nã ꝓprium ineſt ꝑ ſe, & accidẽs nõ ꝑ ſe; cũ vnũ conuertibiliter, aliud verò nõ cõuertibilr̃ inſit. Scd̃o probat ꝙ eidẽ reſpũ diuerſorũ nõ poſſit applicari proprium, & accidẽs. Quia ſi poſſet ſic applicari, ita vt idem diceret̃ ꝓpriũ,& accidẽs reſpũ diuerſorum, ergo id cui applicat̃ intẽtio proprii nõ poſſet dici ꝓpriũ reſpũ primi, reſpũ cuius tñ tu dicis, ꝙ ſibi applicat̃ intẽtio proprii. Cõſequentia ꝓbatur,nã propriũ ineſt conuertibiliter,[cum inſit ſoli,oĩ,& ſp.

Reſpon. Doctor. Tenet ergo doctor impoſſibile eſſe intẽtiones proprii, & accidẽtis applicari eidẽ,vel reſpũ eiuſdẽ,vel reſpũ diuerſorũ. Sed q̃d dd̃m eſt de gñe, & de ſpẽ,q̃ vñr eidẽ applicari poſſe, & tñ ſunt oppoſita? Dicendũ ꝙ genus & ſpẽs ſpãliſſima eidẽ applicari nequeũt. Vide multa in Mauritio in dubitationib. quas facit circa dicta in ſolutione huius q.

1.Argm princip. Pro affirmatiua huius q.arguit duab.rõnib. Primo ſic. Quodlibet accidẽs conſequẽs formã ſpecificã alicuius eſt propriũ illius,vt dictũ fuit ſupr.q.32.& 33.ſed ꝓpriæ qualitates elemẽtorũ conſequunt̃ formã ſpecificã elemẽti,igit̃ q̃libet qualitas propria elementorũ eſt propriũ reſpũ elemẽti, cuius eſt qualitas ꝓpria,ſed tales qualitates ſunt accidẽtia in mixtis,ergo ꝓpriũ,& accidẽs pñt dici de aliquo eodẽ ſaltẽ reſpũ diuerſorũ. Exẽplũ eſt de calore,q̃ eſt propriũ ignis,& eſt accidẽs ligni.

remoue quædã reſponſ. Et qñ aliquis poſſet dicere calorẽ æquiuocè conuenire igni,& mixtis.Iõ arguit ſic,comparõ nõ põt fieri in æquocis,fit.n.cõparõ[maximè phyſica]in vniuoco ſpecifico, ut patet.7.phy.tex.com.24.& inde,ſed qualitates in elemẽtis,& ĩ mixtis ſunt cõparabiles, ergo qualitates elemẽtorũ non cõueniũt ęq uocè ipſis,& mixtis.Minor probat̃ ex 2.met. tex.Cõ 4.vbi phil. oſtendendo prima principia eſſe ueriſſima,quia ſunt cã vniuoca veritatis cęteris,dicit ꝙ ignis eſt calidiſſimus, q̃a eſt cã caloris aliis,mõ ſuperlatiuum includit comparatiuũ, igit̃ ſi ignis eſt calidiſſimus, erit calidior aliis,& ita calor ignis, & calor aliorũ cõparant̃ ad inuicẽ,& ex cõſequẽti vniuocè cõuenit igni,ac aliis. Cõfirmat̃,q̃a ꝓpõ q̃ ibi intendit Ariſ.nõ hẽt veritatẽ,niſi ĩ vniuocis; Eſt aũt illa propõ,ꝙ eſt cã vniuocationis cęteris eſt maximè tale. Vide Doct. 8. d. 1. q.3.

Reſp.ad 1.princ. Huic argumento duplr̃ rñdet. Primò q̃d accidẽs cõſequẽs formã ſpecificã eſſe ꝓpriũ, põt intelligi, vel de accidẽte cõſequẽte ꝑ ſe; & neceſſario formã ſpecificã; vel de accidẽte cõſequente tm̃ neceſſario, & nõ ꝑ ſe formã ſpecificã. Accidens cõſequens primo mõ formã ſpecificã,eſt propriũ,cõſequiturq; talem formã ſine motu,& mutatione, vnde forma ſpecifica dr̃ cã metaph.& nõ phy.talis accidẽtis. Accidẽs verò conſequẽs formã ſpecificã neceſſario,& nõ ꝑ ſe,nõ eſt proprium; põt.n. cõſequi talẽ formã cum motu,& mutatione. Vnde forma dr̃ cã phy.talis accidentis.

Nulla qualitas actiua vel paſſiua ẽ proprium. Modo nulla qualitas actiua ſiue paſſiua [de quibus multa diximus ſup.q.31]cõſequit̃ per ſe[licet bene neceſſario cõſequat̃]formã elemẽti. Imo cãtur a tali forma cum motu, ut aqua ab igne calefacta reducit ſe ipſam nõ ſine motu ad proprium gradum frigiditatis. Nulla ergo qualitas actiua,vel paſſiua eſt proprium alicui elemẽto.

qualitas elementi nõ eſt propriũ eius. Et hoc probat doctor,quia oẽ proprium ſic ſe hẽt,ꝙ ſubm eius,ne dũ non põt eſſe,ſed nec ẽt intelligi ſub oppoſito proprii,ſed elementa pñt, ne dum intelligi, ſed ẽt eſſe ſub oppoſitis ſuarum qualitatum actiuarum,uel paſſiuarum, ergo nulla qualitas actiua,vel paſſiua eſt proprium alicui elemẽto. Minor probat̃,nã cũ ex vno elemẽto poſſit aliud generari,ꝙ nõ fit niſi p̃cedẽte alterõne in qualitatib.elemẽti corrumpendi, generans.n.vnum elementum ex alio inducit qualitates,vel ſaltem aliquem gradum qualitatis,diſconuenientem formæ corrumpendæ, & conuenientẽ formæ generandæ, vt qñ ex aqua generat̃ ignis, inducit̃ in aqua quidam gradus caliditatis,cum quo non põt ſtare forma aquæ,& iõ in illo inſtanti corrumpit̃ formæ aquæ,& generat̃ forma ignis. Ita ẽt qñq. ita remittit̃ caliditas ignis, ꝙ cum tali gradu remiſſo nõ põt ſtare formã ignis; iõ corrumpitur tunc ignis, & generatur aliud elementum. Dum aũt inducitur ab agente illa qualitas,vel gradus qualitatis elemento corrumpendo diſcõueniens,manet forma ſubſtantia

lis

lis elementi corrumpendi, ergo forma elemēti pōt manere ſub oppoſito, ſiue cōtrario qualitatis, q̄ ponitur ſibi propria. Notandum, ꝙ doctor hoc in loco, & in prædicam. q. 40. in prima rñſione, q̄ dat ad tertium principale, loquiť de elemētis nō puris, aut ſm vulgum. Quia licet elemēta in ſuis ſphæris fortè ſint ſimplicia, tñ elemēta, q̄ ſunt apud nos nō ſūt ſimplicia. Vnde Alex. [vt recitat Auer. 1. cęli, Cō. 91. & 2. de generatione, Cō. 21. & Cō. 15. ſuꝑ 1. par Cāticorū] dicit ꝙ ignis, qui ē apud nos, nō dř ignis cū igne ſuperiori, qui eſt ſuper aerē in cōcauo orbis cęli, niſi æquiuoce. Vnde vt recitat Cō. 4. cęli, Cō. 32. ac alibi, definitio ignis, qui eſt apud nos, eſt, ebullitio corporis calidi, & ſicci. Defō vero ignis, qui ē in concauo orbis cęli eſt, congelatio corporis frigidi, & ſicci. Dicit enim Auer. in Cōmentariis ſuper cantica, ubi ſupra, ꝙ ignis, qui eſt ī concauo orbis cæli, nō hēt calorem in actu, qm̄ calor eſt res accidens huic igni ſenſibili. Et iō 4. cæli dicit, ꝙ congelatio non opponitur igni abſolutè. Loquitur ergo Doctor hoc in loco, & in ꝑdicamētis de elemētis ſecūdū vulgū, aut de elemētis, q̄ ſunt apud nos, a quibus [cū nō ſint pura, ſed eis ſint admixta alia corpora] pñt remoueri propriæ qualitates elementorum. Qđ pōt cōfirmari ex his, q̄ hēt Auer. 2. de aīa. Cō. 115. ubi dicit, non opinandum eſſe aquā calefieri, dum fuerit aqua pura, neque aerē infrigidari, dum eſt aer purus, ſed hoc accidit ꝑp corpora admixta cum eis calida, aut frigida. Et paruum infra ait, Et iō vulgus nō abſolutè uocat ignē, qui infrigidatus eſt ꝑp admixtionē corporū frigidorū, fortè uocat ignem corpora calida, licet ſint humefacta per mixtionē, dum remanent calida calore igneo. Vel dđm eſt, ꝙ doctor hoc in loco loquitur ſecūdum opinionē dīcto caliditatem poſſe ſeparari ab igne elementari, ſeu ſimplici. Quod tñ ſcđm veritatē nō eſt dđm, quia licet caliditas ignis poſſit remitti, & cū aliquo gradu minus intenſo ſtet forma ignis, tamē forma ignis determinat ſibi aliquē gradū caliditatis, ſub cuius oppoſito nō pōt manere, ut docet doctor in 4. d. 12. q. 1. & Auer. 8. met. Com. 5. Vel aliter dicamus, ſupponēdo duo. Primo doctorem hic accipere oppoſitionē, ac contrarietatē largè ueluti eam accipit Phi. 5. phy. ac alibi, cum dicit motū eſſe de cōtrario in cōtrariū. Scđo ſuppono ꝙ caliditas, ac ſiccitas in ſummo ſunt ī igne,

Ignis dř æquocè de igne ſuꝑiori, & đ igne q̄ ē apud nos.

Ignis q̄d

Ignis q̄ eſt in cōcauo orbis cæli nō eſt calidus in actu.

Cōgelatio non opponiť igni abſolutè.

Aqua pura nō pōt calefacere.

Caliditas ignis pōt remitti nō tamē operari q̄tum ad oēm gradum ab igne.

vt dicit Auerr. 3. cęli, Com. 67. pro quo uide cōtradi. Zimaræ ſuꝑ tex. Cō. 54. primi phy caliditas ergo q̄ eſt ꝓpria igni, eſt caliditas ī ſūmo. Dicit ergo doctor ꝙ forma elementi, puta ignis, pōt manere ſub oppoſito, ſiue cōtrario qualitatis, q̄ poniť ſibi propria. Vbi non vult hře, ꝙ forma ignis poſſit manere ſub frigiditate, Sed ſub caliditate minus intenſa; q̄ opponiť, & cōtrariať [largè ſumendo cōtrarietatem] caliditati intenſæ. Aliter ēt reſpondet doctor ad 1 princ. dato ēt ꝙ hmōi accidentia, in ſūmo quoq ſupra, ſ. ꝑ, & neceſſario ineſſent elementis, nō tamen conſequuntur formā ſpecificā elementorū, & hinc eſt, qđ non inſunt ꝑ ſe elementis, ſed magis cōſequunť materiā totius, ſeu ipſū materiatū, i. ſingulare. Et notandū, qđ iſtæ qualitates dicur ī conſequi materiā totius, ſeu dřiam indiuidualē elementorū, nō q̄a materia totius ſit cā, vel rō ꝑ ſe cāndi tales qualitates in elementis. Sed q̄a eſt condō requiſita ad hoc, ut cauſentur, & ad hoc vt recipi poſſint in elementis, qđ poſtea nō eſt verū de proprio, riſibilitas .n. cātur a principiis intrinſecis hoīs, & recipiť in hoīe, vt eſt prior ſingularitate. Et hinc eſt qđ riſibilitas prius ineſt hoī, q̄ huic hoī; caliditas aūt prius ineſt huic igni, q̄ igni. Qđ ſi obiicias, quia caliditas ineſt cuilibet igni, ergo conſequiť naturā ignis, vt eſt prior ſingularitate, quia accidens, qđ ineſt cuilibet indiuiduo alicuius ſpēi, vř conſequi naturā, ut eſt prior ſingularitate. Reſpondeo negādo cōſequentiā. Ad cuius probōnem dđm aſſumptum eſſe vřiter falſum, nigredo .n. ineſt cuilibet coruo, & tamen non conſequitur naturam ſpecificam corui, ut eſt prior ſingularitate, imo conſequitur mixtionem. Poteſt ergo eſſe, quod aliquod accidens inſit cuilibet indiuiduo alicuius ſpēi, quia in quolibet indiuiduo alicuius ſpēi poſſunt eſſe principia, & condōnes ad quæ neceſſario ſequitur tale accidens, & tamē ꝙ tale accidens nō cōſequať naturā, ut eſt prior ſingularitate, ſeu formā ſpecificam. Ibi, Quia ſunt principia, &c. probat qualitates elemētorū conſeq materiā totius, ſeu ſingulare. Quia principia actionis, & paſſionis primo ſunt indiuidui, & ſecundario ſpēi, ſed qualitates elementorū ſunt principia actionis, & paſſionis, vnde dñr actiuæ, vel paſſiuæ, ergo primo ſunt ſingularium, ſeu cōſequūť materiā totius. Maior probať, eius .n. primo ſunt principia actionis, & paſſionis

Alia reſpon ad 1. princ.

obiectio

Reſpon.

Qualitates elementorum cōſequunť materiā totius.

cuius

cuius primo eſt actio, & paſſio, ſed actio, & paſſio primo eſt ſingulariū; vt dr ī proœmio primi met. ergo, &c. Ibi. Et iō, &c. Cōcludit ꝙ iſtæ qualitates reſpū elemētorū poſſunt dici accidentia inſeparabilia. Qđ ēt manifeſtè dicit Auer. 8. met Cō. 5. vbi hēt hæc verba. Et cū ignis auferē ꝑ ablationem caloris, nō aufert primo, neq. ꝑ ſe, ſed mediāte ablatiōe formæ ignis. Et in fine illius Com. cōcludit. Calor igit in igne eſt ſicut abſciſſio in cultello, & actio manus in manu, nō quaſi ablatio in ablato. Ideſt calor nō eſt ī igne, ſicut forma ſubalis ignis, ad cuius ablationem primo ſequat ablatio ignis. Sed eſt ſicut accidens inſeparabile, & aufert ignem ablatione formę ignis. Qđ pōt intelligi de forma ignis cōtracta ad ſingularitatem, ad q̄ dictū eſt calorem ſequi. Dicit. n. Com. 2. de aīa, Com. 115. ꝙ calor eſt accidens inſeparabile igni. Arguit etiā

2. Argm̄ princip. ſcđo principalr, nā lux in corpore luminoſo & ī medio eſt vniuocū, ſed ī corpore luminoſo eſt proprium, in medio accidens, ergo propriū, & accidens poſſunt dici de eodem, puta de luce. Maior ꝓbat ex defōne lucis, q̄ dat 2. de aīa, tex. Com 69. vbi dr. ꝙ lux eſt actus lucidi, ſeu diaphani, inq̄tū lucidū, ſeu diaphanū, ſed ſm̄ iſtā defōnem lux cōuenit corpori luminoſo, & medio; ergo vtriſq. eſt vniuocū. Vtraq. pars minoris probat. prima ibi. Primū patet, &c. Scđa ibi. Minor patet, &c. Probatur ergo prima pars (ꝙ. ſ. lux in corpore luminoſo ſit ꝓpriū) & ſic. Qđ immediatè ſeq̄t formā alicuius, eſt propriū illius, ſed lux immediatè ſeq̄t formā corporis luminoſi, ergo eſt ꝓpriū eius. Hæc minor ꝓbat, nā ad diuerſitatē formæ, ſeq̄t diuerſitas lucis, ut patet ī corporib. ſupcæleſtib. puta in ſole, luna, & ſtellis, ꝙ tamen nō eſſet dđm, ſi lux immediatè nō ſeq̄ret formā corporis luminoſi. Scđa pars minoris patet ex defōne accidentis, nā lux adeſt & abeſt a medio ꝑter eius corruptionem, ergo eſt accidens in medio. Vel ſic erigatur rō. Primo ſupponendo, quod lux ſit vniuocum in corpore luminoſo, & in medio. Deinde ſic formetur, lux in corpore luminoſo eſt ꝓprium, & in medio eſt accidens, ergo, &c.

Reſp. ad vlt. pri. Quia doctor in præſenti non vult diſputare, an lux vniuocè conueniat corpori luminoſo, & medio: [de hoc. n. diſputat in 2. d. 13. q. 1. vbi tenet lucem non vniuocè conuenire corpori luminoſo, & medio, nam in corpore luminoſo vere, & proprie eſt lux, at in medio eſt lumen: eſt āt lumen proprie intentio, ſeu ſpēs ipſius lucis, cuius oppoſitū tenet D. Th. 1. par. ſummæ, q. 67. art. 3.] Hinc eſt qđ loq̄t dubitatiue addendo ly ſi. Supponit etiā cā diſputationis lucem eſſe proprum in corpore luminoſo. Quod tamen non eſt verum, quia lux non eſt proprium reſpū ignis, ergo nec reſpectu corporis luminoſi. Conſequentia ꝓbatur per rōnem, q̄ facit doctor ī corpore q. contra illam reſponſionem recitatam. Si enī lux eſt accidens reſpū ignis, ergo non eſt proprium reſpū alterius corporis luminoſi, qa non ineſſet conuertibilr illi corpori luminoſo. Quod aūt lux non ſit proprium reſpectu ignis, patet. Tum quia ignis in inferno eſt ſine luce, ſm D. Greg. in 4. lib. Dialogorū. Tū quia ignis in propria ſphæra non lucet; aliter impediret nos ne poſſemus videre ſtellas. Nihil aūt pōt eſſe ſine eo, quod eſt ſibi propriū. His ergo duobus ſuppoſitis, diſputationis gr̄a: Dicit doctor quod nō ſequitur, propriū, & accidens dici de aliquo eodem, quia cum non dicantur niſi de concretis, concretum āt dictum a luce, cui applicatur proprium, & cōcretum dictum a luce, cui applicatur accidēs, non ſit uniuocum, ideo propriū, & accidens non dicuntur de eodem. Quod autem tale concretum non ſit uniuocū probat doctor, nam concretum ſignificat formam ſecūdum quod eſt in ſubiecto, ergo concretum quod ſignificat formam, vt habet diuerſos modos eſſendi in diuerſis ſubiectis non erit uniuocum ad illa ſubiecta; concretum huius ſignificat formam habentem tamen diuerſos modos eſſendi in corpore luminoſo, & in medio, ergo concretum dictum a luce non erit uniuocum corpori luminoſo, & medio. Hæc minor probatur, nam corpus luminoſū non dr illuminatum, ſed lucens: medium uerò dr illuminatum, & non lucens, hoc āt non contingit, niſi propter diuerſos modos eſſendi ipſius lucis in corpore luminoſo, & non medio. Contra hanc reſponſionem dupl'r obiicit. Primo quia concretum, & abſtractū idem ſignificant, ergo ſi abſtractum eſt vniuocum & concretum erit vniuocum, cum igitur lux ſit uniuoca, & eius concretum erit uniuocū. Reſpondet quod concretum dupliciter pōt dici æquiuocum, vel. ſ. ratione formæ ſignificatæ, vel ratione modi eſſendi, ſeu habitudinis formæ ad ſubiectum. Si concretū eſt primo modo æquiuocum, etiā abſtractum eius

Lux nō eſt propriū corporis luminoſi.

Contra.

erit

Concretũ quandoq. eſt æquocũ cuius abſtractũ erit uniuocum.

erit æquiuocum. Poteſt tamen aliquod concretum eſſe æquiuocum ſecundo modo, cuius abſtractum non erit hoc modo æquiuocum, cum in abſtracto deficiat ratio huius ęquiuocationis. nam abſtractum non ſignificat formam in habitudine ad ſubiectum. Exemplum eſt de ſanitate, quæ eſt vniuocũ, cuius tamen concretum [ſ. ſanum] dr̃. multipliciter, & eſt æquiuocum: nam dr̃ de effectiuo ſanitatis, puta de medicina, & de conſeruatiuo ſanitatis, ſ. de dięta, & de ſignificatiuo ſanitatis, vt de vrina: nam ſanum dr̃ de medicina, de dieta, de vrina, ac etiam de animali, & hoc non niſi æquiuocè, ratione diuerſæ habitudinis ipſius ſanitatis ad diuerſa ſubiecta, non quib. ineſt, ſed de quib. dr̃. Cũ igitur concretum poſſit multiplicari ratione multiplicis habitudinis eius ad ſubiecta diuerſa, non conmultiplicato abſtracto, & hoc contingat in propoſito noſtro de concreto lucis, ideo concretum lucis erit æquiuocum, & tamen lux eſt vniuoca. Secundo obiicit cõtra id quod dictum eſt, intentiones. ſ. proprii & accidentis non eſſe applicabiles reb. primę intentionis ut ſignificantur in abſtracto. Nã riſibilitati reſpectu hominis applicatur intentio proprii, & albedini reſpectu hominis applicatur accidens, cum nullum aliud vniuerſale eis, vt ſic ſumptis, applicari poſſit. Reſpondet quod riſibilitas reſpectu hominis nõ eſt vniuerſale, nec ex conſequenti proprium, quia riſibilitas reſpectu eius non prædicatur de pluribus Imo nec prædicatur de homine, iſta enim non eſt vera, homo eſt riſibilitas. Similiter hoc idem dicendum eſt de albedine, quę non eſt accidens reſpectu hominis, ſumendo accidens ſecunde intentionaliter, vt in ſuperioribus diximus. Si autem quæras de ipſa riſibilitate, & de albedine abſolutè, an ſit genus, vel ſpecies, uel differentia, vel proprium, vel accidens: Dicit doctor quod riſibilitas, & albedo eſt ſpecies, non reſpectu hominis, ſed reſpectu huius, & illius riſibilitatis, huius, & illius albedinis. Nec eſt verum, quod riſibilitas reſpectu huius, & illius riſibilitatis ſit abſtractum, eſt enim concretum, quod etiam dicendum eſt de albedine, reſpectu huius, & illius albedinis. Signum autem huius (quod. ſ. proprium non poſſit applicari riſibilitati, & accidens albedini) eſt quia Porphyrius in omnibus modis proprii, & in toto capitulo de accidente exemplificat de concretis. Notandum quod quidam dicunt riſibilitatem eſſe ſpeciem prædicabilem, non autem ſubiicibilem. Vel potius dicendum eſt Doctorem hic loqui famoſe de riſibilitate. Quidam enim dixerunt riſibilitatem, ac quamlibet propriam paſſionem eſſe in genere qualitatis. Vel dicas quod eſt ſpecies ſimilitudinariè. Hæc pro declaratione vniuerſalium Scoti dicta ſufficiant.

Riſibilitas quõ eſt ſpẽs.

F I N I S.

Laus Deo, gloria Sanctis, pax viuis, & requies Defunctis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, Apud Marcum Variſcum.
M. D. X C I X.

R. SALVAREZZA 1971
RESTAURO
Via Val Sassina, 58
Tel. 899.223